



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

H: 9535



THEEK GENT



Digitized by Google

ACTA ERVDITORVM

ANNO

M DCC XVIII

publicata.

*Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol.
atque Electoris Saxoniae Privilegiis.*

LIPSIÆ,

Prostant apud JOH. GROSSII Hæredes,
JOH. FRID. GLEDITSCHII FIL.
THOMAM FRITSCHIUM

&

FRID. GROSCHUF Hæc.

Typis VIDUÆ JOH. CASPARI MULLERI
A. M DCC XVIII

A TO A ERVDIOTIOM

OMM

THE BODY

ADAM B. ...

...

...

...

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Januarii Anno MDCCXVIII.

GOTHA DIPLOMATICA,

oder

Ausführliche Beschreibung des Fürstenthums
Sachsen-Gotha.

h. e.

LUCULENTIOR SAXO-GOTHANI DUCAT-
us Descriptio historica Autoribus FRIDERICO RU-
DOLPHI & JO. BASILIO Nobili de
GLEICHENSTEIN.

Tomi V.

Francos. & Lipsia, apud Christianum Genfch, 1717, fol.

Alph. 22 Tabb. æn. 95.

Quod *Sagittarius & Tenzelius* magna cum laude oc-
cuparunt & illustrarunt, nobile Historiæ Saxonice cap-
ut, illud præfenti vasto & erudito opere complere,
numerisque absolutum omnibus reddere, felici-
ter conati sunt diligentissimi ejusdem Autores, Rudolphi &
Gleichensteinii, Socer Generaque, quorum etsi ille tribus
prioribus Tomis, hic vero duobus tantum postremis nomen
suum præposuerit, attamen hunc illius quoque operis pas-
sim streave adjuvisse non ignoramus. Excerpemus, pro more
nostro, saltem summas rerum, narrationumque memoratu di-
gnissimarum, & quid lector ex illis voluminibus expectare de-
beat, ordine docebimus. Itaque Tomus hæc capitibus viginti tribus
sequentia potissimum argumenta habet. In nominis Gothanæ
urbis origine constituenda c. I certi nihil definiunt celeb. Auto-

A

res

res, eamque in sententiam propendent, quæ Gotham quasi *Gothau* vel *gute aue*, a bono pascuo nominatam censet. Inde describunt, c. 2, tractus terræ Gotham cingentis amœnitatem, & ducatus Gothani, c. 3, limites, tandem quoque, c. 4, dominos ejusdem ad Ludovicum usque Barbatum enumerant, variaque interea temporis, in Thuringia proximisque regionibus acta copiose non minus ac erudite exponunt. Postea, c. 5, persequuntur historiam successorum, deductam ad Marchiones e Misnensium stirpe oriundos; quos inter Henricus illustris primus hanc cum ceteris Thuringiæ partibus ditionem decimo tertio Seculo obtinuit. Post ejus memoratos, c. 6, successores, progressio fit ad Electorem Fridericum Placidum & fratrem Guilielmum, c. 7, explicaturque raptus Principum Ernesti & Alberti, Kauffungii scelere factus: de quibus Principibus eorumque successoribus ut & c. 8, de Jo. Friderici Electoris filiis ac nepotibus, & piatissimo principe Ernesto, c. 9, 10, ejusdemque filiis, latius agitur: tandemque etiam, c. 11, Friderici, qui hoc tempore Gothanum Ducatum incredibili prudentia clementiaque regit, historia recensetur. His rebus explanatis, c. 12, de homagio Ducibus Goth. præstito, c. 13, de comitiis, c. 14, de legibus & juribus, quæ illis in terris recepta sunt, c. 15, de Sacrorum, & c. 16, 17, 18, 19, 20, bellorum, quibus Gothani Principes impliciti fuerunt, memorabilibus disquisitionibus instituitur. Quibus accedunt tractationes, c. 21, de numis vel monetis Saxonice, c. 22, de Juribus territorialis, & ob eadem initis cum vicinarum ditionum dominis partionibus.

In principio Tomi II, c. 1-5, Grimmentsteinæ arcis origo, termini, primamque excidium; quod Caroli V mandato factum est; nec non reparatio & instauratio munimentorum, quinque annis post ejusdem destructionem a liberato Jo. Frid. Electore 1554 suscepta, describuntur. Dein, c. 6, 7, 8, 9, de Grumbachio ejusque sociis, ab Imperatore præscriptis, & a Jo. Friderico Dace defensis, Gotha ab Augusto Electore obfessa & capta, Grimmentsteinioque exciso plura fuscè traduntur, atque documentis ineditis manifestius comprobantur. Hæc excipit, c. 10, 11, arcis Fridentsteinæ, ab Ernesto Pio conditæ descriptio; enumeratio Collegio-

legiorum, c. 12, 13, 14, 15, quibus in Ducatu Saxo-Gothano rei civilis atque ecclesiasticæ cura & administratio commissa est, agitur quoque specialius, c. 18, de aula Ducali itemque de exteris Principibus, qui Gotham suo splendore coram illustrarunt, c. 19, de Tabulario, quod Archivum dicunt, c. 20, Bibliotheca, c. 21, Gazophylacio numismatico, c. 22, technophylacio, c. 23, apparatu & armamentario, c. 24. Iterum hinc transitur ad civilis rei formam explicandam: quamobrem de statibus, quos appellant, vel ordinibus Ducatus Gothani præcipuis c. 25, 26, 27, de præfecturis Gothanis, c. 28—38, Franconicis, c. 39—44, Hennebergicis atque aliis, c. 45—50, differitur; postmodum clientelæ vel Vasallatus, c. 51—58, recensentur copiosius, & sub finem nonnulla, c. 59, de advocatis ordinariis, de ephoris ac diaconis ædis sacre in arce Fridensteinis, c. 60, tandemque de infineribus Principum Gothanorum, c. 61, memorantur. Hæc de altero volumine satis: paucis adhuc appendix eidem addita laudanda est. Offert autem gentium Ducatus Gothanicobilium Tabulas genealogicas, passim monumentorum vel diplomatum fide corroboratas; nobis saltem memias in medium attulisse suffecerit. Itaque legere hic licet, Aurochsiorum, Bernstedtorum, Carlowiziorum, Bodeviziorum, Beyl-wiziorum, Voigtiorum, Witterorum, Tannredeliorum, Truchfessorum, Kufwurmorum, Rithefelorum, Rekerothorum, Rosenavium, Knorriorum, Siblebium, Lichtensteiniorum, Rap-porum, Thangorum, Bischofshausiorum, Musongiorum, Kromsdorfforum, Kerstlingerodorum, Hatzelgavium, Crala-chorum, Schleuniziorum, Selmniziorum, Pflugiorum, Schau-rothorum, Rederorum, Miltziorum, Osterhausiorum, Polaitio-rum, Stangiorum, Bunavium, Krenzburgerum, Gleichliorum, Thumshirnium, Tangalium, Tannensium, Vippachio-rum, Scharffensteinium, Steinium, Hesslerum, Huttene-rum, Marschallorum, Wazdorffium, Denstedium, Buttla-riorum, Fuchsiorem, Schlethemiorem, Gabelkoverorum, Goldakerorum, Wechmarorum, Lichtenbergiorum, Naandorfforum, Gerstenbergiorum, Hansteinorum, Vafoldorum, Geis-merorum, Rudolphorum, Einfeldorum, Hopfgartorum, Janu-

fiorum, Sebachiorum, Westerhagiorum, Tenteborum, Erffensium, Boineburgiorum, Griesheimorum, Munchhausiorum, Haufeniorum, Stotternheimiorum, Zehmiorum, Vtterodorum, Wangenheimiorum, Wertherorum, Wizebiorum, Ziglerorum, genealogias atque insignia. Sed hæc Generosissimus Gleichensteinius saltem initia esse voluit, & primas quasi lineas majoris, quod in honorem ac gloriam nobilium familiarum molitur, inque harum tabularum antelogio pollicitus est, operis Genealogici; de quo, ubi integrum lucem viderit, vehementer literato orbi sumus gratulaturi.

Tertium Volumen Gôthanzæ urbis descriptioni luculentiori dicatum est. Itaque Gôtha, jamjam A. C. 830 incertum quo Auctore condita, sed ante annum 930 moenibus nondum cincta, c. 1, creditur. Postea de agris urbem ambientibus, c. 2, de foris, plateis ædificiisque ejusdem, c. 3, speciatim templis, c. 4, 5, 7, cœnobio Augustinianorum, c. 6, Sacellis, quæ capellæ barbare appellant, c. 9, 10, 11; itemque de nosocomiis, c. 8, 12, ergastulo, c. 13, copiosius explicatur. Hæc excipit accurata enumeratio Pastorum & Ephorum, c. 14; qui post repurgata a Luthero sacra Gothæ docuerunt: hisque memoria Diaconorum, c. 15, Gymnasii Rectorum, c. 16, Professorum, c. 17, Conrectorum, c. 18, Cantorum, c. 19, jungitur. Inde ad ordines Gothanorum civium, c. 20, Senatus urbici Collegium, c. 21, Consules, c. 22, Senatores, c. 23, horumque principi præstanda homagia, c. 24, Jura ac privilegia, c. 25, 26, commemoranda disceditur. Exponuntur præterea disciplina civilis, c. 27, Justitiæ administratio, c. 28, Statuta, c. 29, 48, & Controversiæ, c. 30, 31, sanctiones cerevillariz ac vinariæ & annomariæ, c. 32; 40; 41; itemque eæ, quæ ad glastum, cujus proventus Gothæ vicinis agrorum tractus abundat, c. 33, 38; 52, pertinent, declarantur. Memorantur quoque, c. 34, casus tragici, & prodigia Gothæ observata, nec non familiarum celebriorum genealogici indices, c. 35, simulque de tributis quibusdam, c. 36, & pecuniis, quæ sub discessum ex civitate Gôthana solvendæ sunt, c. 36, & de Jure civium, c. 42, 43, viris eruditione claris Gôtha oriundis, c. 44, cœnobio, c. 39, sacrorumq; ministris, c. 44, & Gymnasio, c. 45, agitur. Tandem eorum

rum

rum mentio fit, qui Gothæ Formule concordie subscripserunt, c. 50, nonnullaque de Ernestinorum Bibliorum autoribus, c. 51, adiaciuntur, & volumini orthographica curia Gotharum delineatione, c. 54, finis imponitur.

Tomus IV totus absolvitur collectione Decretorum mandatorumque ab Ernesto pientissimæ memoriæ & Serenissimis Successoribus emissorum, de quibus hic specialius agere nec nostra interesse videtur, nec vacat.

Complectitur demum Tomus V historię Saxo-Gotharum additamentum, in quinque libros distributum, Libro II perdoctæ de Saxonum imo Tuisconum origine, dominis, bellis, de Irminfula, Juribus Saxonis, Salinis Halensibus, de Suevis, Venetia, & celebrioribus Saxonis fluminibus disquiritur. Libro III de Regibus & Ducibus Saxonis antiquis, Sighardo, Theodorico, Wernekino, Witkindo, Wigberto, Brunone, Ludolpho, Ottone, Henrico, de Magdeburgi ortu, Archiepiscopi, Burggraviatu. Pariterque de Martisburgensi Episcopatu: de Palatinatu Saxonico, nec non Margraviatus origine, & primis Saxonis Margraviis agitur. Liber III Genealogias Electorum Ducumque Saxonis, nec non in universum eorundem historias, extulit curiosus. Liber IV Thuringorum, Cimbrorum, Hassorum origines indagat, & de Regibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, & Dominis, qui illis gentibus præfuerunt, præcipit. Liber V iterum specialius Witkindæ prosapiæ indagacionem, & inde oriundorum Saxonis Principum historias ac successiones, usque ad Augustum, gloriosæ memoriæ Saxonum Ducem, & Imperii Romani Septemvirum habet. Histandem documentorum, diplomatumque memorabiliorum & rariorum exempla, quorum vetustissima ad Seculi undecimi initia pertinent, accedunt.

TRACTATUS DE FOETU NUTRITO,

or

A DISCOURSE OF THE FOETUS IN WOMB DEMONSTRATED to be by Ways hitherto unknown &c.

h. c.

A 3

DIS

DISSERTATIO DE NUTRITIONE FOETUS
in utero, per vias hactenus incognitas fieri demonstratae
 &c. Auctore F. BILLINGERO Medicorum
 Collegii Socio.

Londini, apud Wilh. Innys, 1717, 8.

Plag. 8 $\frac{1}{2}$. Fig. 1.

CUM nutritio foetus in utero materno non minus dubia, quam generatio ipsa, ex eo Nobilissimo *Autori* visa fuerit, quod Anatomicos inter nondum conveniat, num embryo in matrice fluidum illud, cui innatat, ore absorbeat, an nutrimentum per vasa umbilicalia accipiat, an utroque nutriatur modo, ipse manum admoveat inque rem sectionibus inquirere eamque observatis demum decidere judicavit necessarium. Neque successu omni carnis pluribus exponit, postquam ea, quae tam inter *Veteres Hippocrates, Fabricius ab Aquapendente, Laurentius, Heurnius, Platerus & Spigelius*, quam *Recentiores inter Harvey, Bayle, Jussieu & Jacobus Sponius*, de foetus nutritione senserint, non modo cura ratione recensuit, sed & quinque illa argumenta, quibus nutritio foetus per os consuevit adstrui, specialius discussit. Quomodo enim embryonem, nec liquore amnii, nec ore, sustentari posse, exemplo foetus, vel cum amnii humore foetido, vel sine capite, vel ore, cum consueto tamen ventriculi fluido in lucem editi evincit, ita omnem ejus alimoniam per sola vasa umbilicalia adferri, hujus autem grandioris peculiarem simul usum adverti, tali asseverat ratione. Scilicet, dum humores uteri, zque ac ovi albumen, non tam nutrimentum, quam molle saltem pulvinar, foetui praebent, super quod tenera sua moveat membra, embryonem conceptum, i. e. vermiculum seminis masculini, cum ovulo aliquo iatra ovarium matris unitum, ab ovulo quido, veluti vitelli ovi quadam specie omnium primum eoque nutriri, donec vasorum umbilicalium ramis, instar radicum vegetabilium, per corticem ovuli excreverint ac interventu placentae uterinae cum ramis capillaribus arteriarum uteri hypogastricarum coeiverint. Tunc liquorem liquidum lacteo-chylosum in placentae uterinae parenchymate glanduloso secreti,

secre-

secretumque cum sanguine a venæ umbilicalis ramis recipi, ut per truncum huius ad hepar sive venam portæ, ab hac intercedente Glissonii canali venoso mox ad venam cavam, porroque ad dextrum cordis moveatur ventriculū, medioque foraminis ovalis ab auricula dextra ventriculū una sinistrum ingrediatur, ab hoc demum magna ex parte per insignem arteriæ carotidis ramum ad thymum propellendus. In thymi hinc glandulis globulosis chylosum itidem succum a sanguine non tantum secerni ac per vascula minora in ductum, veluti receptaculum commune, infundi, sed per canales quoque duos in duobus processibus latentes & juxta tracheam ascendentes ad glandulas maxillares, cum quibus duo ejusmodi thymi processus non tam contigui, quam continui, Whartono jamdum reputati fuerunt, deferri per distincta oscula ductuum salivalium sub lingua oris cavo tam instillandum, quam per gulam ad ventriculū pro huius liquore mucilaginoso, chylicationem incipiente, ac intestinorum meconio, sine deglutitionis motione destillandum. Quo talis vero thymi cum glandulis maxillaribus salivalibus communicatio, ex fœtu vitulino in *Fig. I.* delineata, a quovis queat detegi, jubet *Noster* fœtum ovillum vel potius vitulinum in sexta conceptionis septimana cultro anatomico subicere ac integumentis & sternopartim remotis, partim utroque arteriæ carotidis & venæ jugularis ramo ligato, thymum ipsam transparentem ac nudatum linteo quadruplicato calidaque aqua imbuto apprehendere ejusque processus sursum versus glandulas maxillares comprimere, fore namq; tunc, ut glandulæ maxillares insigniter turgescant, multumque lymphæ nutritiæ sub salivæ specie in oris cavam influat. Haud dubie tamen multi dolebunt, rarissimam offerri occasionem fœtus tales dissectandi ac in iis ductum thymi præscripto modo indagandi, vel injectione quoque Mercurii, nisi exilitas ipsius obset, ulterius confirmandi, etiamsi ambabus manibus *Autori* largirentur, designatum thymi usum, ceu in fœtu primarium, in infantibus pariter recens natis aliquamdiu continuatum iri, quia sanguis eorum a copiosiori pituita æque depurari, ac lac in ventriculo coagulatum cum aliis ingestis dilui & dissolvi, postulare. Ceterum, in *Appendice*, sicuti omnes reprehendit

hendit fœminas, quæ infantibus mox a partu rutæ, pervincæ, fimilesque fere deleterios succos propinant, misellos non tam ab insulubus febrilibus præservantes, quam in tumultum præcipitantes, ita errores potissimum perstringit, a mulieribus, natos vel mammis, vel sine mammis educantibus, circa cibum eorum commissos. Inter priores namque matres graviter peccare, quæ mammas proprias a vetulis exsugendas, infantes autem a nutricibus lactandos curent, quarum lac caseosum difficilis digestionis intuitu multos pareret morbos, vix promptius tollendos, quam ubi tenelli ipsis matrum mammis admoverentur. Postiores vero inter multum hallucinari, quæ infantes crasso pulmento, ex aqua & pane similagineo parato, cibo tamen teneris natis crudiori ac tormina & diarrhæas concitante, soleant nutrire, cum ipse cremorem potius lactis vaccæ, vitulum quæ non adeo pridem peperit, cum parva aqua calide dilutum, hinc aquæ partem unam cum duabus partibus lactis commixtam & tepesactam simplicis dixtæ vice feliciter substituerit, hacque multis miseris ac emaciatissimis sanitatem plenam reddiderit.

TAB. I.
Fig. I.

Fig. I.

- a. Cor e situ naturali paulo ad latus detrusum.
- b. *Aorta* descendens.
- c. c. c. Arteriz *Thymi* glandulam intrantes.
- d. e. f. g. h. Glandula *Thymus* in variis suis partibus, haud tamen omnino in suo situ naturali, sed parum ad latus versis, ut ductus ejus communis (i. i. i.) queat videri; qualisque in *fetu masculino* ejusdem ætatis evidentius discernitur, dum omnes, globuli eorumque petioli, per quos cum ductu communicant, promte nudis oculis in hoc animali deteguntur, mensibus potissimum *Majo & Junio* præsentibus.
- d. *Thymi* portio in pectore contenta.
- e. *Isthmus* sive continuatio Glandulæ.
- f. f. Latior pars præcisè extra pectus.
- g. g. g. Duo ejus Processus juxta *Asperam Arteriam* utrinque ascendentes.
- h. h. Locus, ubi rami *Thymi* cum maxillaribus glandulis communicant.

i. i. i.

M. J. ...

- l. l. Ductus communis *Thymi*, qui in Foetu vaccino quadrimestri *Parenchymate*, meris globulis constante, tegitur, detegendus tamen, etsi non adeo distincte, ubi cortex parenchymatis exterior caute removeatur.
- k. k. Glandulae maxillares. LL. varii *lymphæ ductus*, a maxillari- bus in linguæ radicem pergentes.
- M. Lingua. N. N. Quatuor oscula ductuum salivalium sub lingua sita.
- o. o. Duo oscula ductuum salivalium superiorum five genarum, quibus duæ setæ porcinae Q. Q. facile immittuntur.
- P. Glandula Thyroidea. R. R. R. Musculus *Crico-thyroideus*.
- S. S. *Vena umbilicalis* (cum parte suæ capsulae five involucri membranosi) Hepar intrans.
- T. T. *Arteriae umbilicales* a prædicta vena separata, inter quas vesicæ V. fertur *Urachus*, intra *Allantoidem* evidenter patens.
- X. Hepar. Y. Y. Pulmones. Z. Z. Duo ventriculi foetus, liquore mucilaginoso transparente repleti. Qui in susamo obuius (Z. 1.) limpidissimus est, nequaquam ab eo discrepans, qui per prædictos ductus intra os deponitur; qui autem in fundo (Z. 2.) paulo turbidior apparet.
3. 3. 3. Intestina, hac etiam ætate a *Meconio* infarta.
4. 4. 4. Cutis animalculi hujus detracta & extensa, quo innumera vascula capillaria appareant, dignissima Curiosorum observationibus.
5. 5. Diaphragmatis portio. 6. 6. Inferior *Fetus* maxilla divisa & extensa.

DESCRIPITIO AC DELINEATIO SINGULARIS ET STUPENDÆ Ductus thoracici, ex Dissertatione inaugurali, quam EDUARDUS PETRUS WIJUM de via alimentorum & chyli, sub præsidio GEORGII FRIDER. FRANCI DE FRANKENAU, M. D.

P. P. Regii &c. Hafnia d. 29 Aprilis Anni 1717
habuit, excerpta.

Quamvis *Acta* alias nostra Disputationibus academicis vacare soleant, in laudata tamen *Dissertatione* inaugurali notabi-

lem plane ac stupendum canalem thoracicum, in cadavere humano Parisiis ante biennium ab *Auctore* observatum & in *Figura*, quæ nobis *secunda* existit, delineatum tanto minus nunc negligere potuimus, quanto commodiorem una nobis præberet anam erratum nostrum ingenue aperiendi, quod *Saltzmanni* ductum thoracicum ex *Mich. Bernh. Valentini Medicina nov-antiqua* in Menses Octobris A. 1717 p. 45 I translatum, ob defectum Disputationis *Saltzmanianæ*, non pro humano, sed canino, habuerimus.

TAB. I.
Fig. 2.

Explicatio Fig. 2.

- A. Truncus Arteriæ Aortæ abscissus. B. Truncus, venæ Cavæ ascendens prope cor abscissus.
 CC. Venæ subclaviæ, quarum sinistra semper longior dextra.
 D. Bifurcatio canalis Thoracici in ramum dextrum & sinistrum.
 E. Vena Azygos hic satis ampla. F. Ramus venæ Azygos supra Arteriam Aortam scandens, Venamque Azygos alterius lateris G. constituens.
 H. Canalis Thoracici sub vena Azygos ascensus. I. Ramus canalis thoracici supra aortam reflexus atque circulum constituens.
 K. Canalis Thoracicus unico ramo infra aortam ascendens, antequam vero se sub Aorta abscondit, ramum circulum I. constituentem emittit.
 L.L. Rami duo lymphatici in ramum canalis thoracici dextrum abeuntes hic abscissi.
 M.M.M. Rami lymphatici sinistri ductus. N.N. Variæ lymphaticorum distributiones.
 O.O. Duplex insertio ductus Thoracici, sinistra in vena jugulari, & dextra in subclavia, ubi jugularem dextram emittit.
 P. Curvatura canalis Thoracici, quæ supra costas dextri lateris inferioris erat reflexa.
 Q.Q. Variæ circumvolutiones atque gyri inter se communicantes canalium ductus thoracici supra aortam dispersi, & a productione majorum ejusdem ramorum venientes.

R. Rami

MENSIS JANUARIi A. MDCCXVIII. II

- R. Rami alterius N. 2 Canalis Thoracici, sub Aorta emergentes, postquam duos ramos, pro efformandis gyris illis, notatis Q. Q. concefferunt, ascendentes usque ad S.
- S. Rami R. extremas, quam postquam ad spinam dorsi profectus fueram oculis, nescio quo dein evanuit.
- T. Rami N. 2 sub aorta ascensus. V. V. Rami duæ abscissi a T. sub aorta producti.
- X. Rami canalis thoraci; N. 1 in duos divisio, quorum minor ascendit pro circumvolutione Q. superiore formanda, major autem ramum P. constituit.
- XY. Rami majoris N. 1 divisio in duos, quorum Y inferior recte ascendit, superior major circumflectitur, atque dilatatus cum altero rursus coit in unum.
- Z. Ramorum N. 3. 4 coalitus in unum.
- N. 1 Ramus major hic receptaculum formans. N. 2 Ramus hic secundus etiam dilatatus veluti receptaculum, alterum formabat.
- N. 3. 4. Duo Rami postea coalescentes in Z. hic autem abscissi & forsitan dilacerati, quia, priusquam ductum præsentem in hoc cadavere examinarem, viscera cum Mesenterio a Lumbis liberando extraxeram.
- a. a. a. Tres glandulæ, quas non dubito asserere esse lacteas Lumbares Cl. Thom. Bartholini.
- b. b. b. b. Vasa lactea secundi generis ad receptaculum N. 2 tendentia.
- c. c. c. Lactea vasa abscissa receptaculis & glandulis a. a. a. adherentia.

NOUVELLE METHODE DE GUERIR LES FISTULES
lacrymales.

i. e.

NOVA METHODUS SANANDI FISTULAS LACRYMALES,
recens. inventa a DOMINICO ANEL, Chirurgie
B 2 Doctore.

Doctore, olim Chirurgo majori sive legionario in exercitu Regis Galliarum, & postea Sacrae Caesareae Majestatis.

Augustae Taurin. apud Petrum Josephum Zapattam, 1713, 4.
Alph. 1 pl. 5.

SUITE DE LA NOUVELLE METHODE DE
guérir les fistules lacrymales.

i. e.

CONTINUATIO NOVAE METHODI CURANDI FISTULAS lacrymales, sive dissertationes apologeticae pro nova illa methodo, Autore DOMINICO ANEL.

Augustae Taur. apud Jo. Franc. Maireffe & Joh. Radix, 1714, 4.
Alph. 1 pl. 20.

Utrumque hunc tractatum Clar. Autoris (cujus libellum *de arte fugendi vulnera sine ore*, in Actis A. 1707 p. 380 recensimus) hic conjungimus, cum eadem de materia agant, posteriorque non nisi illustratio sit prioris. Illud vero praecipue hic egit Cl. Autor, ut novam a se inventam methodum sanandi fistulas lacrymales describeret, cujus ope blandiori modo sanari possent quam olim. Cum enim methodis antea usitatis dictae fistulae sectionibus, causticis, nistionibusve dolorificis, ossis unguis perforatione, aut diuturnis molestisque compressionibus per trochleas, aliasve machinas horrificas tractandae essent, quibus aegrotantes exerrime se submittebant, Autor noster de blandiori sanandi methodo cogitare cepit. Perpendens enim hunc morbum in exulceratione ductuum lacrymalium, potissimum vero sacci lacrymalis, ejusque, ubi in nares se exonerare debet, obstructione consistere: hac reserata, ulcereque mundato, curationem obtineri posse judicavit.

Hanc vero theoriam ut experimentis, (sine quibus vel ingeniosissima speculationes nullius in arte Medica sunt valoris) comprobaret, oblata primum occasione in illustr. Abbate *Fieschi*, Genuesi, qui triennio jam cum tali morbo conflictabatur, duas ob indicationes in his affectibus occurrentes, duas quoque operationes

tionem chirurgicam excogitavit. Et quidem primo ad obstructas vias lacrymales referendas *specilla tenuia argentea* singulari industria fabricari curavit, taliq; specillo per superius punctum lacrymale in palpebra superiori in saccum lacrymalem provide immisso, conalem nasalem obstructum in narium cavum perforavit, quo sic, viis rursus expeditis, lacrymaz, ut alias in sanis, ad nares libere descendere queant. Postea ut ulceratas vias lacrymales quoque mundaret, *siphunculum tubulo subtilissimo instructum* excogitavit, quo liquidum idoneum abstergens, aquam nimirum mineralem, per alterutrum punctum lacrymale in ductus lacrymales injiceret, ut sic purulenta materia expellatur, ulcus mundetur, ac via ad nares recans deopilata, aperta conservetur, donec tandem nihil præter naturam effluere amplius observetur, id quod ulcus & fistulam sanatam indicaret: sicut etiam hac ratione curationem in prædicto Abbate paucis diebus perfecte obtinuit, & deinde etiam in aliis, sed nunc citius nunc tardius pro diversa indole graduque morbi. Ubi vero nulla in ductu lacrymali obstructio adest, sed tantum exulceratio, sicuti quandoque contingit, tunc priori operatione, quæ specillo fit, non opus esse Autor innuit, verum requiri solum posteriorem: scilicet, ut ope siphunculi ulcus emundetur & exulceratio tollatur.

Postquam vero Ill. Abbatem feliciter & sine notabili dolore curaverat, sicuti ipse Abbas Medicique varii literis suis in hoc libro testantur, hanc observationem publicæ utilitatis causa Autor Genæ, ubi curatio fuerat peracta, typis imprimi curavit, & novam suam methodum publicavit: in qua dissertatione simul contra vulgatam opinionem affirmavit, sedem fistulæ lacrymalis non in caruncula lacrymali, sed in sacco lacrymali existere, & pus in his morbis e canthis oculorum profluens, non ex erosa illa caruncula, ut vulgo putarant, sed ordinariè ex punctis lacrymalibus effluere: ubi simul variæ fistulæ lacrymalis phænomena eleganter exposuit. Attamen, quod notandum esse duximus, hanc suam methodum non promiscue ad omnes fistulas lacrymales sanandas sufficientem venditat, sed tantum ad eas, ubi caries callusque durior absunt.

His peractis, Autor, ut scribit, Augustam Taurinorum ad curandam fistulam lacrymalem in *Serenissima Matre Ducis Sabaudia* vocatus est: dum vero illuc venerat, chyrurgus quidam Genuensis, cui nomen *Signorotto* est, acerbam contra Nostrum edidit epistolam Italice sermone conscriptam: in qua vehementer in novam hanc methodum invehitur, eam impossibilem, crudelem & periculosam proclamatur, omnique modo odiosam reddere tentat. Qua ignominia Noster, ut ait, commotus, ad famam suam existimationemque vindicandam, apologiam edere coactus est. Quapropter non solum suam observationem primam Genue seorsim antea editam, jam denuo Augustæ Taurinorum, una cum nova & exactissima, ut vocat, ductus lacrymalis descriptione, sed & epistolam Signorotti, & refutationem hujus epistolæ excudi curavit; in qua tam rationibus, quam experimentis five curationibus feliciter peractis: (præcipue vero in *Serenissima Duce Sabaudia matre*) testimoniisque & applausibus præcipuorum Medicorum Italicæ, e quibus *Lancisum, Valisnerium, Morgagnium, Fantonum, Terraneum, Bianchum, Zambeccarum, & Molinettum* nominare sufficiat, objectiones Signorotti & ocularii cujusdam Parisiensis solide refutavit.

Liber posterior, qui continuatio inscribitur, priorem magnitudine antecedit, & in collectione consilii variarum epistolarum Autoris aliorumque præstantissimorum Medicorum & Chirurgorum, in quibus omnis generis argumenta, ratiocinia atque experimenta reperiuntur, novam *Anelli* methodum confirmantia, & objectiones contra eam factas refellentia, quibus testimoniis veritatem, præstantiam atque utilitatem novæ suæ methodi uberius demonstrat: insimul hac in parte prolixius differit de variis fistularum lacrymalium causis, differentiis, & curationibus, tandemque in fine addit notabilem curationem aneurismatis, sanationem fistulæ inveteratæ femoris in Illustrissimo Comite de Koenigsæck peractam, notatu dignissimam, in qua per plures annos globulus plumbeus hæserat, quem multi egregii chirurgi extrahere non poterant. Præterea observationem refert curiosam, de globulo plumbeo per aliquot annos sine incommodo aut perceptione in cerebro cujusdam ducis bellici hærente. Denique de

opti-

optima luxationum præsertim femoris agit restitutione, & tandem de generatione infantum in abdomine extra uterum, cujus varia hic recensentur exempla. Postremo adhuc monemus, in his libris etiam contineri aliquot epistolas *Clar. Bianchi* ad Autorem nostrum scriptas, in quibus ipsum contra Signorottum defendit, inventum ejus novum admiratur & propugnat; in dissertatione vero sua *de ductibus novis*, sicut jam superiori anno monuimus, ubi de ea sermonem fecimus, *Anelli* non tantum nullam mentionem facit, etiam si occasione hujus novæ methodi dissertationem illam conscripserit: verum etiam inventionis gloriam jam *Anello* adimere videtur, dum varios nominat, qui operationes illas ante *Anellum* perfecerint, ut *Fantonum* & *Vernam* Patrem & *Filium*, cum tamen hi, præsertim vero *Fantonus* una cum supra dictis aliisq; egregiis Medicis *Anellum* pro inventore habuerint & agnoverint. Ceterum quoniam liber *Anelli* Gallice est conscriptus, multa simul continens Italica, atque in Germania hucusque perrarus, multo sine dubio haud ingratum præstitit officium *Cl. Heisterus*, quod jam anno 1716 eum sub forma dissertationis Academicæ in compendium redactum ediderit, atque simul novam methodum uberius illustrare allaboraverit, dum, apto ordine, de onomatologia & differentiis egit fistulæ lacrymalis morborumque affinium, 2 de partibus affectis in hoc malo, quarum naturalem structuram descripsit, 3 de origine generatione & signis fistulæ lacrymalis, 4 de nova methodo ipsa, & in quibus fistulæ lacrymalis speciebus conducat, 5 veteres quoque curandirationes addidit, ut ex eis eo facillius diversitas a nova, hujusq; præ illis præstantia appareat, 6 objectiones *Anello* factas & controversias cum adversariis ejus una cum eorundem refutatione in compendio recensuit, 7 suas circa hunc morbum observationes adjecit, & 8 tam structuram ductuum lacrymalium, quam diversitates nonnullas harum fistularum atq; instrumenta operationibus novis inservientia, quibus ipse usus est, & quæ ab *Anello* omissa sunt, figuris ære incisus illustravit, unde tantum instrumenta, specul. TAB. I. lum scilicet & siphunculium hic exhibuimus in Tab. I Fig. 3 & 4 Fig. 3, 4.

**JOH. BERNOULLI DE SOLUTIONIBUS QUÆ
EXTANT PROBLEMATUM ISOPERIMETRICORUM, EJUSQUE NOVA EO-**

rum

*rundem problematum, aliorumque cognatorum circa
calculum solvendorum methodus brevis
plana & facilis.*

Confer. Act. Lips. annor. 1700 p. 261; 1701 p. 213; Commentar. Acad. Reg. Scient. anni 1706 p. 235; Taylori Method. Increm. direct. & invers. p. 67.

Materiam de isoperimetris quam meus Frater b. m. ex occasione problematis brachystochæoni a me propositi in scenam produxit, diu multumque a viginti retro annis inter nos ambos agitatam fuisse, meminerint illi quorum interest sublimioris Geometrix promotæ Historiam cognoscere.

Solutio mea cum duplici solvendi methodo per aliquot annos certis de causis suppressa neminique statim nisi Illustriss. Leibnitio (cujus suprema fata etiamnum luget orbis eruditus) communicata & probata, quod ipse alicubi testatur, missa fuit ad Acad. Reg. Scient. Gall. ineunte anno 1701 atque publicata demum in Commentariis Paris. 1706. Dilationis causa exponitur in Historia Commentariis istis singulis annis præfigi solita a Celeb. Fontanelia.

Monitus vero non ita pridem a singulari quodam Amico, esse non æminem cui ego videar quasi solutiones meas erroris suspectas vivente Fratre meo edere non ausus fuerim, credidi e nostra re futurum, si male fundatam istam & candori meo minus faventem suspensionem quantocyus amolirer, quam nunc per ea quæ in præfata historia habeantur penitus sublatam spero: Tametsi præterea non putem me cuiquam tam male sanum videri posse, ut scriptum meum in quo aliquem errorem esse cognovissem, vel quod saltem erroris suspectum habuisssem, in lucem protrudere veritus non fuerim, cum sit ab omni ratione alienissimum, ut quis foam quam videt infirmitatem quamque tegere posset sponte patefaciat.

Interim amicæ admonitioni locum cedens pro more meo, animum protinus applicui ad solutionum revisionem, atque omnia dudum seposita accurate rursus excutiendo ad severi examinis trutinam revocaui. Quo factum est ut reapse alicubi lapsus

psum aliquem antea inobservatum deprehenderim, quod veritatis amore candide fateri usque adeo non erubescio, ut potius lætus confidam, publicum ei gratiam habiturum, quod occasio mihi extiterit, talia nunc divulgandi, quæ forte cum multis aliis in schedis meis perpetuo mansissent sepulta, quamvis reconditæ Geometriæ fines non parum prolatura.

Notandum autem solutionem primi problematis in schediæmate meo Commentariis Acad. p. 235 inserto, rectissime se habere, & ne in minimis quidem abluere ab illa quam Frater meus pro legitima agnovit: sed sciendum, quod isto successu contentus ac methodi universalitati nimis confusus ex inadvertentia non attenderim ad certam quandam circumstantiam, quæ prohibet, quo minus sine aliqua modificatione applicari queat ad problema secundum p. 239 propositum, ubi nempe queritur curva ex Isoperimetris cujus arcuum functiones aliquod *Maximum* vel *Minimum* præstent: quod leve parorama id effecit p.

adtdy
 240, ut incidere in æquationem $\frac{adt^2dy}{dx^2} = dv$, loco hujus

$\frac{adt^2ddy}{dx^3} = dv$, quæ genuina est æquatio, & nihil omnino dif-

ferre deprehendetur ab illa quam Frater meus invenit in Actis Lipsi. 1701 p. 225. Observando tantum, quod quæ fratri fuerunt z & q, mihi nominata sunt & v. Nam quia dt mihi constans sup-

adtdy
 ponitur erit $\frac{adt^2ddy}{dx^3}$ integrabile, datque ideo post integratio-

ad y
 nem rite institutam, $\frac{ady}{dx} = q \pm c$, quæ æquatio, ut infra pate-

bit, æquivalet fraternæ, & ab illa, nisi quod mea in expressione sit simplicior, re ipsa non discrepat.

Verum enim vero quod ibi ex incuria prætervisum, reparabo hic novo solvendi modo, qui singulari facilitate expedit problemata non tantum omnia, quæ de Isoperimetris propo-

stierat Frater, sed & innumera alia illis affinis; utar pro hoc, ut ipse fecit in sua Analyfi, contemplatione arcu minimi curvæ quæsitæ tanquam compositi ex tribus lineolis rectis elementaribus: atque tum ope cujusdam principii ab *uniformitatis lege*, quam nemo hucusque observavit; petiti, ex sola Figuræ inspectione, ac sine ullo pene calculo æquationes pro curvis quæsitis sponte velut se offerentes statim eliciam. Nullos hic offendet Lector scopulos, quos objicit operosa Fratris analyfis, atque differentiarum tertiarum tricas ac spinas, quibus undique obseptam ibi sentit viam, in hac nostra methodo nullas percipiet.

Taylorus Geometra insignis & acutus, qui ad profundiora nostra feliciter penetravit, teste ipsius libro de *Methodo incrementorum* probe sentiens impeditam nimis Analyseos fraternæ prolixitatem, eamque in compendium contrahere ac simul generaliore non nihil reddere volens, tantam rei affudit obscuritatem (qua in aliis quoque brevitate affectans impense delectari videtur) ut dubitem quemquam fore etiam inter perspicaciores, qui ubique & hic in primis mentem viri assequatur, imo etiam si prius aliunde rem cognitam habeat. Ut jam nihil dicam de ipso calculo, pro more ejus, conciso quidem & contracto, satis tamen adhuc longo & intricato, si quis singula ejus capita minutim persequi velit, præterquam quod cum Fratre meo ad tertias quoque fluxiones excurrat.

Has igitur aliasque ob rationes, quas omnes dicere non attinet, actum agere minime videbor, si in hoc argumento per se difficili viam monstrem & rationem brevem, planam, claram & facilem, qua quisque mediocri quoque ingenio præditus ad veritates illas abstrusiores (non fide aliorum, sed) propriis oculis spectandas pervenire possit, ita nempe, ut nec Fratris calculi prolixitatem, nec Taylori obscuritatem æque ingratam ac molestam sibi metuendam habeat. En igitur sequentiæ.

TAB. I.
Fig. 5.

Lemma I. Lineæ aq. & eq (Fig. 5.) angulum rectum q facientes sunt positione datæ; inque iis data puncta a & e; ut & rectæ parallelæ ipsi qe in datis intervallis af, fp, pq. Ad puncta quælibet b & c in rectis fb, pc, a punctis a & e inflectuntur tres rectæ ab, bc & ce; & ad puncta g & i prioribus infinite propinqua

qua, tres scilicet ag, gi & ie, sed ita ut summa priorum sit æqualis summa posteriorum (ab + bc + ce = ag + gi + ie.) Determinatur relatio linearum bg & ci in hunc modum sine calculo:

Ductis ex quatuor punctis b, g, c & i, quatuor lineolis perpendicularibus bm, gn, io, ch; ut & rectis bk & cl parallelis aq: habebuntur quatuor paria triangulorum similium gmb & bfa;

$$bng \ \& \ ckb; \ coi \ \& \ ckb; \ ihc \ \& \ cle; \ unde \ gm = \frac{fb \times bg}{ab}, \ bn =$$

$$\frac{kc \times bg}{bc}, \ co = \frac{kc \times ic}{bc}, \ \& \ ih = \frac{ic \times ce}{ce}. \ \text{Quia vero } ag + gi + ie =$$

ab + bc + ce; adeoque ag - ab + gi - bc + ie - ce = 0; hoc est gm - bn - co + ih = 0, erit gm - bn = co - ih, & substitutis

$$\text{valoribus, } \frac{fb}{ab} \times bg = \frac{kc}{bc} \times ic.$$

Coroll.

$$\text{Hinc } bg, ic :: \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} \frac{fb}{ab} \frac{ic}{be} :: (\text{ducendo in } ab \times bc \times$$

ce) ab x ce x kc - ab x bc x le, bc x ce x fb - ab x ce x kc; quod ipsissimum est Theorema præliminare a fratre non sine longo satis calculo stabilitum. vid. Acta Lips. 1701. p. 215. Sed præstat ut retineamus theorema in forma æquationis nostræ (quam deinceps

$$\text{fundamentalem nuncupabimus)} \frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \times bg = \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} \times ic;$$

idque propter uniformitatem quantitatum quibus bg & ic afficiuntur respectu ordinis trium linearum ab, bc, ce, triumque ipsis respondentium fb, kc, le, ipsarumque trium fractionum

$\frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce}$: Habetur quippe ab una parte bg ductum in diffe-

rentiam primæ & secundæ, sicuti ab altera ic ductum in differentiam secundæ & tertiz. Hæc autem uniformitas, ut mox patebit, mirum quantum contribuit ad definiendas uno quasi intuitu & sine ulla prævia analysi æquationes respondentes singulis, quæ mox aggredimur problematibus.

TAB. I.
Fig. 8.

Lemma II. Lineæ aq. & eq (Fig. 8): angulum rectum q facientes sunt positione datæ, inque his data puncta a & e: quibus tanquam centris, datisque intervallis descripti sunt circuli DbE, & FcG. Ad puncta quælibet in illis inflectuntur tres rectæ ab, bc, & ce; & ad puncta g & i prioribus vicinissima tres aliæ ag, gi & ie, sed ita ut summa priorum sit æqualis summæ posteriorum ($ab + bc + ce = ag + gi + ie$). Quod si jam ex punctis b & e ductæ intelligantur ipsi eq paralleleæ bf, & ep; quarum illa (magrantibus punctis b & e in g & i) crescit particulâ bn, hæc decrescit particulâ co, ductis nempe lineolis gn, io ipsi aq parallelis; determinatur relatio pericularum bn & co sequenti modo:

Actis ut ante bk, cl parallelis ipsi aq. erit ob angulum k rectum $bk^2 + kc^2 = bc^2 =$ (per hyp.) $gi^2 = bk + gn + oi^2 + kc - co - bn^2$; adeoque $bk + gn + oi^2 - bk^2 = (2bk \times gn \times oi) = kc^2 - kc - co - bn^2 = (2kc \times co + bn)$; hinc bk. kc :: bn + co. gn + io: Est vero ob triangula similia afb, gbn, ut & cle, coi; bn: gn ::

$$af : fb :: cl : le, \text{ unde } gn = \frac{bn \times fb}{af}, \text{ \& io} = \frac{co \times le}{cl}; \text{ adeo-}$$

que bk. kc :: bn + co. $\frac{bn \times fb}{af} + \frac{co \times le}{cl}$: Per multiplicatio-

nem extremorum & mediorum, habetur æqualitas, quæ si ita reducatyr ut quæ afficiant bn ad unam partem veniant & quæ co ad alteram; tumque convertatur iterum in analogiam, prodibit Theorema III Fratris p. 216 demonstratum per calculum differentialem: sed commodius pro scopo nostro redigitur ad

$$\text{hanc æquationem fundamentalem } \frac{fb}{af} \times \frac{kc}{bk} = \frac{ke}{bk} \times \frac{le}{cl} \\ \times co, \text{ in qua pariter terminorum uniformitas observatur. } Co$$

Coroll.

Ut particularum gr̄ & oi relatio determinetur, iisdem vestigiis insistendo reperitur pro æquatione fundamentali, hæc

$$\frac{af}{fb} \cdot \frac{bk}{kc} = \frac{bk}{lc} \cdot \frac{cl}{le} \quad \text{quæ simili gaudet uniformitate.}$$

Problema F.

Invenire naturam curvæ BacC (Fig. 7) quæ inter infinitas alias ejusdem longitudinis inter eadem puncta B & C confistat hac gaudeat prærogativa, ut quævis datæ functiones (per *functionem* intelligo quantitatem utcumque compositam ex indeterminata quadam & determinatis secundum legem datam) applicatarum aN, eS, CT, faciant *Maximum Minimumve*, hoc est, ut area BMLET quæ fit producendo aN, eS, CT &c. ad M, L, E &c. ita ut NM, SL, TE &c. simili modo componantur ex alteris respective summis applicatis Na, Se, TC &c. & ex constantibus, ut inquam area BMLET, sit omnium quæ hoc modo fieri possunt maxima vel minima.

Solutio. Manifestum est, quamlibet curvæ portionem ac, eandem conditionem *Maximi* vel *Minimi* præstare quam præstat tota BacC; concipiatur ergo curvæ portiunculæ minima ac composita ex tribus lineolis rectis (Fig. 5) ab, bc, co, tanquam curvæ elementis contiguïs, quibus respondeant tria abscissæ elementa (quæ supponam æqualia) NP, PR, RS, vel af, bk, cl; atque tria applicatarum elementa fb, kc, le. Intelligamus nunc portiunculam abce, manentibus punctis a & c, sed fluentibus b & c per intervallula minima in g & i; mutari in aliam portiunculam ejusdem longitudinis agie. Erit itaque ex conditione *Maximi* vel *Minimi*, summa functionum Pb & Rc, æqualis summe similium functionum Pg & Ri, hinc differentia functionum Pg & Pb æqualis differentie functionum Rc & Ri: Habentur autem differentie istæ, differentiando simpliciter functiones applicatarum Pb, Rc, & quod provenit (omissa quantitate differentiali) multiplicando per bg & ci, sicuti docui in Commentar. Acad.

Scient. an. 1706 p. 237 Edit. Paris. Functiones hoc modo differentiatæ applicatarum Pb & Rc vocentur, ut ibi feci, $\Delta Pb \times bg$, & $\Delta Rc \times ci$; erit $\Delta Pb \times bg = \Delta Rc \times ci$, adeoque $bg. ci :: \Delta Rc.$

$\Delta Pb :: \frac{I}{fb} \frac{I}{kc} : Refumatur nunc æquatio fundamentalis$

Lem. I $\frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \times bg = \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} \times ic$; in qua pro bg & ci ponantur eorum proportionales modo inventi $\frac{I}{\Delta Pb}$ & $\frac{I}{\Delta Rc}$;

inde æquatio nova quam *specificam* appellare liceat $\frac{I}{\Delta Pb} \frac{fb}{bc} \frac{kc}{ce} \frac{I}{\Delta Rc} = x \frac{I}{ab} \frac{I}{bc}$;

Ex hac enim conditur æquatio differentialis, speciem curvæ finaliter determinans: Quod ut commode fiat, observetur: uniformem esse utriusque membri constitutionem quoad lineas $ab, bc, ce; fb, kc, le$ ut & $\Delta Pb, \Delta Rc$; quod enim in priori membro est ab , id in altero est bc ; & quod in priori est bc , in altero est ce ; item quod in priori sunt fb, kc ; in altero sunt kc, le , tandemque quod in priori est ΔPb , in altero est ΔRc . Unde statim video, curvam quæsitam ejus oportere esse indolis, ut (suppositis abscissarum elementis æqualibus)

$\frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \frac{I}{\Delta Pb} = x \frac{I}{bc}$ faciat ubique quantitatem constantem: Liquet

autem $\frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc}$ nihil aliud esse quam differentiale negative sumtum fractionis alicujus, quæ pro numeratore habet elementum curvæ.

TAB. I.
Fig. 7.

Sit itaque (Fig. 7) $BN, y; Na, x; Ba, Z$; æquatio specifica abit in hanc $-d \frac{dx}{dz} x = \text{quantitati constanti homogeneæ } dy$

$\frac{dy}{a} - \text{adeoque} - d \frac{dx}{dz} - h. e. \frac{-dzddx + dxddz}{dz^2} = \frac{dy \Delta x}{a}$; multiplice-

tur utrumque membrum per dx , ut integrari possit, erit enim

$\frac{-dz dx ddx + dx^2 d dz}{dz^2}$ hoc est (ob $dx^2 = dz^2 - dy^2$ ideoque

$dx ddx = dz d dz$) $\frac{-dy^2 d dz}{dz^2} = \frac{dy \Delta x x dx}{a}$, seu per dy dividendo,

$\frac{-dy d dz}{dz^2} = \frac{\Delta x x dx}{a}$, quæ æquatio; quia $\Delta x x dx$ est functio dif-

ferentiata ipsius x , cujus functio ipsa vocetur X , per integratio-

nem ordinariam dat $\frac{dy}{dz} = \frac{X \pm c}{a}$: hinc $ady = \frac{X \pm c}{a} dz$; qua-

drando erit $aady^2 = \frac{X \pm c}{a} dz^2 = \frac{X \pm c}{a} x dx^2 + dy^2$, unde aa

$\frac{-X \pm c}{a} x dy^2 = \frac{X \pm c}{a} x dx^2$, adeoque $dy^2 = \frac{\frac{X \pm c}{a} dx^2}{aa - \frac{X \pm c}{a}}$ &

$dy = \frac{\frac{X \pm c}{a} x dx}{\sqrt{(aa - \frac{X \pm c}{a})}}$, tandemque $y = \int \frac{\frac{X \pm c}{a} x dx}{\sqrt{(aa - \frac{X \pm c}{a})}}$ vel posita ar-

bitraria $c = 0$, habetur pro casu simplicissimo; $y = \int \frac{X dx}{\sqrt{aa - XX}}$.

Quæ duæ æquationes consonæ sunt illis, quas olim inveneram, vid. loc. citat. ex Comment. Paris. p. 235, ut & postremæ ei, quam Frater per operosissimam suam analysin elicit, vid. Act. Lipf. 1701 p. 222, hoc tantum discrimine quod ille vocet p , quod mihi est X .

Ne quis causetur etiam calculum aliquem ingredi hanc solutionem, ecce alium scribendi modum omni calculo prorsus ca-

rentem:

Daca-

TAB. I.
Fig. 6.

Ducatur ad BS (Fig. 6.) normalis BQ, cui ex punctis a, b, i, e ductæ occurrant aG, bH, iP, eQ parallelæ eidem BS, atque æqualibus intervallis GH, HP, PQ a se invicem distantes. Sint quoque af, bk, cl ipsi BQ parallelæ. Fluant nunc puncta b & c in lineis Hb, Pc veniantque in loca proxima g & i, sed hac lege, ut summa linearum ag, gi, ie sit æqualis summæ linearum ab, bc, ce. Ex quatuor punctis b, g, c & i ductæ quoque intelligantur quatuor lineæ perpendiculares bm, gn, io, ci; atque gp, iq, ipsi bk, cl parallelæ.

Ex processu in Lemmate I adhibito apparet hic iterum pro

$$\text{æquatione fundamentali haberi} \quad \frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} = \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} \quad \text{sed}$$

$$\text{signa mutantur ob} \quad \frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} \quad \text{cum ibi fuerit} \quad \frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce}$$

Ut vero æquatio specifica inveniatur; nulla jam opus est differentiatione functionum, sed quia ex natura *Maximi* vel *Minimi* summam functionum ipsarum BH, BP, BQ respective ductarum in fb, kc, le æquandam esse video summæ earundem functionum ductarum in fg, pi, qe; erit (sumto ϕ pro signo functionis) $\phi BH \times fb + \phi BP \times kc + \phi BQ \times le = \phi BH \times fg + \phi BP \times pi + \phi BQ \times qe$, demtisque hinc inde æqualibus, manebit $-\phi BH \times bg + \phi BP \times bg = -\phi BP \times ci + \phi BQ \times ci$, unde bg.

$$ci :: -\phi BP + \phi BQ \quad -\phi BH + \phi BP :: \frac{-\phi BH + \phi BP}{-\phi BP + \phi BQ}$$

substitutis itaq; in æquatione fundamentali pro

$$\text{bg \& ci eorum proportionalibus, obtinebimus æquationem specificam} \quad \frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} = \frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} \frac{-\phi BP + \phi BQ}{-\phi BP + \phi BQ}$$

ubi propter uniformitatem utriusque membri video faciendum esse (quia $\frac{kc}{bc} \frac{fb}{ab}$ nihil aliud est quam differentiale fractionis dy

dy
 —, & $\phi BP - \phi BH$ nihil quoque aliud quam differentiale fun-
 ctionis x d — x — = constanti homogeneo —, adeoque d —
 $d\phi x$ dz d ϕx a dz
 = —; id quod ultro integratur neglecto tantum signo differen-
 tiali d, & pro more addita vel demta quadam constante — sic
 dy ϕx c a
 epim. provenit — = — ± —, vel (multiplicando per cruceam
 dz a a
 & scribendo X pro ϕx per quod illud denotatur) $ady = X - c x$
 dz, æquatio eadem cum illa, quam præcedenti modo inveni,

Problema III.

Positis quæ prius (Fig. 7) sed ita ut NM, SL, TE &c. ex TAB. I.
 primant functiones non applicatarum, sed arcuum respective Fig. 7.
 fumtorum Ba, Be, BC; quaeritur natura curvæ BacC, inter
 omnes isoperimétras hoc modo maximam aream BMLET pro-
 ducentis:

Solutio. Supponimus servamusque omnia, quæ in præce-
 dentibus quantum ad schematis præparationem & quantitatum
 appellationem. (Fig. 5.) Et ita manebit etiam hic æquatio

fundamentalis $\frac{fb}{ab} - \frac{kc}{bc} \times bg = \frac{kc}{bc} - \frac{le}{ce} \times ic$. Ut autem

æquatio specifica eruat, consideremus quod ob puncta a & e
 fixa manentia dum b & c fluunt in g & i, summa functionum ar-
 cum B ab & Babc æquari debeat summæ functionum Bag &
 Baji; hinc & differentia functionum Bag & Bab æqualis diffe-
 rentiæ functionum Babc & Baji: Est autem hic etiam differen-
 tia functionum Bag & Bab exprimenda per $\Delta Bag \times mg$; & dif-
 ferentia functionum Babc & Baji per $\Delta Babc \times (Babc - Baji)$
 hoc est (quia abce = agie, adeoque Babc - Baji = ih) per $\Delta Babc$
 $\times ih$. Scribendo pro mg & ih eorum valores supra inventos

D (vid.

(vid. Lem. I) $\frac{fb \times bg}{ab}$ & $\frac{lexic}{ce}$; & æquando postea duas illas dif-
ferentias functionum; prodibit $\Delta Bag \times \frac{fb \times bg}{ab} = \Delta Babc \times \frac{lexic}{ce}$;

unde $bg.ic :: -\Delta Babc. -\Delta Bag :: \frac{fb}{ab} \times \Delta Bag. le \times \Delta Babc$. Quod

frigitur in æquatione fundamentali $(\frac{fb \times kc}{ab \times bc}) \times bg = (\frac{kc \times le}{bc \times ce}) \times ic$;

loco bg & ic ponantur eorum proportionales modo inveni, de-
generabit illa in hanc æquationem specificam $\frac{fb \times kc}{ab \times bc} \times \frac{ab}{fb \times \Delta Bag} = \frac{kc \times le}{bc \times ce} \times \frac{bc \times ce}{lex \Delta Babc}$; in hac vero æquatione nondum est omni-

moda uniformitas utriusque membri, propter quam liceat trans-
ire a qualibet curvæ particula ab ad proxime sequentem bc simi-
li modo ut illa affectam, atque ab bac ad tertiam ce , hinc ad
quartam & ita porro, & inde concludi possit membrum utrum-

que æquationis specificæ constans quid efficere; nam et si $\frac{fb \times kc}{ab \times bc}$
in uno & $\frac{kc \times le}{bc \times ce}$ in altero membro; ut & ΔBag in uno & $\Delta Babc$

in altero membro pro elementis curvæ binis contiguis ab & bc
familem inter se situm observent, atque ita uniforme præsent of-

ficiam, video tamen idem dici non posse de $\frac{ab \times ce}{fb \times le}$ & $\frac{bc \times ce}{fb \times le}$, utpote

quod ob hiatus inter utrumque (deficiente scilicet $\frac{bc \times ce}{fb \times le}$) transitus.

iste ab uno ad alterum per contigua interrumpitur atque ita uni-
formitas turbatur; quare id curandum est, ut hiatus sublato par-
tes

tes reddantur continuæ, quod fit multiplicando utrumque
 membrum per id quod deficit, & hic quidem per $\frac{bc}{kc}$; provenit

$$\text{enim } \left(\frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc} \right) x \frac{ab \times bc}{fb \times kc \times \Delta Bag} = \left(\frac{kc}{bc} \frac{le}{ce} \right) x \frac{bc \times ce}{kc \times le \times \Delta Babc} \text{ ubi jam}$$

manifesta deprehenditur uniformitas inter partes connectentes,
 quo enim pacto particula prima ab & secunda bc cum reliquis
 ad illas pertinentibus connexæ sunt, pari modo & ipsa secunda
 bc atque tertia ce cum suis quæque reliquis connectuntur: Ex

quo igitur colligendum, curvam quæsitam talem esse ut $\frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc}$
 $\frac{fb \times kc \times \Delta Bag}{ab^2}$, vel (quia $\frac{ab}{fb}$ & $\frac{bc}{kc}$ ut potest non nisi quantitate
 infinitesimæ minori differunt, æquales censeri possunt) $\frac{fb}{ab} \frac{kc}{bc}$
 $\frac{fb \times kc \times \Delta Bag}{ab^2}$, quovis in loco æquet quantitatem constantem,

suppositis nempe abscissarum elementis æqualibus inter se; id
 quod iisdem servatis litteris quæ prius, hanc suppeditat æquatio-

$$\text{nem } -d \frac{dx}{dz} \times \frac{dz^2}{dx^2 \times \Delta z} = \text{homogeneo constanti } \frac{dy}{a}, \text{ proinde}$$

$$-d \frac{dx}{dz} \text{ i. e. } \frac{-dz ddx + dx d dz}{dz^2} = \frac{dy dx^2 \times \Delta z}{a dz^2} \text{ vel per } \frac{dz^2}{dx^2} \text{ multi-}$$

plicando, $\frac{-dz ddx + dx d dz}{dx^2} = \frac{dy \Delta z}{a}$; ut integrati possit mul-
 tiplicandum potest esse per dz, provenit namq; $\frac{-dy^2 d dx}{dx^2} =$
 hoc est (ob $dz^2 dx^2 = dy^2$ & $dz d dz = dx d dx$) $\frac{-dy^2 d dx}{dx^2} =$

$\frac{dy \Delta z \ x dz}{a}$; vel per dy diviso $\frac{-dy dx \ \Delta z x dz}{dx^2} = \frac{\Delta z x dz}{a}$; jam vero cum

$\Delta z x dz$ sit functio differentiata ipsius z , cujus functio ipsa dicitur Z ; habebimus per communem integrandi viam $\frac{dy \ Z \pm c}{dx} = \frac{Z \pm c}{a}$,

adeoque $ady = Z \pm c \ x dx$; hinc posita arbitraria $c = 0$, erit $ady = Z dx$, æquatio simplicissima naturam exprimens curvæ desideratæ.

TAB. I.
Fig. 8.

Aliter, simplicius & sine ullo calculo solvitur hoc problema I hope Coroll. Lemmatis II adhibita figura 8, ubi pro æquatione

fundamentali invenimus hæc $\frac{af \ bk}{fb \ kc} + \frac{bk \ cl}{kc \ le} x gn = \frac{bk \ cl}{kc \ le} + \frac{af \ oi}{fb \ kc} x oi$

Æquatio vero specifica huc faciens reperitur pariter sine differentiatione functionum: est enim ex lege *Maximi* vel *Minimi*,

$\phi Bab \ x af + \phi Babc \ x bk + \phi Babce \ x cl = \phi Bag \ x af - gn + \phi Bagi \ x bk + gn + oi + \phi Bagie \ x cl - oi$. Erit subductis hinc inde æqualibus (notando interim quod propter ab, bc, ce ipsi ag, gi, ie æquales; etiam $Bab, Babc, Babce$ ipsi $Bag, Bagi, Bagie$; adeoque & functiones functionibus æquales sint) —

$\phi Bab \ x gn + \phi Babc \ x gn = -\phi Babc \ x oi + \phi Babce \ x oi$;

Hæc ergo $gn \ oi :: -\phi Babc + \phi Babce \ . - Bab + \phi Babce ::$

I I

I I

scribantur nunc in $-\phi Babb + \phi Babce \ . -\phi Babc + \phi Babce$

æquatione fundamentali loco gn & oi ; eorum proportionales,

emarget æquatio specifica $\frac{af \ bk}{fb \ kc} + \frac{bk \ cl}{kc \ le} x \frac{I}{-\phi Bab + \phi Babce}$

$\frac{bk \ cl}{kc \ le}$

I I

$= \frac{bk \ cl}{kc \ le} x \frac{I}{-\phi Bab + \phi Babce}$ Quæ utrobique perfe-

ctam

etiam habet uniformitatem, est autem $\frac{bk}{kc} - \frac{af}{fb}$ differentiale fractionis $\frac{dy}{dx}$, sicuti $\phi Babc - \phi Bab$ est differentiale functionis curvæ z ; oportet itaque ut $d \frac{dy}{dx} x \frac{I}{d\phi z}$ sit = constanti homogeneo $\frac{I}{a}$; proinde $d \frac{dy}{dx} = \frac{d\phi z}{a}$; Integratione peracta quæ sponte se offert abjecta tantum littera d , additaque ut moris est vel demta quantitate quavis constante $\frac{c}{a}$, oritur $\frac{dy}{dx} = \frac{\phi Z}{a} + \frac{c}{a}$, vel (multiplicando per crucein atque pro ϕZ ponendo Z quod per illud indigitatur) $ady = Z \pm c x dx$. Quæ est omnino eadem æquatio, quam per præcedentem solutionem invenimus.

Scholium I.

Mirabitur hic forte quispiam discrimen inter hanc nostram æquationem (posito $c = 0$) $ady = Z dx$, atque eam quam Frater ex scabrosis suis salebris elicuit $dy = \frac{qdz}{aa + qq}$ vid. Act. Lips.

1701 p. 224, putabitque nos in diversum abire. Sed sciat velim nihil illas differre nisi in expressione, quod enim reipsa conveniant ita facile demonstro: Ob $dx = \sqrt{dz^2 - dy^2}$, erit $ady = Z \sqrt{dz^2 - dy^2}$; quadrando, $aady^2 = ZZ dz^2 - ZZ dy^2$; transponendo, $(aa + ZZ) x dy^2 = ZZ dz^2$, dividendo, $dy^2 = \frac{ZZ dz^2}{aa + ZZ}$; radices extrahendo, $dy = \frac{\sqrt{ZZ dz^2}}{\sqrt{aa + ZZ}} = (\text{scribendo } q \text{ pro } Z)$ $\frac{qdz}{\sqrt{aa + qq}}$. Ego vero vicissim miror, quod frater, qui eandem

identitatem demonstrat in Act. 1700 p. 266 sed inverso ordine meam æquationem ex sua deducendo, ubi scilicet ostendit æquatione $dy = qdt: \sqrt{aa + qq}$, fluere hanc $ady = qdx$, h.e. $ady = \int dx$, quod inquam non statim & immediate ad hanc ipsam pervenerit, eaque ceu simpliciore atque curvæ ideam faciliorem reddente, non potius quam altera illa longiore $dy = qdt: \sqrt{aa + qq}$ Tabulam suam p. 261 & 262 exornaverit.

Problema III.

TAB. I.
Fig. 9.

Determinare Naturam curvæ BaeC (Fig. 9) quæ inter omnes alias ejusdem longitudinis inter eadem puncta B & C constitutas hoc gaudeat privilegio, ut descripta nova curva BHKQ, cujus abscissis BL exprimentibus quamlibet functionem datam arcum Ba, applicatæ LH sint æquales applicatis Na, ut inquam area BQO omnium, quæ hoc pacto produci possunt, fiat, maxima vel minima. Patet autem, curvam BaeC fore tunc Catenariam, quam scilicet induit filum flexile ipsi Ba æquale, quod in quolibet puncto a gravatum supponitur pondere proportionali datæ functioni differentiatæ arcus correspondentis Ba, quodque suspensum est inter puncta B & C. Requirit enim (quod jam pridem notavi in prima mea hujus problematis solutione edita in Actis Lips. 1691 p. 275 n. 13 sed & ex alio principio petita) maximus communis centri gravitatis ponderum in se mutuo agentium descensus, ut area BQO sit vel maxima vel minima, prout nempe axis BT ejus vel concavitatem vel convexitatem respicit.

Solutio. Ad imitationem superiorum solutionum consideremus hic iterum portiunculam curvæ minimam ac (Fig. 3) tanquam conflata ex tribus particulis æqualibus ab, bc, ce; atque concipiamus extremas ab & ec, circa centra a & e, paululum moveri punctis b & c in g & i migrantibus, sed ita ut gi ipsi bc totaq; proin agie ipsi abce maneat æqualis. Quo fiet, ut ob maximum quoque descensum centri communis gravitatis trium pondusculorum ab, bc, ce, eorum momenta in situ abce simul sumpta sint æqualia eorundem momentis simul sumptis in situ proximo agie; hoc est, ut $\Delta B ab \times Pb + \Delta B abc \times Rc + \Delta B abce \times Se \text{ sit } = \Delta B ag$

$\Delta Bag \times Pn + \Delta Bagi \times Ro + \Delta Bagie \times Se$, sed quia *ag, gl, ie* ipsi-
ab, *bc, ce* æquantur, erunt etiam $\Delta Bag, \Delta Bagi, \Delta Bagie$ æquales
ipsi $\Delta Bab, \Delta Babc, \Delta Babce$, adeoque hinc inde demtis æquali-
bus, prodibit $\Delta Bab \times bn = \Delta Babc \times co$; hoc est, *bn. co ::* Δ

$Babc, \Delta Bab ::$ $\frac{I}{\Delta Bab} : \frac{I}{\Delta Babc}$; Scribantur itaque in æquatione

fundamentali in Lem. II inventa $\frac{fb \quad kc}{af \quad bk} \times bn = \frac{kc \quad le}{bk \quad cl} \times co$,

pro *bn & co* eorum proportionales, emerget inde hæc æquatio

specifica $\frac{fb \quad kc}{af \quad bk} \times \frac{I}{\Delta Bab} = \frac{kc \quad le}{bk \quad cl} \times \frac{I}{\Delta Babc}$; in qua nihil

dēfideratur, ut liquet, ad omni modam utriusq; membri unī for-
mitatem; quare statim concludo, hanc esse naturam curvæ quæsi-

tæ: ut $\frac{fb \quad kc}{af \quad bk} \times \frac{I}{\Delta Bab}$ ubique efficiat quantitatem constan-

tem: Adhibitis itaque symbolis, habebimus $\frac{dx \quad I}{dz} \times \frac{I}{\Delta Z} = \frac{dy \quad \Delta z}{a}$ hoc
inæogeneo constanti $\frac{dx}{dy}$, hinc $\frac{dx}{dy} = \frac{\Delta Z \times dz}{a}$, quod sine ul-

teriore præparatione sponte integratur omiffis tantum signis dif-
ferentiationis, ita namque erit $\frac{-dx}{dy} = \frac{Z \pm c}{a}$, seu $-adx = Z \pm c$

$\times dy$, & (posita arbitraria $c = 0$) $-adx = Z dy$, quæ est æquatio
pro curva optata, si simplicior etiam quam quæ a Fratre inventa
loco citato Act. 1701 p. 226 habetur: apparet quoque similem il-
lam esse æquationi nostræ $ady = Z dx$ pro curvis problematis
præcedentis, quæ maximum, minimum, vè *sqdy* præstant, nisi
quod hic & ibi coordinatæ in se invicem permutentur; quod
q. idem a Fratre quoque observatum video p. 227 quamvis istam
identitatem utriusque generis curvarum ex sola collatione sua-
rum æquationum utpotè in expressione discrepantium collige-
re non potuerit.

Reliqua hujus schēdiastæ proximo mense exhibebuntur.

JACOBI HERMANNI METHODUS NOVA
solvendi Problematum, quæ circa figuras Isoperimétras
aliasque proponi possunt.

ET si analysi, qua B. Jac. Bernoullius Problema a se olim circa figuras Isoperimétras propositum in dissertatione peculiari anno 1701 Basileæ edita, & postea in Mensum Majum Actuum Eruditorum ejusdem anni translata, solutum dedit, nonnullis non satis placuisse videtur a prolixitate calculi, negari tamen non potest, peringeniosam illam & Autore suo Celeberrimo dignam esse. Non cujusvis enim erat per tantas calculi salebras & affractus tuto procedere, & quod eximius Vir fecit, citra lapsum ad liquidam penetrare veritatem, sed Geometræ tantum in Analyticis versatissimi. Profusior autem calculus Bernoullianus inde venire videtur, quod fere citra figuræ contemplationem Theoremata sua secundum & tertium calculo elicuerit, quo quidem rationem fluxionis momentaneæ incrementivæ (vel decrementivæ) lineæ KF (vid. Tab. IV fig. 1 pag. 215 Act. Erudit. 1701) ad fluxionem seu decrementum (incrementum) lineæ LG invenit, sed quantitatis nonnihil compositis expressam. Verum si Vir eximius attentionem suam in figuram geometricam desigere in animum suum induxisset, reperturus fuisset, non solum præfata duo theoremata multo simplicius enuntiari & brevius demonstrari posse, sed etiam ex reliquis suis theorematis primum, quartum & quintum, in quibus tamen demonstrandis & deinceps casibus singulis debite applicandis maxima calculi moles consistit, inutilis evadere & superflua. Sed ne hoc gratis dixisse videar, non gravabor hoc loco assertum probare, ab Amico rogatus, postquam a me intellexisset, me jam ante plures annos cum Patavii adhuc mathemata publice profiterer, in methodum facilem & brevem solvendi problematis Isoperimétrarum incidisse & cum amicis nonnullis communicasse. Sed ut id commodius fiat omnibusque verborum circuitus vitetur, præmittendæ sunt nonnullæ definitiones.

TAB. I
 Fig. II & 12.

1. *Flexilineam* voco lineam BCDE (Fig. II & 12) tribus partibus BC, CD, & DE compositam, quarum duæ quæque contingunt angulum BCD vel CDE contineant.

2. Ver-

2. Vertices C, D angulorum illorum BCD & CDE *flexuras* deinceps nominabo.

3. Si per puncta flexilinearum B, C, D, E ad rectam positione datam AI perpendicularares demittantur BF, GC, DH, EI, & per B, C, D parallelæ agentur rectæ AI, ut, BP, CQ, & DR, anguli inde nascentes PBC, QCD & RDE simpliciter literis B, C, D quæ verticibus eorum adscriptæ conspiciuntur, insignientur.

4. Sinus & tangentes angulorum B, C, D, exprimentur per sB, sC, & sD ac per tB, tC, & tD præfigendo angulis notam sinus sive tangentiarum. Radius seu sinus totus dicatur ubique a.

Sinus & Tangentes Complementi, *Cofinus & Co-tangentes* aliis dicti denotabuntur literis græcis σ & θ , angulis præpositis; sic σ B & θ C significabunt cofinus angulorum B, & C, & θ B, θ C eorundem Cotangentes.

5. Differentias sinuum tangentiumve per ds, dt angulorum nominibus præfixas indicabimus, propterea dsB erit = sC - sB & dsC = sD - sC; item dtB = tC - tB, & dtC = tD - tC. Et sic deinceps.

6. Si subducto calculo ad æquationem perventum fuerit in qua aliud quam sB & dsB aut tB & dtB aliis quantitibus permixta occurrant, omitti potest nomen anguli B, utpote subintellectum, & scribi simpliciter s & ds pro sB & dsB, item dt & t pro dtB ac tB; nec non σ & θ pro σ B, & θ B; nam hoc casu nulla amplius ambiguitas locum habere potest.

Lemma I.

Si punctis extremis B, & E (Fig. II) flexilinea BCDE immotis TAB. I manentibus (quod etiam in sequenti lemmate subintelligendum) Fig. II. flexura ejus C & D in rectis positione datis GP, HQ sic moveantur, ut eadem maneat flexilinea longitudo seu BCDE = BcdE ubi in novum hunc situm pervenerit, erit Incrementum (decrementum) Cc rectæ GC ad Decrementum (incrementum) Dd alterius HD, ut differentia sinuum angulorum QCD & RDE ad differentiam sinuum angulorum PBC & QCD.

Ostendi debet, quod Cc : Dd = dsC : dsB.

Lem. Quod pars media cd flexilinearum in situ post motum alicubi secare debeat, ut in o, partem ejus mediam CD ante motum

E

tum

tum, exinde constare potest, quia alioqui Bc & dE tota cadere deberet intra vel extra $BCDE$. adque adeo $BCDE$ non posset æqualis manere ipsi $BcdE$, contra hyp.

Centro O per puncta c & d , ac centris B & E per C & D ; descripti intelligantur arculi circulares Cc , dD , bc , & De . Eruntque anguli $bCc = PBC = B$, $CcD = DdD = QCD = C$, & $dDe = RDE = D$. Et hisce positis; $Cc : bc = a : bB$, ac $Cc : cx = a : fC$, ergo $Cc : bc - cx = a : dfB (= fC - fB)$; pari argumento conficitur quod $Dd - de : Dd = dfC : a$. Jam quia (hyp.) $BC + CD + DE = Bc + cd + dE$ erit $bc - Cc = Dd - de$, ergo ex æquo $Cc : Dd = dfC : dfB$. Quod erat demonstr.

Coroll. Hinc quia $bc : Cc = fB : a$, item (Lemm. 1) $Cc : Dd = dfC : dfB$, & $Dd : de = a : fD$, fiet iterum ex æquo $bc : de = fB . dfC : fD . dfB$.

Lemmata 2.

Si flexura C, D flexilinea ex partibus æqualibus BC, CD & DE composita, moveantur in arcibus circularibus Cc & Dd contra sua in B & E habentibus (Fig. 2) eadem manente flexilinea longitudine, incrementum (decrementum) bc rectæ GC erit ad decrementum (incrementum) De rectæ HD , ut differentia tangentium angulorum QCD, RDE ad differentiam tangentium angulorum PBC, QCD . Hoc est $bc : De = dt C : dt B$.

Producantur BC, CD usque ad occursum cum rectis QD & RE etiam protractis ut X & Y , veneritque $BCDE$ in situm $BcdE$, secabitque, ut in præcedenti lemm. cd alteram CD in aliquo puncto O , ex quo tanquam centro descriptis per C & d arculis Cc , & dD ductisque ex C & d lineolis Cb , & de parallelis AI , ipsis cg & DH occurrentibus in b & e , erunt ang. $bCc = BCP = X$ & $cCx = XCD$, nec non $dD = DER$, & $dD = EDY$; quare est $bc : ck = CD : DX$ & $Dd : De = EY : DY$; adeoque quia ob (hyp.) æquales CD & cd etiam Cc & Dd æquales sunt, erit ex æquo $bc : De = CD : EY : DR$, DX (vel substituendo CQ , DR pro CD & DY quibus proportionalis sunt) $= CQ . EY : DR . DX = (EY : DR) : (DX : CQ)$, sed ut $EY : DR$ ad $DX : CQ$, ita et Cad ad dtB ; ergo $bc : De = dt C : dt B$. Quod erat demonstrandum.

Coroll.

Coroll. Unde quia $bC : bc = tB : a$, nec non $bc : De = dtC : dtB$, ac denique $De : ed = a : tD$, erit ex æquo $Gg (bc) Hh (ed) = tB . dtC : tD . dtB$.

Lemma 3.

Si indeterminata quacunque X diversa elementa dX & δX admittat, respectiva elementa dZ & δZ magnitudinis Z utlibet data per X & constantes elementis dx, δX proportionalia erunt.

Nam si $dZ = MdX$, erit etiam $δZ = MδX$, ubi M est utriusque eadem quantitas data per X & constantes, quare $dZ : δZ (= MdX : MδX) = dX : δX$. Quod erat demonstrandum.

Hæc sunt lemmata generalia, quorum vel primum aut secundum separatim sumtum una cum hoc tertio sufficiunt omnibus problematibus quæ circa figuras Isoperimétras optime quid præstantes proponi possunt, quia tamen alterum præ altero in diversis casibus simpliciore & breviorè analyfin largitur, utrumque demonstrandum fuit.

Problema I.

Ex omnibus figuris Isoperimétris ABE per puncta eadem A & E transcursibus, invenire illam, quæ alteram figuram ALNI hæc lege descriptam, ut singula ejus ordinata FK per respectivas ordinatas BF quæ sita similiter data sint, producat, quæ Maximum minimumve spatium AKNIA contineat, omnium a cæteris Isoperimétris similiter genitorum.

Dicantur semper $AF = y$, $FB = X$, FK data utlibet per X & constantes = p, arcus $AB = Z$ eruntque $FG = dy$, $PC = dx$, $BC = dz$ & $LS = dp$.

Sit nunc flexilinea BCDE tribus elementis contiguis curvæ quæ sitæ composita, cui respondens spatium FKLmNI maximum aut minimum esse debet, quare movendo flexilineam ut in Lemm. I, in BedE figura respondens FKLmNI erit = FKLmNI, ex quo elicitur $Ll = Mm$, existentibus FG, GH & HI, ut hic supponimus, æqualibus. Atqui (Lemm. 3) $Ll : Cc = LS : PC$, & $Dd : Mm = QD : MT$, ergo ex æquo $Dd : Cc = LS : PC$. $QD : MT . PC (Lemm. I) = dδB : dδC$, vel quia $QD : PC = δC . σB : δB . σC$, erit $dδB : dδC = δC . σB . LS : δB . σC$. MT , atque adeo $δB . dδB : σB . LS = δC . dδC : σC . LS$.

$= \int C. d\int C : \sigma C. MT = \text{unitati}$, ergo $\int B. d\int B = \sigma B. LS$, vel ponendo dp pro LS & (def. 6) omittingendo B , erit $-\int ds : \sigma = \pm dp$, & integrando $\sigma = p$ vel $= c - p$. Primo casu $d\int B = \int C - \int B$ sunt negativæ, quando curva ABC est cava versus axem; altero vero affirmativæ quando curva est convexa, propterea posui $\mp \int ds : \sigma = dp$ seu $-\int ds : \sigma = \pm dp$, quod semel pro semper monuisse sufficit. Jam quia $dy : dx = \sigma : s$, erit $dy = pdx : \mathcal{V}(aa - pp)$ primo casu, quo spdy efficit *Maximum*.

Vel etiam $dy = (c - p) dx : \mathcal{V}(aa - cc + 2cp - pp)$. Quo spdy est *Minimum*, in qua fit fiat $c = a$, oriatur $dy = (a - p) dx : \mathcal{V}(a - p)$, quæ cum altera ex Jac. Bernoullii æquationibus pro solutione hujus Probl. datis ad amissionem convenit, non minus ac prior cum prima. Quod erat Inv.

Problema II.

Si curva genita AK ordinata KF non amplius data sint per BF, sed per arcus respondentem curva quaesita AB, queritur ex omnibus Isoperimetris illa quæ Maximum Minimumve spatium ALNI producat.

Iisdem positis, mutatis solum mutandis, quæ in solutione præcedentis, significando nunc KF datam per arcum AB seu z per q , & LS per dq , erit etiam $Ll = Mm$; sed in præsentis casu est (Lemm. 3) $Ll : bc = LS : BC$ & $de : Mm = CD : MT$, ergo ex æquo $de : bc = LS. CD : MT. BC$ (vel quia CD & BC ipsis σB , & σC proportionales sunt) $= LS. \sigma B : MT. \sigma C = (\text{Coroll. Lemm. I}) \int D. d\int B : \int B. d\int C$. Ergo $d\int B : LS. \sigma B = d\int C : MT. \sigma C$. $\int D. d\int B : \int B. d\int C$. Ergo $d\int B : LS. \sigma B = F$, & $d\int C : MT. \sigma C = G$, eritque $F : \int B = G : \int D$ & permutando & dividendo $F - G : F = \int B - \int D : \int B$; est autem $F - G = dF$, & $\int B - \int D = \int B - \int C + \int C - \int D = d\int B + d\int C = 2d\int B$ quia differentia inter $d\int B$ & $d\int C$ ipsis inassignabilis est. Quare $dF : F = 2d\int B : \int B$ & $\log. F = 2 \log. \int B$, id est $F = \int B^2$ vel simpliciter $= \int \int$, erat vero $F = d\int B : LS. \sigma$ vel $ds \sigma dq$ ergo $ds. \sigma dq = \int \int$, vel generalius $-\int ds : \int \sigma = \pm dq$ & integrando (completo prius homogenea per a^2) inveniatur $\sigma s : s = q$ aut $c - q$, primo casu, quando curva quaesita est cava versus axem, & area ANI seu $\int q dy$ est *Maxima*.

Secun-

Secundo vero, quando est convexa, areaque ANI seu sqdy *Minima est.*

Pro primo habetur $ady = qdx$, & $ady = (c-q) dx$, quia $\sigma : s = dx : dy$. Vel etiam $dy = qdz$: $\sqrt{(aa + qq)}$ et $dy = (c-q) dz$: $\sqrt{(aa + cc - 2cq + qq)}$ Quæ omnia repertis Jac. Bernoullii consona sunt. Quod erat Inv.

Aliter. In fig. 12 Maneant arcus AB, AC, AD, AE cum suis elementis BC, CD & DE invariatae longitudinis, dum flexilinea BCDE ex hoc situ movetur, ut in Lemm. 2 in BcdE, adeoque etiam ordinatae FK, GL, HI, & IN hoc fluxu invariatae manebunt, sed ex natura *Maximi* vel *Minimi* oportet ut KF. FG + LG. GH + MH. HI fiat = KF. Kg + LG. gh + MH. hl, hinc vero nascitur LS. Gg = MT. Hh, in qua si loco ipsarum Gg & Hh ex Coroll. Lemm. 2 earum proportionales tB, dtC & tD. dtB substituantur, erit LS. tB. dtC = MT. tD. dtB, vel etiam transponendo dtB : LS = dtC : MT. tD, quare ponendo dtB : LS = K & dtC : MT = L, erit K : tB = L : tD & permutando ac dividendo K - L : K = tB - tD : tB, seu quia K - L = dK & tB - tD = tB - tC + tC - tD = dtB + dtC = 2dtB, fiet dK : K = 2 dtB : tB, & K = tB² seu simpliciter tt ; sed K (= dtB : LS) = $\frac{1}{2} dt : dq$; ergo $\frac{1}{2} aadt : dq = tt$ suppletis homogeneis per aa, & $-aadt : tt = \frac{1}{2} q$, hinc integrando aa : t = q vel c - q; & quia nunc a : t = dy : dx, eadem æquationes curvæ quaesitæ inveniuntur, quæ supra. Quod &c.

TAB. I.
Fig. 12.

Probléma III.

Si linea flexilis ABC (Fig. 12) in singulis suis punctis ponderibus quibusvis gravata sit, ex omnibus Isoperimetris invenire illam in qua centrum gravitatis ponderum quibus linea quaesita per totam suam longitudinem onusta est, Maxime vel minime a linea horizontali tanquam basi sua Al, distet.

Sint iterum tria curvæ quaesitæ elementa æqualia BC, CD & DE quorum pondera seu gravamina dicantur F, G & H, ergo summa Momentorum eorum, quæ est F. FB + G. GC + H. HD (hyp.) æquari debet summæ momentorum flexilinea existente in situ BcdE, seu F. FB, + G. GC + H. Hd, quare reperietur G. bc = H. De, vel substituendo ex Lemm. 2 pro bc & De proportionales dtC & dtB, fiet G. dtC = H. dtB, seu dtB : G = dtC : H,

atque adeo $dtB=G$, seu $\pm dt = dq$, vel $dt = \pm dq$, ponendo dq pro G , quare $t=q$ vel $c-q$, primo casu reperitur $dy=adz : \sqrt{(aa+qq)}$ & secundo $dy=adz : \sqrt{(aa+cc-2cq+qq)}$; hæc æquationes accurate concordant cum Bernoullianis atque omnis generis catenarias continent, quemadmodum ratione prioris id demonstravi in *Phoronomia* §. 105, nisi quod illic dx & dy sint elementa quæ nunc cum Cel. Jac. Bernoullio vocavimus dy & dx respective. Quod erat inveniendum.

Atque sic soluta exhibuimus nova methodo tria illa Problemata generalia circa Figuras Isoperimétras quæ Celeberr. Jac. Bernoullius sua methodo expedivit in prælaudata sua Dissertatione in Act. Erudit. 1701 pag. 215 sqq. extante. Ad plura alia problemata hoc schediasma extendi potuisset, sed tempus vetat plura proferre, propterea in aliam commodiorem occasionem quæ supersunt dicenda differre nunc cogor.

JOANNIS JENSII FERCVLUM LITERARIUM.

Lugd. Bat. apud Sam. Luchtmans, 1717, 8 maj.

Pl. II.

CL. Autor in literario hoc ferculo sacra jungere profanis non dubitavit, ac proinde initio locis aliquot Matthæi & Lucæ lucem conatus est affundere. Primo loco ipsum nomen *Evangelii* e Græcis scriptoribus egregie illustrat. Occasione verborum Christi Matth. V, 47 varias significationes verbi $\alpha\sigma\pi\acute{\alpha}\zeta\epsilon\sigma\upsilon$ exponit, & inde concludit, memorato loco $\tau\acute{o}\alpha\sigma\pi\acute{\alpha}\zeta\epsilon\delta\alpha\upsilon$ complecti omnia amoris officia. Pari modo occasione dicti Matth. XIX 20, varias notiones vocis $\tau\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\iota\omicron\varsigma$ repræsentat. Ceteris omiſſis, procedimus ad dissertationem de Fetialibus populi Romani. Hujus primo capite de orthographia, itemque de etymologia nominis illius agit, obiter addens, non substantivum illud esse, sed adjectivum. Secundo Capite, a quo fuerint instituti Fetiales, disquirat, notans Græcorum Latinorumque scriptorum discordiam, quorum hi Ancum Martium, illi Numam, hujus instituti autorem perhibent. Capite tertio docet, Romanos jus fetiale ab aliis in Italia populis accepisse. Quarto de numero fetiali-

p. 119q.

13.

26!

51.

et alium disputat; eosque fingulare constituisse collegium verosimile putat. *Quinto* de Patre patrato agit, eumque principem in collegio fetialium fuisse, docet: *Sexto* capite de muniis fetialium accurate disserit, ac *septimo* speciatim de *clarigatione*. *Octavum* in caput reliqua congeffit, quæ ipsi digna memoratuvisa sunt de præcis Romanorum fetialibus.

Sequitur de *dictatoribus populi Romani* Dissertatio, in qua paulo fufius & ordinatius, quam a Sigonio, Manutio, Grueclio, Hotomanno, Rosino, aliisque factum, hoc argumentum se executum esse profitetur. Capite igitur *primo* nomen *dictatoris* contemplatur, simul memorans, eum & *Magistrum populi* vocatum fuisse. *Secundo* docet, Romanos morem creandi dictatoris accepisse ab Albanis. *Tertio* capite exponit, ob quas causas constituti Romæ fuerint dictatores: cumque Nic. Grucchius quatuor causas afferat, Noster octo sibi observatas producit. *Quarto* tradit, ex consulibus vel consularibus delectum fuisse dictatorem: addens, interdum minoris dignitatis hominem ad id fastigium evectum fuisse. A quo & quando creatus fuerit dictator, *quinto* capite edisserit. *Sexto* de adjuncto dictatori Magistro Equitum agit: quæque præterea de dictatore sunt memorabilia, reliquis sex capitibus persequitur.

Postremo loco Cl. Autor sistit recentes emendationes Luciani, scriptoris elegantissimi, & a se jam illustrati *Lectionibus Lucianis*, quas recensuimus Suppl. T. III p. 521. Scilicet ex illo tempore incidit in codicem MS. maximæ vetustatis, unde viginti Luciani libellos complexum, quo duce complura scriptoris illius loca persanavit Noster. Et has ipsas emendationes hic publici fecit jaris, usui futuras novo Operum Luciani editori.

CHRISTOPHORI AUGUSTI HEUMANNÆ

Oratio de tribus scholæ finibus. Adjecta sunt tria Programmata Göttingensia.

Francof. & Lipsiæ, in officina Rengeriana, 1717, 8.

Pl. 5.

Cum Cl. Autor Collega noster admodum industrius, Göttingensē ad Gymnasium gubernandum ex Ilfenacensi Seminario

rio Theologico, cui ipsos octo annos præfuerat, evocatus, Oratione quadam muuus suum rite auspiciari juberetur, *de tribus scholæ finibus, pietate, eruditione, ac morum elegantia*, sibi pro concione verba facienda duxit, eamque Orationem publicis jam mandavit literis. Ex ea more nostro pauca, eaque præcipua, repetemus. *Pietatis* culturam vulgo negligi in scholis, experientiam advocat testem, ac suafor est, ut una saltim hora singulis hebdomadis tradendis Christianæ virtutis præceptis dicetur. Nec vero simplicem & catechetica, sed solidam eruditamque ad pietatem institui vult juvenes scholasticos, ut vera religionis Christianæ inamotaque fundamenta perspiciant, ac simul agnoscant, religionem, id est, verum Dei cultum summam animo tranquillitatem voluptatemque conciliare, nec aliam, quam per veram pietatem, ad humanam felicitatem esse aditum. Ita fore sperat, ut Academicorum quoque adolescentum mores fiat meliores, si scilicet in scholis ad virtutem non superficialiter colendam fuerint adfacti. Circa *eruditionis* studium, duo vulgo peccari monet. Alterum est, quod, linguarum Græcæ Latinæque peritia eruditionem absolvi, nonnulli sibi persuadent: alterum, quod, si forte disciplinæ tractantur, præcepta ita infiguntur memoriæ, ut psittaci potius, quam eruditi homines, evadant discipuli. Adidit tertium, quod aliquibi pro vera philosophia tradantur Scholasticorum, qui barbaris regnarunt seculis, ineptiz, nulli usui futuræ per omnem vitam. Hinc suam de scholastica doctrina expromit sententiam. Primo igitur operam uavandam censet linguis Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, ita tamen ut utilitate metiamur profectus juvenum, nec elaborandis Græcis vel Hebraicis orationibus carminibusque bonas horas perdi patiamur. Tum eloquentiz in studium incumbendum arbitratur, nec Latinæ solum, veram etiam vernaculæ. Poeseos culturam non promiscue commendat, sed ingeniis ad poesin natis relinquit. Deinde historiz studium, una cum geographia & chronologia, tractari sedulo jubet, nec civilis solum historiz, sed etiam literariæ & ecclesiasticæ. Postea philosophiæ fundamenta ponenda esse existimat, quippe cum e teneris adhuc mentibus evellendæ sint errorum radices, ac plerumque frustra adhibeatur medicina erroribus

bus inveteratis. De theologicæ studio quæ supra dixerat, paucis hic quoque repetit. Quæ postremo de *civilitate morum* adjungit, præmittentes, ad programmata accedimus,

Horum primo *Bobuslai Hassensheimii* memoriam ab oblivione vindicat, quem, ab historiarum literarum scriptoribus silentio prætermissum, docet maximum renaſcentis literaturæ & culturæ & patronum fuisse. Ortus autem erat *Hassensheimius* ille a gente *Lobcowizia*, quæ hodie Principali dignitate fulgere notum est. Is adolescentiam per omnium disciplinarum cultum strenue tranſegerat, testanturque monumenta ab eo relicta, Latine doctissimum eum fuisse ac Poetam suavissimum. Bibliothecæ congerendæ adeo studiosus fuit, ut nullis parceret sumptibus, ac pro uno *Platone* MSto mille ducatos solveret. Diem suum obiit A. 1510.

Altero Programme, quod inscriptum est *de beneficiis Principum æternis*, Autor philosophatur de *beneficentia*, quidque sint *beneficia æterna*, quantoque intervallo cæteris beneficiis sint superiora, disputat.

Tertio denique Programme sub examen vocat *ecclasiæ Hieronymi antisciperonianam*, sive somnium illud quo lectione librorum Ciceronis interdictum sibi fuisse in epistola quadam memorie prodidit. Noster primum indicia profert, ex quibus appareat, merum hoc fuisse Hieronymi figmentum. Deinde piam hanc Hieronymi fraudem, Religioni quippe Christianæ noxiam magis, quam proficuum, haud imitandam esse judicat.

NUMMI LUDOVICI XII REGIS GALLORUM,
epigraphe: Perdam Babylonis nomen, insignes, illustrati &
contra Harduinum defensi a CHRISTIANO
SIGISMUNDO LIEBE.

Lipsiæ, apud Jo. Christ. Martini, 1717, 8.

Pl. 12.

F.

Edi.

EDitam triennio abhinc Dissertationem Cl. Autor superiore Anno Jubilæo recudendam censuit, & quidem auctiorem locupletioremq. Cum enim inter Felles veritatis ante Lutherum exortos jamdudum numeretur LVDOVICVS XII, Galliarum Rex, tum quod Autor fuit Concilii Pifani, tum quod numos excudi curavit, Jefaiz verbis infcriptos: PERDAM BABYLONIS NOMEN, vel PERDAM BABYLONEM; hanc suam Difputationem merito speravit non displicituram hoc tempore esse Jubilæa gaudia gaudentibus. Egerat de tali numo, ejusque ectypum exhibuerat Cl. Struvius in *Bibliotheca antiqua A. 1706*. Subfequenti anno celebris Jefuitæ, Jo. Harduinus, istis numis aliam in fententiam ingeniofe explicatis multorum erat applaufum confeutus. Strictim tamen Harduinianam interpretationem everterunt Viri Clariff. Kochius atque Doylingius. Nunc vero Cl. Autor, quicquid de iis numis reperire potuit, diligentiffime congelfit, ut omnes elabendi rimas Harduino obftrueret, ac lectores edoceret veritatem simpliciffimam planeque fincerant. Primo loco istos numos, paffim in mufeis obvios, repræfentat, ducibus Harduino, Claromontio, Abbate Luccenfi, Schotto, Hottingero, aliisque; fimulque Autores, qui horum numorum mentionem fecerunt, adducit, notans inter hæc editionum Thuani difcordiam. Hinc de occasione iftorum numorum differit, quatin fcilicet præbuit inimicitia inter Ludovicum XII & Julium II Papam. Sunt, qui Ludovicum quodam Julii II numo permotum fuiſſe putant ad excudendos eos, de quibus jam loquimur, numos. Exſtat enim numus Julii II, hæc verba gerens infcripta: *Bononia per Julium a tyranno liberata*: cujus figuram Cl. Autor exhibet. Sed idem docet illa tyranni appellatione designari Bentivolum, cui Papa Bononiam eripuerit: nec tamen negat, Papam per latus Bentivoli ipſam Ludovicum Regem potuiſſe pungere. Quod ad tempus attinet, quo Ludovicus XII numos iſtos de *Babylone* excudi juffit, Cl. Autor eorum probat fententiam, qui factum id eſſe anno 1512 exiſtimant. Hinc fuſius commemorat, quas ineant rationes Pontificii, ut hos numos, qui cauſæ Lutheranz videntur favere, nobis

S. 3 ſqq.

P. 8 ſq.

S. 13.

15.

P. 22.

S. 20.

22.

nobis eripiant. Alii nimirum prorsus fictum esse hoc numerum geaus, audacter pronuntiarunt. Alii mores Romanæ ecclesiæ, non doctrinas, ista inscriptione notatos fuisse, contendunt. Denique Harduinians singulari edita Dissertatione evincere conatus est, in istis numis neutiquam Romam describi, sed Cairum, primariam Ægypti urbem, quæ illa tempestate *Babilonis* nomen gesserit. Addit, Ludovicum titulo *Regis Neapolitani*, qui in memoratis numis conspicitur, inde ab A. 1503 abstinuisse, adeoque non posse illos numos tempore dissidii, quod inter Julium II & Ludovicum XII intercessit, cufos fuisse. Non negat Cl. Autor, Harduinianam explicationem valde reddi posse probabilem, & ipse nonnullas ejus exornandæ rationes affert. Verum rite tandem subductis rationibus repudiat Harduini hypothesin, eamque perdocte impugnat ac refellit. Primo aggreditur argumentum Harduini a titulo *Regis Neapolitani* petitam, quamque siculam eum id fit, liquido demonstrat. Deinde de Babylone Ægypti copiose & luculenter agit, ac postremo ostendit, a Ludovico XII *Cairum* non potuisse vocari *Babylonem*, nec eum illo tempore consilium iniisse, sanctum, quod vocabant, bellum contra Muhammedanos suscipiendi. Eversis igitur Harduini fundamentis receptam istorum numorum interpretationem confirmat suffragis maximorum virorum Romanæ Ecclesiæ addictorum: probatumque dat, quanto odio in Julium Papam Ludovicus Rex exarserit. Imo summa infamia in toto orbe flagrasse Papam illum, allatis monumentis comprobatur, atque ita Dissertationi suæ finem imponit. Ceterum cum de hisce numis eruditissimos quosdam Viros per literas consuluerit, non alienum ei visum est, epistolas illas hic annexere, lectoribusque perlustrandas permittere. Post has etiam Harduini dissertationem cum Gallico, tum Latino sermone exhibet. Ultimo loco sistit Jo. Staphylæi, Episcopi Siburicensis, orationem Romæ A. 1527 habitam, qua, *Babylonem* in Apocalypsi Joannis descriptam omnino esse Romam, libere ingenueque contenditur.

§ 24

33 lqq.

45, 47 lqq.

59.

67.

69 lqq.

EXERCITATIONES SUBSECIVÆ
*Francofurtenses.**Tomus I Sectio I.*

Francofurti ad Viadrum, impensis Jeremiz Schrey, 1717, 8.

Plag. 14.

Bernhardus Henricus Reinoldus, Andreas Ottomar Galickius Arnoldus Wefenseldius, Jac. Hermannus & Just. Christ. Dithmar, Professores in Academia Francofurtenfi, consilium cœpere singulis semestribus, quamvis suppressis nominibus, Sectionem exercitationum subsecivarum edendi, quarum indolem Sectio hæc prima manifestat, exercitationibus octo constans. Prima Galickii est de ovulo muliebri maturo in ovario dextro infantidæ reperto. Cum scilicet mense Aprili anni superioris Anatomiam pro muneris ratione publice administraret, in dextro infantidæ ovario reperit ovulum rotundiusculum, turgidum, vasculis sanguineis, superficiem vario reptatu undique permeantibus refertum, ex petiolo suo dependens & magnitudine insigni, ut passerum aliarumque majorum avicularum ovula multis adhuc modis superaret. Quod semine virili imprægnatum fuerit ultimis incarcerationis diebus, ostendisse ait non modo univrsam ovuli tan exteriorem, quam interiorem faciem, sed & ipsum loci iudicem retulisse, quod in eodem carcere cum infantidæ conclusus fuerit puer 16 annorum, qui tres puellas trium, quinque & novem annorum, adultioresque ancillas stupraverat. Exercitatio secunda juridica est & spicilegium de insulis completi dicitur. In ea Reinoldus, Juris Professor, contendit in §. ult. L. 65 D. de acquirendo rerum dominio verba *Labronis* sub finem citata ita legi debere: *Si id quod in publico innatum aut adquisitum est, publicum non est; insula quoque, quæ in flumine publico nata est, publica esse non debet.* In hac enim lectione nihil occurrere existinat, quod partim non exstet in codice Florentino, partim autem in variantibus lectionibus a *Francisco Accursio* collectis: per eam tamen evitari contradictionem verborum

L.

Labronis in eadem lege citatorum. Præterea ostendere conatur, quod jura Germanica minime velint, insulam in flumine publico natam per se publicam esse. Cumque eum in finem citari soleat constitutio *Adolphi Regis*; eam sub in eundem revocat. Exercitat. 3 *Wesenseldius*, Logicæ ac Moraliùm Professor, de natura, origine, varietate, usu & abusu dubitationis disserit. Exercit. 4 *Hermannus* probare nititur, mechanicam gravitatis causam nondum esse inventam. Idcirco recensitis gravitatis quibusdam phænomenis examinat, quæ Peripatetici, *Gilbertus*, *Waldisus*, *Cartesius*, & *Hugenius* de ea tradiderunt. *Cartesius* & *Hugenius* a conatu centrifugo materiz æthereæ gravitatem non sine applausu derivarunt. *Hermanno* autem conatus centrifugus ætheris corpora potius a tellure repellere debere videtur; assinit enim, ætherem gravibus imprimere motum in hypothesi *Cartesiana* & *Hugeniana* secundum rectas radiis Telluris in directum sitas versus superficiem atmosphæræ. In experimento, quo *Hugenius* motum gravium illustrat in discursu de causa gravitatis p. 132, negat motum æeris Hispanicæ versus centrum vorticis provenire a conatu centrifugo aquæ; sed eum a reactione superficiæ cavæ cylindri, in quam a conatu centrifugo impingens aqua retrogitur a peripheria ad centrum, deducit, cum in rotatione vasis non pleni aqua in peripheria attollatur, in medio vero subsideat, adeoque motu circulari languescente a peripheria ad axem cylindri refluat. Ceterum admiratione dignum reputat, quod, etsi gravitatis causa nondum patëat, ejus tamen effectus, præsertim motus accelerati & retardati ab ejus actione pendentes, Geometria opitulante, conspicui fiant: quod ut appareat, in Exercitat. 5 motum gravium per tres canones generales explicat, in quibus quælibet vis continue agens in locum gravitatis substitui potest. Primus, unde reliqui eruntur, in eo fundatur, quod potentia agens ducta in durationem actionis sit æqualis momento corporis: quod ex generalibus actionis passionisque notionibus constare arbitretur, actionem omnem mensurandam esse per id, quod ea producit, & quantitatem hujus ex magnitudine potentiz agentis & tempore, quo

agit, cognosci. Applicat canones non modo ad descensum perpendiculararem gravium, sed etiam ad motum per plana inclinata & motum pendulorum. Exercitatio sexta iterum Juridica est & inscribitur de necessitate adeundi ad fontes, si quis in lectione Codicis repetitæ prælectionis feliciter versari velit. Opponit eam *Reinoldus* Jctō celeberrimo *Brunnemannus*, qui in Commentario suo ad Codicem *Justinianicum* affirmavit, male constitutiones ex Codice *Theodosiano*, male fragmenta *Ulpiani* allegari, & Græcas Constitutiones a se in super haberi allevesavit, quod in imperio non sint receptæ, præsertim cum legum multitudinem jam laboremus. Exercitat. 7 *Dithmarus*, Historiarum Professor, in originem ac successionem Ducum Limburgensium inquit, quæ vulgo perquam obscura habetur. Conditorem castri Limburgensis atque stirpem Comitum ac Ducum Limburgensium esse *Walramum*, ex Ducibus *Lotharingæ* genus paternum, ex Comitibus vero *Arlunensibus* maternum ducentem, auctoritate *Alberti* in Chron. ad A. 1052 probat. Eum excepit *Henricus*, eodem teste ad A. 1107: hunc vero secutus est ex filiis *Walramus*, cognomento *Paganus*, *Walramo* secundo successere *Henricus II*, *Henricus III*, *Walramus III*, *Henricus IV*, & *Walramus IV*; qui A. 1282 sine prole mascula obiit. Recenset deinde *Dithmarus* Duces Luxemburgenses a *Walramo*, Duce Limburgensi, ortos, simulque docet, quomodo Ducatus cum Limburgensi, tum Luxemburgensi tandem ad Austriacos pervenerit. Exercitationi 8 titulus est: Nova literaria de locis *Verulamianis* præcise applicandis. Autor ejus *Wesensfeldius* locis realibus, quæ *Verulanius* locis topicis Scholasticorum substituit, Physicæ ac Matheseos præcipua incrementa deberi sibi persuadens putat, nos simili modo corruptioni vitæ civilis & Christianæ mederi posse, atque hinc ostendere conatur, quomodo iisdem in Philosophia practica sit utendum, Ait autem hæc a se liberius exponi in Disputatoria methodo, quam sub titulo *Militia literata, sed Christiano non indecentis*, propediem cum publico communicare constituit.

VITÆ

VITÆ TRIPARTITÆ JCTORUM VET-
 rum a BERNARDINO RUTILIO, JOANNE
 BERTRANDO & GUILIELMO GROTIO
 scriptæ; junctim & emendatioreſ editæ JO. CHRIS-
 TOPH. FRANCK, J. U. D.

Halæ Magdeb. typis Græuerianis & sumtib. Bibliopolæ novæ
 apud Felicem de Serre, 1718, 4.

Alph. § plag. 13.

Quæ olim tribus distinctis voluminibus diverso tempore
 editis extiterè veterum Jctorum vitæ, eas nunc uno com-
 prehensas exhibet Clar. Editor. Nec ejus latide sua defra-
 ganda est industria, quum, qui rarioreſ libros deſuo in publi-
 cum emittunt, non minorè ab Orbe erudito mereant grâti-
 am, quam qui novos procedunt. Probantur autem imprimis illi
 in rubro poſiti triumviri illis, qui norunt, quam multum inter-
 ſit morèſ & facta eorum noſſe, qui in legibus ferendis cauſiſque
 decidendis fuerè celebrioreſ. Quod ad *Rutilium* attinet, flo-
 ruit ille circa medium Sec. XVI in Italia. *Bertrandus* autem
 circa finem ejuſdem ſeculi diem obiit ſupremum, poſtquam To-
 loſæ, Galliz Narbonenſis oppido perquam celebri, ſummis præ-
 fuiſſet officiis. *Grotium* tandem ſeculum proxime elapſum
 vidit, & ob inſignem eruditionem impenſè coluere Batavi.
 Omnis horum Autorum opera in eo occupatur, ut Jctos
 in corpore Juris Juſtiniani laudatoſ notioreſ reddant, quam
 communiter eſſe ſolent illis, qui *Aſtræ* litari videri volunt.
 Plura de prioribus horum opuſculorum editionibus qui deſide-
 rat, adeat licet Celeb. Struvii Biblioth. Jurid. Cap. I §. 3 p. m. &
 ſqq. Nobis jam incumbit tribus verbis deſcribere, quid Doctiſſ.
 Editor præſtiterit. Præmiſſa igitur *Prefatione*, quæ inſtitutum
 prolixius declarat, diſtinctis indicibus intinat nomina Jctorum,
 quorum vitæ quiviſ iſtorum Autorum in ſuis libelliſ deli-
 neavit. Sequitur ipſe *Rutilii* liber, in ſola tantum recenſione,
 additiſ tamen §§. antea omiſſiſ, conſiſtens. Eundem excipit
Bertrandi volumen, quod *Blos Notarum* inſcripſit, & in duas
 parteſ diviſit, quarum prior Jctos in indice Juſtineano con-
 tentoſ, poſterior autem eoſ, quorum in LL. Juſtiniani fit men-
 tio,

tio, complectitur. Præmittitur autem ipsius Bertrandi *vita*, ab ejus filio Francisco doctè admodum, & quæ turbulentam istius temporis Galliarum Narbonensis statum vivis coloribus depingat, conscripta, cum annotationibus Frid. Jac. Leickheri. Subjectæ sunt varix variorum animadversiones, nempe Menagii & editoris Lugdunensis, quibus accedunt succinctæ quædam Thomæ Reinesii animadversiones, ipsius exemplari manu propria adscriptæ, unde Consult. Editor easdem desumpsit. Sunt tamen illæ & numero & mole oppido exiguæ, appositoque nomine Reinesii ab aliis distinctæ. Speciminis loco sit ea, quæ p. 36 extat, & Interdicti Salviani Salvium Julianum Jctum autorem esse negat, & potius Salvio cuidam Prætori per conjecturam adscribit. Nec omittenda est Laurentii Pignorij epistola, quæ luculenter admodum contra Bertrandum ostendit, Julium Paulum Jctum Romanum patria fuisse, quæ hic p. 126 sqq. legitur. Claudii Volumen *Grosii* opusculum posthumum, & a filio Jacobo primum e tenebris erutum; quod frequentibus Legum & antiquiorum Autorum allegatis ad calcem cujusque paginæ abundat, inque reprehendendo Rutilio atque Bertrando assidus versatur, indeque prioribus a multis præfertur; cui tamen sententiæ non omnino subscribit Clar. Editor in supra laudata præfatione. Indice universum opus instructum est duplici; & prior quidem est rerum, posterior autem Legum tam allegatarum, quam explicatarum,

LECTORI,

Cum plures in ea esse sententia acceperimus, ut credant, intergrum Actorum Erud. opus inde ab A. 1682, quo excerptum est, ad nostra tempora non amplius proflare, aut certe priores Tomos ac Sectiones sigillatim hæud vendi, publice hoc loco significandum duximus, non minus opus integrum quam singulas ejus partes, tum in omnibus Lipsiensium, tum in Germaniarum nostrarum officinis celebrioribus plerique, in Italia vero, & quidem Romæ, apud Pagliarinum & Crozierii hæredes, ac Venetijs apud Herzinum, in Gallia apud Montaiant & Cavelier, typographos Parisienses, in Anglia apud With. Innys Londini, in Belgio, Amstelodami quidem, apud Wetsteinios & Waesbergios, Ultrajecti aqnd Guil. van de Water, Lugduni Bat. apud Petr. van der Aa & Boutensteynium, & Hagæ Com. apud Henr. du Sauzet, venum proflare.



ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Februarii, Anno MDCCXVIII.

MICHAELIS MERCATI SAMMINIATENSIS
Mesalotheca, opus posthumum auctoritate & munificentia
CLEMENTIS XI Pontificis Maximi e tenebris in lucem
eductum; opera auctem & studio JOANN. MAR.
LANCISII, Archiatri Pontificii,
illustratum.

Romæ, ex officina Joannis Mariz Salvioni, 1717, fol.

Const. Alph. 5 Tabb. zn. maj. 22 & plurimis passim insertis.

Michael Mercatus ex antiqua nobili Samminiatenſi familia, majoribus eruditione claris, anno 1541 natus, Summis Pontificibus inprimis carus, juvenis horto Vaticano Botanico a Pio V præfectus est, cujus quoque provinciæ administrationem Gregorii XIII & Xysti V jussu adornavit. Cum primum Botanicam Romæ excoleret, ac publice doceret, id dedit operam, ut simplicium, quæ dicunt, sibi penum colligeret, & juxta plantarum varias species, fossilia omnis generis sibi compararet, quæ per classes ordine digesta, & in Vaticana bibliotheca deposita adſervavit, ut in publicum usum omnia sagaci scrutinio examinata calamo æreque descripta tandem exhiberet. Feliciter res successit, & harum rerum dignis æſtimatoribus, tum commentarius, quo fossilia descripsit Mercatus, tum ipsorum corporum insignis thesaurus magno in pretio fuit. Cum deinde in Poloniam a Xysto V cum Legato ire jussus esset, multum auxit collectam ante suppellectilem, & redux factus jam edere librum parabat, inprimis cum post Xysti mortem Clemens VIII in sedem Romanam evectus esset, qui majori gratia & dignitate ornabat Mercatum, ante sibi familiarem.

G

Ve-

ACTA ERUDITORUM

Verum munnerum onere pressus, cum in morbum incidisset, factis tandem sedere A. 1593 coactus est, & genitore suo orbatam Metallothecam post se relinquere, quæ inde cum ipso sepulta quasi latuit, donec nostra demum ætate Clementi XI, non sacrorum modo sanctissimo custodi, sed & literarum munificentissimo promotori, aliquid de tanto opere innotuit; qui dato illustrissimo Lancisio, summo eruditorum Mæcenati, negotio, conquiri e naufragio quasi conservatas tabulas iussit. Alacriter enim egit Lancisius, atque Florentia Clementis sumptibus allatum opus perlustravit; & summo Pontifici ita commendavit, ut editioni tanto Principe dignæ destinaretur. Animadvertit vero Lancisius, quod, cum Mercatus ante plures alios harum rerum insigniter peritos de hoc argumento scripserat, notis ac supplementis opus esset, quem defectum cum ipse variis negotiis distractus supplere non posset, ita operam partitus est cum Petro Assalto Medico Romano, linguarum, Latinæ, Græcæ, & Hebræicæ: apprime gnaro, ut is retentis quæ a Mercato scripta essent: omnibus, notas adjiceret, quibus ipse deinde sua adderet; quædam & commutaret & rescicaret, quo factum, ut nunc tandem liber magnifico ac erudito apparatus vestitus in lucem prodierit. Id vero potissimum egit Mercatus; ut cum variis harum rerum curiosis institutis commerciis, diligentissime omnium naturam non solum perquireret, verum, si quid esset ambiguum, non piguit doctum hominem itinera in loca natalia rebus, largo cum sumtu, molestia & discrimine, suscipere, ipsaque terræ penetralia perreptando scrutari, observata elegantissimis iconibus depingere, & summa industria ingenique laude enarrare. Et quamquam multis recentioribus hac in parte infeliciores, quod plurimis recens inventis observationibus destitueretur, non tamen veterum, quos summa diligentia exenserat, non satis confirmatis opinionibus presso pede insilit, sed rationibus motus, ab iisdem discessit, & novam sententiam argumentis melioribus suffultam proposuit. Assertum hoc probat Lancisius magnetis descriptione a Mercato tentata, ubi non in occultis qualitatibus, non in sympathia quadam & animæ analogo principio, & id genus inanibus consistit, sed Epicuri & Lucretii sententiam revocans;

eant, cum Cartesio ad corpuscularum magneticorum cum pe-
 ris ferri conformitatem procedit, & inde motum utriusque ad se
 invicem demonstrare allaborat. Etenim Mercatus, ut in ador-
 nata jam ab ipso Admonitione docet, apud animum constitu-
 erat, primum generalem fossilium lapidum terrarumque histo-
 riam conficere, illique specialem tractationem de singulis rebus
 agentem subicere, sed omisso priori, posteriori se accinxit &
 per suas species fossilia exposuit, in quo sibi hunc præfixit ordi-
 nem. Nomina rerum, quibus nationes varis utuntur, primum
 adduxit: deinde figuras diligenter expressas exhibuit: tum sapo-
 res & sensibus dignoscendas facultates exposuit: & tandem
 usum edocuit, quave ratione vera a supposititiis liceret discerne-
 re, indicavit, & quibus in locis quærenda sint: cujus tamen me-
 thodi non ita tenax est, ut aliquando ab ea, si res postulat, disce-
 dere religioni ducat. Ut vero Lector propius cognoscat, quid
 in hac Metallotheca sibi quærendum sit, summa ejus porcensemi-
 mus capita. Notandum vero metalli vocem aliquanto latius ex
 Aristotelis sententia accipi, & omne illud includere, quod in
 terra concretum est, vel ex aspiratione vapida, vel fumosa, aut
 sicca, sicut Autor ipse ad mentem Aristotelis loquitur. Agit igitur
 primo loco generatim, paucis de metallorum natura, origine
 eorumque differentiis, inde in primo armario exhibet terras, o-
 rarumque varias species. In secundo varia salium genera sunt re-
 posita, & in eorum descriptione comparet Celeb. Lancisii ad Vi-
 cussenium epistola, qua ille demonstrat, acidum sal humano
 sanguini admixtum esse; neque proportionem inter partes san-
 guinis cartis legibus definiri posse. Armarium tertium ad servat
 alumina; quartum acres succos; quintum succos pingves; sex-
 tum marina metallica ex usu vocis ampliori, elegantiora multa
 rarioraque; septimum lapides terræ similes; octavum lapides
 animalibus innatos, in quorum descriptione multa adferuntur
 fabulis proxima, quod non semel annotat Mercatus & post eum
 recentiores, novis adjuti experimentis. Novum, quod omnium
 locupletissimum est, lapides *ἰσομέφους* exhibet, quales sunt, qui
 forma diversi cujusdam a lapide corporis præditi sunt. In causam
 horum efficientem & formalem diligentius inquirat Mercatus

& discussis variorum ex doctrina Aristotelis sententiis, tandem pronunciat, figuratorum lapidum formam ex cœlestium corporum irradiationibus gigni, æquivocæ generationis methodo in aliis. Verum consentientem non habet doctissimum Assaltum in notis subjectis, qui cum eruditioribus nostræ ætatis, quos adduxit & quibus addi in primis conveniebat Cl. Woodwardum, afferit, *ιδιομόρφως* hos lapides nihil esse aliud, quam varia animalium & plantarum corpora in lapidem conversa. Modum, quo ad summos montes a mari remotos marina corpora deferri possint, ita exponit doctissimus Assaltus, quod fieri aliquando possit, ut aquæ pulsatim montium viscera pervadentes terram solvant, motuque subruant, ex quo efficiatur, ut aqua terræ ruina compressa sursum pellatur, unaque secum magnam testaceorum aliorumque vim repentino motu abruptam avehat. Imo & terræ motu omnia subverti atque ima cum summis permisceri facile aliquando potuisse contendit. Quæ quidem ingeniosa satis sunt, neque tamen omnes difficultates tollunt, ut veri utique similior videatur Woodwardi aliorumque sententia, a diluvio originem horum revocantium. Ultimum seu X armarium marmora repræsentat. Et ne quid operi nitido splendoris deesset, subjunctæ sunt a Mercato statuz ære hic expressæ, quæ eo potissimum loco in atrio hortorum Vaticanorum collocatz sunt, quo repositum fuit armarium, plerzque marmoreæ, insignia antiquitatis monumenta. Indices non saltem singulis armariis proprii subjuncti, sed & generalis rerum omnium, quæ cum in Mercato, tum in notis quærendæ sunt, sub finem Operis splendidissimi additus deprehenditur.

**SAMUELIS KOLESERI DE KERES-EER, SE-
cretarii Gubernialis Cæsareo-Regii, Principatus Trans-
sylvaniæ &c. Auraria Romano-Dacica.**

Cibinii, typis publicis, 1717, 8.

Plag. 19.

Illustrem Autorem jure meritoq; inter illos esse numerandum, qui officio suo omnibus modis satisfacere cupiat, fatebitur
faci-

facile, qui vel ea leget, quæ in *Supplem. Actor. II. Tom. VI Sect. 5* de ejusdem Dissertationibus de *scorbuto Mediterraneo, & de Peste Dacica* diximus. Cum enim antehac Inclyti Gubernii & Præsidiorum Cæsareo-Regiorum in Transylvania Medicum Ordinarium Provinciale egerit, operæ pretium illo tempore duxit, Medico-Practicis lucubrationibus ingenium exercere, postquam autem non ita pridem universæ Rei-metallicæ in Transylvania supremi Inspectoris spartam nactus fuit, apposite hunc de *Aurariis Romano Dacis* tractatum elaboravit.

Descripto præliminariter Daciæ situ, conditione & fecunditate primo hujus tractatus *capite*, ad Historiam Trajani Imperatoris Romanorum devolvitur, qua occasione felicitatem hujus provinciæ & florentem Aurifodinarum statum, non solum Columna Trajani ex ruderibus Patroissæ eruta, sed & Collegio Aurariarum Trajani tempore in Dacia fundato probare satagit. Decebali enim thesauros a Trajano inventos pro figmento habet: Lyfimacheos autem, a Georgio Martinusio olim Imperatori Ferdinando dono missos, supposititios & ad imitationem authenticorum cusos fuisse existimat. Forum & Columnam Trajani ex venditione prædæ Daciæ erecta fuisse, opere adeo sumptuoso, cui nec Decebali thesauri sufficissent, existimat. Dum igitur metalla & mineralia veros Daciæ thesauros fuisse probat, tractus metallicos auriferos hujus provinciæ simul comenemorat, nimirum montis Bihor inferiorem tractum, atrii virginæ lotura nobilitatum, prærupta montis Wolcoi, Zalathenses, Breganenses, Almasenses, Hertzogenses, Treftianenses, Kristorienes, Rudenses, Banicenses, Keresbanyenses, Czebejenfes Metallifodinas, magis Romanæ industriæ vestigia, quam modernæ culturæ indicia ostendentes, porro oppidum Abrud cum adjacentibus pagis Kerpenes & Butsum, nec non in fronte elevatissimi montis rupturam cameratæ olim fodinæ urgentis capacitatis, evidentissima metallici laboris & magnificentiæ Romanæ in Dacia documenta nominat. Ex quibus locis quotannis plusquam centum centenarios auri in ærarium Romanum translatos fuisse, ex supposito viginti mill. metallariorum labore aliisque circumstantiis probare satagit. Translatum au-

tem aurum hoc ex Dacia in Italiam tum fuisse per Apulensem, Ulpianam & Zernetensem colonias potissimum, indicat, qua occasione Cellarii Geographiam Antiquam corrigere non obliuiscitur. Pergit hinc ad illa tempora, quibus ab ipsis Dacis, per religionem tandem moratoribus factis, Aurifodinae hae, pulsae Romanis, Scythis & Hunnis, excultae fuerunt, ad quam culturam Saxones potissimum in Daciam vocatos contribuuisse memorat. Inter oppida metallica Daciae illo tempore clara, primum locum dat Abrudbanya, junctis cum hac Zalakna, Offenbanya, Rezbanya, Keresbanya, quae tamen loca Gubernatoris Martinusij tempore & postea adhuc magis per Georgii Rakozij infelices expeditiones bellicas, exersa a Barbaris sede Principali Alba Julia, & Magno Varadino occupata, irreparabilis desolationis fata subire, coacta fuerunt, ut jam sola Abrudbanya lacertos adhuc mouerit, ceteris in squalore remanentibus, ex qua tamen desolatione per Augustiss. Domus Austriae curam & clementiam, de nouo oeconomiam metallicam sub felicissima directione Stephani a Steinville Armorum Ducis & Commissarii Regii instituentis, emeritura fore, spem non exiguam facit.

De Auro in specie ejusdemque laboribus metallicis *Cap. II* discursum formans, ipsa Romanorum aetate jam notam differentiam inter aurum liberum vel nativum, & inter aurum coactum vel ex mineris excavatum proponit. Daciam hic quoad proventum nativi & virginei auri, arearumque aurearum, nulli in Europa provinciae cedere, ex archivis Transylvanicis partim, partim & avtopsia probat. Auri granulati binorum & binorum semis pondo, a Joh. Sigism. Transylv. Principe, A. 1566 Solimanno Turcarum Imperatori dono data, & puri putique auri ad similitudinem galeae naturae industria efformati frustum, latrosum concavum, octingentorum aureorum ponderis, tempore Sigism. Bathorei, A. 1591 repertum, Hetruriae Duci muneris loco missum fuit, dictis archivis testibus: ipse autem Clariss. Autor massam auri solidam, uncias decem & sex pendentem in montanis Bisztreiczinibus repertam, itemque aliam viginti unius & semuncias, aliam quatuordecim Ducatorum pondus

dus exequantem, abque ulla terræ vel lapidæ materiæ
 mixtura, quondam oculis suis usurpavit. Inter rariora autem
 numerandum, quod non ita pridem in rivo Jaraensi, supra
 Tordam, post copiosas pluvias, flex, crystalli montanæ instar
 pellucidus, auri puri frustum avellanæ magnitudine intra se
 continens, inventus fuerit. His subjunguntur observationes
 de Uvis guttis granisque aureis superbientibus: guttas tres super
 extrema uvæ vate in uno botro apud Georg. Banfy, Transylva
 niæ Gubernatorem, A. 1701 contemplatus est Noster, & in
 vineto Babolnensi, acinum aureum, per carnem & cutem uvæ
 translucentem decerptum fuisse, ex relatione domesticorum fa
 milizæ Nalacziæ idem commemorat; in Comitatu Zarand, &
 in fluviis Szamusiorem, Sil, & Themessii, singularis speciei auri,
 quod argillæ & farinæ instar friabile est, invenitur. Aurum fodi
 nale purum & solidum præter Körösbanyensem, Kritsoriensem,
 Rudensem, Dupapiatensem, Igrensem, Abrudbanyensem,
 camprimis in Tresliensi fodina frequenter erui asserit, & simul
Boyleum castigat, qui in *Medic. Hydrostatica* dubium facit, u
 trum re ipsa veræ auri mineræ venæque, in quibus aurum do
 minium obtineat, dentur; nec *Stabio* ignoscere potest, statuenti,
 rarissimum esse, frustulum inveniri auri puri, quod granum triti
 ci latitudine & dimidia saltem crassitie æquet: eum frustra auri fa
 bæ instar inveniri, nec rarum esse, nec uni, sed pluribus Daciæ
 chrysoruchiis proprium, ipse observaverit. Procedit hinc ad ipsos
 metallicos labores describendos, & adducto *Plinii* loco *Histor.
 Nat. Lib. 34* collatoque cum hodierno metalla tractandi modo,
 ostendit, Aurariarum culturam in tantum floruisse in Dacia, Ro
 manorum tempore, ut eadem hodie adhuc laboris continuatio
 vix innovata superfit, imo multum ab eorum sedulitate remiserit.
 Jucunda hic inspergit de Aurei Velleris origine, corbesque auri
 minerarum lotorios speciosissimæ Poetarum fabulæ de aureo vel
 lere a Jasone invento originem dedisse credit, siquidem & Col
 chiorum regionem auro ramentoso venisque metallicis abun
 dante, ex Strabone probat. Virgulæ divinatrix certitudinem
 omnino in dubium vocat, cum neminem hætenus demonstrasse
 idænsis hunc in finem sappeditatis argumentis viderit, cur sur

culaps

culus corylinus in meridie festi S. Johannis amputatus, sympathetica actione, occulta in prcordiis terræ crassoque cortice tecta detegere debeat. De molis quassatoriis, earundemque emendatione differens, insigniâ Architecti Cæsarei meminit, qui in defectu sufficientis aquæ, formulam instrumenti ostendit, cujus & unius hominis manuali opera duodecim pistillorum molam facile agi posse demonstravit: simili machinula campana Viennensis 400 centen. in turrim elevata fuit, levissima tonnam brachiorum opera.

Dum *Cap. III* laborem auri monetarium declarare satagit, ab ipsa auri depuratione sermonis initium facit: quandoquidem enim scobibus ferri minutulis, pluribus autem marcasitæ ramentis omne aurum sive fodinale sive fluviatile ordinario luxuriat, lapide magnetico susque deque cum pulvere minerarum auri volutato, a scobibus martialibus, plus vero mercuriali amalgamatione tam ab iis, quam a ceteris recrementis liberandum, prolixus hic discursus de molis amalgamatoriis Germanorum, de Cementatione auri, de Quartatione, de separatione per viam humidam, de aqua fort. & Reg. de purgatione auri per antimonium, de extractione auri ex argento, hoc illæso manente, de lapide Lydio, de auri pondere puritatis indice, ubi perquam curiosa sunt, quæ de experimentis hydrostaticis, corpora solida non æque gravitare in aere & fluidis, iisdemque diversi generis, probantibus, de regulis proportionis, de Cupellatione &c. profert. His eleganter expositis, ad signationem auri, & tempus illud, quo aurum primo signatum fuit, progreditur. Hinc in medium adducit Romanorum numismata, & quantum curæ fuerit Romanis auri in numis puritas, Monetales Triumviros, numos Dacicos, simulacra monetæ & æquitatis numis impressa &c. explicat. Quibus satis explicatis, progreditur ad jus eudendi numos aureos soli Majestati quondam proprium. In sequentibus monetæ aureæ requisita recenset, pretium auri decupla ratione ad argentum se habere, asserit, & aureorum Dacicorum antiquorum raritatem & paucitatem defendit, qua occasione *Analesta Dacica* & *Apulensia*

sia

ſia ſimul promittit. Dum autem in monetæ Daciæ recenſione ad recentiora tempora venit, numos aureos Johannis Zapo-lyæ, Johannis Sigismundi & Iſabellæ, Stephani Bathorei, Chriſtophori Bath. Sigismundi Bath. Andr. Cardinalis Bath. Moyſis Siculi, Civitatis Coronenſis, Georg. Baſtz, Gabriel. Bathor. Stephani Borskai, Sigismundi Rakoczi, Cibinenſium, Gabriel. Bethlemi, Catharinæ Brandenb. Stephani Bethlemi, Georg. Rakoczi I & II, Franciſci Rhedei, Joh. Kemeſii, Mich. Apafi, Auguſtiſſimi Leopoldi M. & Auguſtiſſ. Joſephi, Cæſarum, Emeric. Tökeli, Rebellionis Præſidum, Exequiales Gubernatoris Georg. Baſſi, Conſtantini Baſſarabæ de Brankoman, Principis Walachiæ, Auguſtiſſ. Caroli VI, proponit. Quæ numerorum Daciæ modernorum recenſio, tam Monetariæ illuſtrandæ, quam Hiſtoriz Daciæ e numiſmatibus texendæ, ſpecieminis loco eſſe poteſt.

Conſtitutiones Provinciales de Re Metallica & Monetaria recenſentur *Capite IV*. Ubi ſuppoſitione facta, quod Metallifodinz ſint Juris Regalis, nobiles omnes jure fundi tenere, quicquid habent fodinarum, aſſeritur. Quo ipſo tamen libertas publica in propriis fundis aperiendi fodinas non tollitur, ut pote quæ vigore certarum Conſtitutionum Dacicarum probatur, cum conditione tamen de Decimis, ex proventibus fiſco dandis, & evectioſe auri interdicta; excepta, ratione decimarum, Abrud-benya, quæ cum vicinis pagis, loco decimarum ad annuum cenſum 400 piſetorum adſtricta; imo & decimas in genere, ab Auguſtiſſ. Leopoldo remiſſas, pretium autem campſionis fiſcalis auctum fuiſſe noſtro tempore, notatur. Zälaknenſium prærogativæ & privilegia metallica, juxta Cæſarearum in Hungaria, & Electoris Saxoniz Ordinationum metallicarum tenorem, prædicantur. Tandem cuſionis monetæ, ut Regalis Principis, per certas conſtitutiones Imperiales roboratæ, fit mentio.

Capite V originem, generationem & proprietates auri demonſtrat. Hypotheſes phyſicæ hic occurrentes Cartefianæ poſſimum ſunt. Rudimenta metallica ita adumbrare ſatagit, ut foccos acres fodinarum, metallorum bajulos faciat, unde veuarum metallicarum ortus & loca, generatioque ſaxorum & minerarum deducantur. Aurum ipſum vulgari ratione deſcribit,

H

prin-

principia autem auri constitutiva adhuc ignota esse, nec plus de auro statuere licere, quam quod sit, ingenue fatetur. Locorum subterraneorum collectionis & transitus diversitas diversas species, formas &figurationes auri, ipsius opinione producit: volantes autem moleculæ aureæ, arenosis tantum, limosis & sabulosis terræ partibus exceptæ, quasi per cribrum transeuntes, varia figura in pulverem ex ejus sententia concrescunt, ex quo aurum, ad ripas fluviorum vel in ipsis fluvii auriferis inveniendum, ortum ducit: hoc enim ex montium auri feracium radicibus abradi, aperte negat. Generatio auri quotidiana experimento vallis rubræ Abrudbanyensis, a mille sexcentis annis uberem aliquot millenorum auri pisetorum annualem proventum suppeditantis: Czebeanz loturæ; item ex scoris ante sexaginta annos rejectis & vacuis, aurum de novo per separationem largientibus, probatur, & experimento curioso acutissimi *Leuwenhoekii*, cum Nicol. Witsen Consule Amstelod. communicato, roboratur. De botris, seu botrorum potius cuticulis, aureis guttis superbientibus, ita statuit: in locis, quæ radiis solaribus quasi concentratis opponuntur, in tantum metallicos vapores, canicularibus imprimis diebus, ardente Syrio, exagitari, ut in auras quidem attollantur, sed frigore nocturno concreti guttatim decidant e diametro. Huic hypothese pondus auri nativum non obflare, probat lapide isto meteorico, ante quatuor annos in Valachia ad oppidum Bozajenum, medio Januar. ex aere, post tonitru obortum, delapso, cujus frusta, nives tunc liquefacientia, & duas, tres pluresve libras pendentia, ipsemet vidit Ill. *Astor*. Quod autem ipsi acini intra cutem botrarum aurei reperiantur, hoc æque ac filamenta fructus implicata ad radicem vitium, eminentium vaporum metallicorum condensationi & fixationi, sulphure meteorico cooperante, in acceptis ferendum putat. Devolvitur hinc discursus ad colorem & soliditatem, pondusque auri nativum, quæ ex Cartesianis principiis, prout superius metallorum generationem, explicat: proportionem autem ponderis auri ad alia corpora, ex sagacissimi *Præsi* Reg. Academ. Scientiarum Socii calculo, peculiari tabella comprehenso, sistit. Sub finem hujus capituli transitum facit ad Philosophos per ignem.

COM.

communiter sic dictos, qui illis, quæ de Auro scientificè dici possunt, non contenti, ex quibus id ipsum particulis constet, & in quales reduci ac resolvi possit, demonstrare conantur: in quorum autem controversiis decidendis & ænigmatibus egrediendo, plus laboris & operæ impendi, quam lucri unquam sperari possit, firmiter credit, sicuti & de Chrysopeia in univèrsum ita judicat, ut vel putativa vel Sophistica illa fuisse experimenta, quibus & moderni sic dicti adepti hinc inde inclauerunt, persuasus sit. Allegat hæc occasione unam vel alteram de Arte transmutoria historiam *Leibniti* recensione & *Tzschirnbusti* avtopsia nobilitatam, & simul in laudati *Leibniti* sententiam descendit, scilicet, quod politice nec necessaria nec utilis sit Ars aurifera: in magna enim ad vulgus emanante auri copia, genus humanum optimo melioris monetæ commodo privaretur, & tunc ad æs & libram redeundum esset.

Laborem auri medicum examinat tandem *Capite VI*. Trituratio ut simplicissima ita & optima auri præparatio hic primus locum habet; sequuntur auri calcinationes, earundemque producta, itemque auri præcipitationes, aurum fulminans, crocus auri & sal auri, quod physice dari cum Boyleo in dubium vocat, siquidem, secundum notos hæcenus processus, ex corporibus & spiritibus salinis in præparatione adhibitis, & non ex auro ipso tale sal resultat. Sequuntur postea Tincturæ per mensuram varia paratæ, qua occasione de auro, an irreducibile reddi queat, disputatur, id quod tacite negat, & simul essentiam dulcem Halensium perstringit, utpote quæ, quomocunque abstracta, nullum auri vestigium post se relinquit, eoque ipso descensum auri in præparatione adhibendi prodit: similis Halensium *Vigani* Tinctura esse creditur, recensetur etiam Parisina, & illa, quæ per salia volatilia paratur, itemque quæ per phosphorum Brandianum & Kraffianum. Quod auram universalem medicinam largiri possit, negare non dubitat, postquam apud elegantiores Medicos in confesso sit, omnia medicamenta præstantiora, pondere, figura, mobilitate metienda esse, irradiationibus autem & imaginariis operationibus nullum esse locum. Tandem ex foliis mineris antimonii solaris & cinnabaris nativæ

Transylvanicis optima medicamenta præparati, atque ad laute vivendum, his ad præservandum & morbis desperatissimis medendum, cum solatio sanitatis & crumenæ Medicum prudentem uti posse, concludit.

LUMEN NOVUM PHOSPHORIS ACCENSUM, sive Exercitatio Physico-Chymica de causa lucis in Phosphoris tam naturalibus, quam artificialibus, exarata ad provocationem celeberrimæ Regiæ in Galliis Burdegalensium Academiae a JOHANNE HENR. COHAUSEN, M. D. Episcopi Monasteriensis & Paderbornensis Archiatro.

Amstelodami, apud Joannem Oosterwyk, 1717, 8.

Alph. I Tab. æn. 6.

Tractatus hic tribus absolvitur partibus, quarum prima de phosphoris naturalibus, secunda de artificialibus, tertia de hermeticis agit. Præmittitur isagoge de luce & igne : ubi Autor primum disputat de luce primigenia, quam eandem cum elemento primo *Cartesii* agnoscit ; deinde lucis in omnibus corporibus existentiam adstruere conatur ; tandem docere intendit, in quoniam lux atque ignis consistant. Lux ipsi est ignis rarefactus ; ignis lux concentrata & fortius mota.

Inter phosphoros naturales primo loco occurrunt phosphori elementorum, quos vocat : succedunt phosphori animalium ; agmen claudunt, qui in regno vegetabili obviæ sunt. Per elementa cum Aristotelicis ærem, aquam, terram & ignem intelligit. Phosphori æris sunt meteora ignea, de quorum materia & generatione varias variorum Autorum opiniones reserlet. Phosphoram aquæ exhibet lumen maris : aquam enim marinam remis fortiter percussam lucere & coruscare noctu, varii annotarunt, quos Noster laudat, Autores. Huc refert ostreorum & piscium marinorum lucentium exempla. Lucem tam maris, quam piscium a sale esse probat, quia aqua marina sale suo privata non amplius luet. Et, si in sale lucem spectare desideres, cum calce viva fundi jubet sal armoniacum : spiritum enim fugacem urinosum evolare, & sal concretum forti malleo noctu per-

percussum lucere. In phosphorum terrestrium censu habentur coruscationes montanæ & lapides noctu lucentes, inprimis gemmæ. Ad phosphoros animalium trahit exempla hominum in tenebris lucentium, qualem ante lapsum fuisse Adamum, *Robertus de Fluxibus* opinatur, & exempla gemina brutorum, itemque insectorum: ubi simul disquirit, num nystalopum oculi naturam phosphori habeant. Ex regno denique vegetabili adducit herbas & radices naturaliter noctilucas & lignum putridum.

Phosphoros artificiales commemorat, lapidem Bononiensem, phosphorum communiter sic dictum, qui ex urina paratur, *Kunckelianas* lucis pilulas frictione lucem scintillantem acquirentes, magnetem luminarem seu phosphorum *Baldusii*, pyrophorum facalem, de quo in *Historia Academiæ Scientiarum A. 1711* agitur, pyrophorum sacrum *Macchabæorum*, pyrophoros vegetabiles artificiosos & phosphorum mercurialem. Finem imponit discursus de utilitate & usu phosphorum.

Per phosphorum hermeticum intelligit noctilucam ab adeptis passim laudatam, cujus existentiam ipsorum autoritatibus probat. Inquirit etiam in causam lucis ejusdem & in ipsius subjectum (quod vocat) primateriale.

Autor in singulis multam ostendit lectionem: sed specialiora proferre vix operæ pretium existimamus.

HISTORIA ECCLESIASTICA VET. TESTA-
menti a mundo condito per septem Periodos usque ad Christum natum deducta. & memorie accommodata, cum Isagoge Exegetica in libros sacros præcipue historicos; cum Synchronismis historiæ exoticæ civilis & literariæ speciatim Philosophicæ; Autore JOACHIMO LANGIO, S. Theologiæ P. P. in Reg. Frid.

Halæ Magdeb. typis ac impensis Orphanotropei, 1718, 4.

Alph. 2 plag. 13.

Propositum inprimis videtur Autori summe Reverendo, ut amoeniorem atque expeditiorem lectoribus sacrarum potissimum

sumum literarum tractationem his ad historiam Ecclesiasticam
 V. T. doctis observationibus efficiat, Deique majestatem decla-
 ratamque in Ecclesia regenda & Politia Judaica sapientiam, po-
 tentiam ac bonitatem in aprico ponat. Ordinem ipsa natura
 duce ostensum sequitur, genus etiam dicendi sibi suctum i. e. pu-
 rum, planum & ad rerum quas tractat indolem ac naturam de-
 clarandam efficacissimum retinet: ubique autem exegeticas, lite-
 rarias, practicas observationes ac admonitiones immiscet. Omnis
 operis ambitus septem praeceptis periodis continetur, quarum
 prima a mundo condito usque ad diluivium; secunda ad vocatio-
 nem Abrahami; tertia ad egressum Israelitarum ex Aegypto; quar-
 ta seu Moisaica ad ingressum in Canaan; quinta a Josua usque ad
 Salomonem, speciatim usque ad templum Salomonzum; sexta
 hinc ad solutionem captivitatis Babyloniorum; septima tandem
 usque ad Christum procedit. Ceterum & stylum rebus singulis
 optime attemperavit Celeb. Autor, & jucundas passim observa-
 tiones ex historia naturali & Philosophorum placitis adperfit,
 ejus rei specimen in ipsa historia Creationis exstat. Ita quidem
 p. 2 primae dici opus materiam hujus universi primam, spiritum
 plasticum, ac lucem, seu ignem fuisse perhibet. Materiam quip-
 pe primam, molem fluidam ac limosam, seu aquam turbidam, per
 universam creatam abyssum diffusam, rudem ac indigestam, vi-
 tz, lucis, coloris, ordinis ac virtutis expertem, omnium vero qua-
 litatum ac formarum spacem & ad corporum constitutionem
 necessariam, Gen. 1.2 abyssum & aquam, commate autem primo
 per anticipationem tetraon, uti Sap. XI, 17 *ἄλη ἀμορφον*, appella-
 ri. Spiritum plasticum, principium hujus universi vitale seu ipsam
 vim ac virtutem naturalem inhabili materiz ab incubante quasi
 & fecundante Spiritu S. infusam, ad operandum omnia in
 omnibus, secundum uniuscujusque naturam & singulorum li-
 mites constitutendos esse, & chemicis quidem Archæum, item
 quintam essentiam vel spiritum simpliciter appellari, qui tamen
 nunquam sine aliquo materiz vehiculo tanquam habitaculo suo
 sit, & ab eo mundi spiritu, quem Stoici statuerint, plane diversus
 haberi debeat. Lucem denique *ἦν* vel *ἦν* principium esse
 hujus

hujus universi organicum, seu ingentem molem igneam ac lucidam, illuminandi, calefaciendi (atque ita etiam rarefaciendi ac attenuandi expandendique) & movendi virtute præditam, materiz tenebricolæ a creatore filio, qui *à vis* *Ques* & lux mundi, infusam, ad eam reddendam visibilem, in formas divisibilem ac mobilem: quæ ante Solis constitutionem rotatione sua circa universi massam noctis ac diei analogon ad diem usque quartam effecerit. Exornationem autem superioris expansi seu ætheris ita perfectam fuisse, salvis Mathematicorum judiciis, existimat: Superius sc. expansum die quarta sidera tanquam palatii mundani lampades accepisse, copiosiore lucis seu ignis primigenii parte, quam in expansione universi æther acceperat, in Solem & astra collecta. Ne enim pro ea æther calorem suum in hæc inferiora semper æqualiter, sed pro amplificandis Dei operibus jam blandius jam fortius effunderet; Deum certa illius spatia de novo ita expandisse, ut in illis redderetur materia omnium subtilissima, iisque lucem antehac undiquaque diffusam ita indidisse, ut ex ingenti illius massa varii formarentur globi lucidi, magnitudine, altitudine motuque diversi, ornatui non minus quam temporum dimensionem inservientes. Et quis nova ista materiz ætheræ expansio novam ejusdem contractionem in certis spatiis effecisse videatur, ita ut illa, luce penitus subtracta, opaca facta sint, Solis luminis collustranda; probabile putat, ortos planetarum Solis in regendo hoc mundo adjutores. Ceterum principia Mosaica ubique huc usque reperiri, materiam in formas deductam innumeratas ætheris, aeris, aquæ, terræ & porro metalli, lapidis, ligni, canis &c. nomine appellari, nec ullum ab ea mundi angulum esse vacuum. Spiritum creatum itidem in varias species dimanasse, ut Spiritus vini, salis, herbæ &c. dicatur, adeoque ubique distosum manere, ut nullus terræ pulvisculus, nulla herbulæ sit, quin aliquam operandi virtutem habeat; id quod Medicinæ Chemicæque basin constituat. Ignem etiam, etsi in sidereum, animale, focarium & subterraneum distinctum, manere; cum nulla sine calore motuque atque eidem opposito frigore rerum mutatio fiat: indeque quo quid plus habeat materiz, eo plus habere corporis, opacitatis ac immobilitatis; quo plus spiritus, eo

phas

plus vigoris ac durationis, quo plus lucis ac ignis, eo plus formæ ac mobilitatis possidere: quin elementum nihil aliud quam hujus universi materiam esse, quæ quia tum ut una, tum ut diverso densitatis ac raritatis gradu digesta ac distincta consideretur, elementorum quoque numerum statui posse vel unitarium vel ternarium, ut terra, aqua, expansum, vel quate: narium, ut terra, aqua, aer, æther, igne ab elementorum numero plane excluso, quippe qui sit principium semiactivum, spiritui plastico, qui minus quasi actus, ad tractationem materiz inserviens: qui tamen propterea possit elementaris dici, quia elementis unde alia corpora omnia constituuntur, inhæret, variisque modis inservit; uti elementarem materiam pro diversis densitatis ac raritatis gradibus justa proportione dispositis locum in mundo vel superiorem vel inferiorem invenire, ex ipsa elementorum natura constet. Naturam vero eleganter rerum perpetuam nascendi ac denascendi, movendi & quiescendi seu operandi ac cessandi legem ac indolem vocat, omnibus, quæ sunt divinitus, impostam, denominationemque a primo permutationis gradu, qui est nasci, habentem. Deum porro naturæ Autorem ideo per Moysen tam distincte ac graviter universi mundani Systematis exordium, principia, causas, generationem ac ordinem revelavisse, ut ipsum in Physicis tanquam optimum naturæ interpretem sequeremur, speciosamque hanc mundi machinam primam esse Dei scripturam seu librum naturæ, in quo tot partes, quot rerum genera, tot paginarum, quot species, tot literæ ac apices, quot specierum ac individuorum dotes ac virtutes. In quibus propterea ita versandum, ut, quod in Physicis affirmat Scriptura, id etiam Philosophus affirmet, quod negat, neget; sed de quo tacet, neququam taceat: ideoque tantum philosophandum esse Scriptura luce, ratione duce & sensu teste. Sensum quippe, quod verum est, perspicere sine medio; rationem sensum deficientem supplere, & aberrantem corrigere; Scripturam ea, quæ a sensu & ratione remota sunt, revelare adeoque a revelatione divina nobis præstari fidem, a ratione intelligentiam, a sensu evidentiam. Ad phycas etiam meditationes ex parte spectant, quæ p. 70 no. II ac III de Sodomæ reliquiarumque urbium everfione, Lothique uxoris metamorphosi, tum quæ

quæ p. 139 de Ægyptiacorum magorum miraculis prolixè differt. Præterea non raro, quæ Theologiæ revelatæ dogmata declarant, aut confirmant, in observationibus his annotata deprehendimus. Ita angelos etiam & quidem die prima sub ipsum creationis initium creatos, juxta Ps. CIV, 4, Hebr. I, 7, Col. I, 16, probat 1) ex eo, quod Deum angelos ceu filios suos jam in terræ fundatione tanquam operum suorum admiratores adhibuisse, e Job. XXXVIII, 4, 7 apparet: 2) e natura angelorum ac hominum, nec non e ratione ordinis, cujus lege in operationibus processus a simplicioribus ad composita tendat, h. e. uti creatio deserit in hominibus, creaturis omnium maxime compositis, ita coepisse a Spiritibus, creaturis omnium simplicissimis, cum a Deo ordinis autore nil quicquam nisi bene ordinatum proficisci potuerit: 3) hinc probabile esse, quod voce cœli, commate primo expressa, intelligantur creatæ sedes angelorum, una cum ipsis incolis suis, Spiritibus, utpote quibus Judæ v. 6 *ἐνοσίχθων* tribuatur, imprimis cum de cœlo illo Moses nihil amplius memoret, sed ad formationem terræ (cujus tanquam centri nomiae commate primo & secundo mundum visibilem notari putat) conversus doceat, quomodo Deus hanc digesserit & inde die secunda eos visibiles per expansionem seorsim constituerit. Neque etiam de cœlo illo commatis primi dici, illud fuisse vacuum & inane, quod v. 2 de terra seu terraquea hujus universi massa pronuntietur, quo ipso hand obscure innuatur, illud jam perfectum & exornatum fuisse: nec incommode ad immateriale hoc angelorum domicilium referri putat cœlos cœlorum a reliquis cœlis distinctos, 1 Reg. VIII, 27, Ps. CXLVIII, 4. E collatione tamen locorum Job. XXXVIII, 4, 7 & Ps. CIV, 4, 5 angelos die secunda creatos videri agnoscit, adeoque cuilibet hic sentiendi libertatem relinquit. Gravissimam de Pharaonis induratione Theologorum controversiam p. 136 sqq. decem positionibus ita evolvit, ut omnis culpæ suspicio a Deo sanctissimo penitus removeatur, & quæ intricare hic aliquem dubia queant, planissime expediantur. Spectant & huc epicrisis historię de Bileamo; demonstratio antisceptica de veritate historię Moysi ac divina auctoritate Pentateuchi, argumentis tum internis tum externis confirmata; accurata terminorum septuaginta annorum, Da-

nielis Hebdomadam, designatio eventuumque Evangelicorum explicatio; solida disquisitio de executione voti Jephtzi, qua Jephtam filiam nequaquam immolasse e textus visceribus aliisque gravissimis momentis ostendit, dubiisque hic motis satisfacit; meditationes Evangelicæ de Abele & Enocho, Josepho, Mose, Josua, Simsone, Davide, Salomone, Elia, Jona, quatenus Christi typum sustinuerunt, ejusque vel officia vel beneficia repræsentarunt, atque alia, Proprie tamen magis Autori nostro atque ideo frequentiores sunt meditationes exegeticæ. Per totam enim Periodum sextam id agit, ut proposita distinctissima librorum Regum & Chronicorum analysi p. 508. sqq. inde a membro sexto p. 518, etiam per periodum septimam p. 810 sqq. singulis aphorismis historicis observationes exegeticas subjungat, luculentamque introductionem ac perpetui fere Commentarii Synopsin in Prophetarum majorum minorumque scripta, Psalmos Davidis, Canticum Canticorum, atque clarissimam illustrationem e collatione N. T. sedula in singula horum momenta suppeditet. Quarum observationum uti major copia est, quam ut commemorari singulæ nunc queant; ita densior fere hic earum messis efflorescit, quæ ad historiam civilem ac literariam imprimis illustrandam pertinent. Illam, quod artificiose Ecclesia cum civili statu ac imperio sociata est nexu, quavis data occasione illustrat, ac non solum singulis suæ tractationis periodis origines, synchronismum ac memorabilia reliquarum per orbem universum gentium subjungit, sed potiora etiam universalis historię fundamenta ponit, ac quibus dubii quid subest, momenta excutit. Ita vestigia rerum antediluvianarum p. 32 sq. e scriptoribus Gentilium indicat, de Babylónico-Assyriaca Monarchia p. 120 sq. observat, inde a Nimrodo ad tempora usque Regis Hiskiz, ubi Brodach filius Baladani Rex Babel legatos ad ipsum misisse. 2 Reg. XX, 12 dicitur, nullam plane Regum Babylonicæ seu Chaldææ nisi unius Amraphelis Abrahamo coevi mentionem fieri, regnumque Babylonicæ a regno Assyriæ Ninitico separatum fuisse, ex historia ejus a Sancheribo infestati observat, indeque fabulosa & commentitia esse, quæcunque de Babylonicorum ac Assyriorum Regum potentia Monarchiæque Assyria-

Syriaco-Babylonicae antiquitate ac amplitudine a paganis Auto-
 ribus, Diodoro Siculo, Trogo Pompejo, Justino, Vellejo Pater-
 culo, per Ctesiam deceptis, nec non illos secutis Christianis scri-
 ptoribus, Sexto Julio Africano, Eusebio, Syncello innumerisque
 aliis traduntur, evincit, idque p. 497 pluribus argumentis con-
 firmat. Quo loco & de Phœnicum, (quos Josus ac Judicum tem-
 poribus Israelitarum terrore adductos, navigationis subsidio ad-
 jutos, magna frequentia in Africam & Europam commigrasse,
 imo & partim in ipsam etiam Americam penetrasse probabi-
 le ducit;) Tyriorum Ægyptiorumque rebus ipsa Judicum Ebræ-
 orum ætate adeo parum e fide dignis monumentis constare que-
 ritur, ut ubi in commentis veterum pedem figamus, vix reperire
 liceat. Græcorum tamen res ista periodo magis invaluisse &
 monumentis insequentium temporum historicis plusculum il-
 lustratas deprehendi ait, quanquam tam crebræ hic etiam fabulæ
 sint, ut rectissimum de his temporibus esse credat Diodori Siculi
 iudicium l. I p. I. dicentis: de temporibus hoc opere comprehen-
 sis ea quæ bellum Trojanum antecedunt, certo non definimus,
διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα παρέληφέναι περί τῶν πετυόμενων,
 quia nullum fide dignum fulcrum de iis accepimus. Trojanorum
 igitur ac Latinorum origines, quantum per totillius ævi fabula-
 rum obscuritatem licet, p. 500 sq. eruit, ac sequentibus periodis
 continuat. Imprimis universæ historiæ nexum accurata exe-
 gesei textus sacri, quo Danielis interpretatio somni Nebucadne-
 zaris de ingenti colosso seu statua *ἑρραμείδω* & lapide *ἐνο-
 κλάσει* ac visionis parallelæ de quatuor bestiarum imagine re-
 censetur, distinctis thesibus p. 742 sq. dilucidat. Nec minus hæc
 historiæ Imperiorum civilium, quam Ecclesiæ economiæ affun-
 dit illa de terminis ac duratione LXX hebdomadum annuarum
 Danielis rite constituendis observatio p. 746 sq. ac de synchroni-
 smis exoticis Ægyptiorum, Assyriorum, Græcorum ac Latino-
 rum inde a Salomone ad finem, ac porro a fine regni Israelitici
 usque ad solutionem captivitatis Babylonicae p. 770 sq. atque re-
 gni decem tribuum Israelitici a p. 751 ad p. 758 instituta com-
 memoratio, quam deinde synchronismi Historiæ sacre exotici
 tempore Imperii Persici imo ad Christi usque nativitatem exci-

piant, qui historiam Persiæ, Græciæ, Latii apprime illustrant, p. 848 & aliquot sequentibus paginis ac periodis exhibiti. Literariæ historiæ, cui cum Ecclesiastica fere ætior quam cum civili est cognatio, non origines modo ac prima principia hic aperiantur, sed incrementa etiam ac vicissitudines, secundum diversas periodos ad Christi usque ætatem pertextuntur, & aliquot præcipui momenti capita luculenter exponuntur. Ita doctrinam de Deo uno ac summo, bonorum omnium causa ac fine, princeps in puriore gentilium Philosophia dogma fuisse, in multis etiam ipsorum opiniones de rerum origine, statu innocentis ac defectiois humanæ, paradiso, Adamo & Eva, de Caino & Abele, de Enocho & ejus translatione, de hominum antediluvianorum longævitæ, gigantum *Θεομαχία* & imprimis de diluvio cum revelata doctrina conspirasse, p. 33 ex antiquissimis paganorum scriptis annotat. Periodum quidem Mosaicam peculiarem a re literaria laudem præ reliquis historiæ periodis omnibus mereri, adeo ut omnis literariæ rei fons & caput appelletur, ostendit; Pentateuchum scaturiginem & complexum omnis Theologiæ & omnis in legibus diversorum generum jurisprudentiæ continere, medicæ rei notitiam etiam antiquissimam nec eam exiguam præbere, omnesque disciplinas Philosophicas, Historiam omnem ac Geographiam, Topographiam & Chronologiam fundamentum suum in eodem habere, adductis etiam aliorum Clarissimorum Virorum in eam rem meditationibus, p. 250 affirmat, indeque studium rei literariæ per se nequaquam simplicitati ac gravitati doctrinæ vitæque Christianæ contrarium esse, utpote quod ex eodem originum Mosaicarum fonte resultat, porro non nisi eam Polyhistoriam quæ principiis Mosis respondeat, i. e. quæ beneficio veræ sapientiæ ac pietatis a vanitate ac ostentatione, communi literatorum vitio, sejuncta sit, genuinam esse, p. 252 concludit, notitiam Mosis & rerum Mosaicarum apud gentes antiquissimas & earum scriptores plurimos prolixè admodum p. 257 viguisse, commemoratis ipsorum monumentis, aperit. De rei literariæ in Græcia aliisque terris origine a Cadmo derivanda Sanchoniathonisque Berytii opera propagata in Periodo Josuz ætatem complexa p. 495. De Sibyllis speciatim ac
Sibyl-

Sibyllinorum carminum ætate, numero, principio, oraculis, materia, scribendi modo, libris, collectionibus, fide ac auctoritate & Autoribus denique ex instituto hanc materiam tractantibus, p. 759 & pluribus sequentibus erudite ac nervose tractat. In scriptores etiam omnium, quorum scripta extant, antiquissimos, Homerum, Hesiodum, Philosophos ac Poetas Græcos, p. 767 sqq. Theologiam ac Philosophiam Orientalium populorum, speciatim Chaldæorum, p. 777, septem Græciæ sapientes eorumque dogmata, p. 781 sqq. Philosophorum Græcorum scholas & sectas, Jonicam, Eleaticam & Pythagoricam seu Italicam, p. 853, speciatim Socratis vitam, doctrinam, fata, discipulos indeque ortas sectas secundarias, Cyrenaicam, Megaricam, Eliacam, & primarias, Cynicam, Stoicam, Academicam, Scepticam, p. 867 sqq. harumque lumina, differentias, insigniores doctores, præcipuaque momenta, p. 903 sqq. in Historicos item, Oratores ac Poetas, Lyricos, Tragicos, Comicos, p. 869, & reliquos eruditos ac scriptores Mathematicos, Historicos &c. inter Græcos p. 908, & Latinos p. 910 sqq. brevem quidem sed multo judicio adornatam genuinoque usui attemperatam introductionem suppeditat. Speciosissimas etiam materias ad Philologiam sacram potissimum pertinentes, e.g. de versione Ebræi codicis Græca illiusque historia p. 886, de *בת קול* seu filia vocis p. 881, de Synagogis, Proselytis, Ebræorum sectis, Sadducæis, Phariseis, Essæis p. 960 sqq. de duabus Ebræorum scholis sectariis, Hillelis ac Schammai, p. 969, de Kabbala, Synedrio magno &c. e principiis suis deducit, & cognitionis earum fontes, modum, ac usum docet. Epimetron tandem cuidam revelatæ religionis Empæctæ oppositum operi ipsi subjunctum est, in quo Summe reverendus Autor hominis obscuri ac sub literis T. S. nomen suum latere volentis in revelatam veritatem proterviam ac insulas *Φλαςίας*, quibus caput primum Geneseos indeque univesam Scripturam sacram absurditatis summæ falsitatisque manifestæ postulare haud veretur, strictim indicat, cur ipse pluribus ad ejus postulata non responderit, ac quo eum modo, ut plane obmutuerit, adegerit, commemorat, scripta, quibus legendis sibi interim erro ille satisfacere queat, commendat, ac ipse denique, si Deus longiorem vitæ usuram otium.

umque concesserit, quod ob alia cumulata negotia adhuc nequiverit, exsequendum, ac nova demonstratione divinæ veritatis ac præstantiæ, qua Scriptura sacra pollet, & qua religio eidem conveniens coruscet, defuncturum, eamque idoneam quasi appendicem historiæ Ecclesiasticæ N. T. si nova, quam ingressus sit, methodo illam elaborare ac edere potuerit, se adjuncturum pollicetur. Sicuti igitur ut hoc ipsi feliciter negotium cedat, precamur, ita ut Epistolæ Pauli pastorales ad Timotheum ac Titum, quarum edendarum spem in Præfatione facit, eodem studio successuque, quo Petrinæ atque Johannæ, in his Actis pridem recensitas, eruditi orbis commodo edere possit, optamus.

A PARAPHRASE WITH SHORT AND USEFUL Notes on the Books of the Old Testament.

h. e.

PARAPHRASIS LIBRORUM VETERIS Testamenti, adjectis brevibus & perutilibus Notis, cujus Pars I, in duo Volumina distincta, Pentateuchum continet; Autore THOMAS PYLE, Mag. Art. Lectore.
Londini, impensis Joannis Wyat, 1717, 8 maj.

Alph. 3.

CUM Cl. Autor permultum utilitatis ex scriptis cum Evangelicis & Epistolicis novi, tum moralibus antiqui fœderis una cum paraphrasi continua & perspicua Anglice editis ad gentem suam redundare animadverteret, eadem prorsus ratione, ac simili methodo reliquos Sacrarum literarum libros historicos & propheticos interpretari, & publicæ exponere luci in se suscepit. Hujus autem rei initium facit ab historicis, in quibus multa, quæ ad veram religionem confirmandam faciunt, habentur, sistitque jam primam eorum partem Serenissimæ Walliæ Principis nomini inscriptam, quæ Pentateuchum in duo Volumina divisum continet, quorum prius Genesim & Exodum, posterius vero Leviticum, Numeros, ac Deuteronomium exhibet. Pluribus hujus sui instituti rationes in Præfatione operi præmissa exponit, & quod in adornanda hac paraphrasi, quæ accuratum rerum verborum-

bonumque nexum, ac eorum clariorem sensum doceat, Clerici, Ainsworthii, Kidderi ac Patricii scriptis & commentariis subinde adjunctus fuerit, ingenue fatetur, e quibus tamen hac potissimum ratione, quæ ad scopum suum facere existimavit, petierit, ut suam ubique sententiam, si quando ab his celeberrimis Viris discedat, libere proferre non neglexerit. In toto opere ita se gerit, ut cuilibet libro peculiarem præfationem præfigat, postmodò uniuscujusque capituli summam, quam forte breviorè & accuratiorè dare potuisset, præbeat conspiciendam, tum textui Anglicano suum locum adsignet, cujus singula commata luculentiorè paraphrasin ad latus positam nanciscuntur: Uti vero in superiore paginarum parte annus conspicitur, quo res cum a condito orbe, tam ante reparatam humano generi salutem gesta fuerent, ita inferius nonnunquam breviores observationes inventuntur, quibus paraphrasis vel illustrari, vel identidem confirmari solet. In *Genesi* quemlibet rationis participem invenire arbitratè verum religionis fundamentum, cum & causæ ac originis eorum, quæ nos circumstant, & primæ naturæ humanæ conditio, voluntas præterea studiumque DEI erga homines, ratio peccati omnium primi, quod mortales in tantas ætates induxit, promissio arbitri inter Deum hominesque, & revelatio illius Adami posteris, præsertim familiæ Abrahamicæ facta, ibi habeatur. In *Exodo* quidem commemorari admirandam Israelitarum a servitute Ægyptiaca liberationem, summum autem Numeri voluisse, ut ex prodigiis, quæ in ea regione contigerunt, finitimæ gentes suam potentiam, & omnium rerum curam cognoscerent, Israelitæ verò de observantia cultuque, quem Deo deberent, admonerentur; legem vero in loco ab hominibus superstitionis remoto promulgatam, ut eorum consortium ac mores Israelitæ fugerent, & DEUM majore industria vererentur. In *Levitico* describi sacrificia & purgationes, atque illis futurum per Messiam criminum expiationem præfigurari, his vero genti Israeliticæ indicari tradit Auctor, ut ab interiore mentis immunditie abstineat, & animi studeat puritati; festos autem dies idèo constitutos, ut in rectiore DEI cultu eò constantius perseverarent. *Numero-*

rum liber in familiis Israelitarum imprimisque Leviticæ tribus re-

censendis versatur, ut ita intelligatur, satisfactum Dei promisso
 de augendis Abrahami posteris, & constare oportere inter sacer-
 dotes de diuturnitate sui ordinis, & constari posse tabulas Mes-
 siae genealogicas, cujus tamen sacerdotium a Levitico diversum
 prorsus & distinctum futurum sit. In *Deuteronomio* tandem lex
 denuo recitatur, quæ Israelitis tam studiose inculcatur, quoniam
 nova progenies & a Patribus, qui Ægyptum reliquerant, diversa
 eo tempore conspiciebatur, quæ primæ legis promulgationi in-
 teresse non potuerat. Ut autem Cl. Autor promisso de expla-
 nando primo Geneseos capite se exolveret, ex recentiorum
 Philosophorum opinionibus rationem producendi ornandique
 hoc univcrsum illustrat, & ostendit, quod a prima statim omni-
 um rerum origine materialia sine ordine extiterint, & solida æ-
 que ac fluida confuse fuerint mixta, impetraverint autem ordi-
 nem & locum virtute Spiritus S. post vero separata fuerint a gra-
 vioribus leviora, ut horum ope terra ad recipiendum a Sole &
 stellis lumen apta & idonea redderetur, cumque ingens fluido-
 rum moles deorsum delata fuisset, leviores partes desuper su-
 spensæ remanserint in nubibus & vaporibus, continuis exhala-
 tionibus ex aqua terræ conservandis. Præterea Cl. Autori duas
 vocum significationes sibi invicem non adversas conjunctim in
 paraphrasi exprimere solemne admodum est. Cujus rei ratio-
 nes in subjectis notis reddere solet, contenditque, *על* Gen. II, 21
 notare & *costam*, & *latus*, *במלים* Gen. XVII, 4 *homines & sta-*
tura & viribus magnos, *כהן* Exod. II, 16 & *principem & sacer-*
dotem &c. Ipsi *יקרן* Gen. I, 9 est, *in receptaculum includi*; scire
 bonum & malum, Gen. III, 8, *scire omnia*, coll. II Sam. XIV, 45
 tum homines incipiebant Deum invocare, Gen. IV, 26, *tum inci-*
piebant homines nomine Dei, scilicet populus Dei, *dici*; nequa-
 quam adpellabitur nomen ejus Jacob, Gen. XXXII, 28, *non tan-*
tum adpellaboris Jacob, sed etiam Israel; sed ego indurabo cor
 ejus, Exod. IV, 21, *quamvis induravero cor ejus tuis, quibus eum*
convincere studeo; vel adhuc melius: *quamvis animus ejus ob-*
durescat; nam obfirmavi animum ejus, Exod. X, 1, *quamvis tan-*
tum obfirmaverim animum ejus; vel: *abi ad Pharaonem, conti-*
nuaq; plagas: nam que hæcenus feci, tantum obfirmaverunt ani-

mm

summejus; non immolare demonibus. Levit. XVII, 7, creatura, vel figura creaturarum, quibus divinitatem inesse arbitrabantur gentiles, seu quae demonia eorum referebant. &c. Deinde observat, serpentem seductorem Gen. III, 1 fuisse ejus generis, quod Seraphim dicitur Num. XXI, 6, 8, ac excellentioris præstantiorisque est speciei. Satanam Evæ indicasse Gen. III, 4, legem de non comedendo arboris scientiæ boni & mali fructu non esse perpetuam, neque illam amplius ea teneri. Japhetum Gen. X, 1 fuisse Noë filium natu maximum, & confusionem Babelicam Gen. XI non fuisse universalem, sed particularem. In pangendo sedere Gen. XV, 10, 18 dissectas fuisse bestias, & utramque populi partem inter eas ambulasse, ut indicarent, se velle, ut, si fraudulenter agerent pari modo a summo Numine discinderentur. Ægyptios horruisse pecuarios Gen. XLVI, 34, non suos, sed peregrinos, ob Phœnicum, Arabum, aliarumque finitimarum gentium irruptiones in suam terram. Servi Ebraei, qui se sine sponte in perpetuam servitutem tradebat, aurem Exod. XXI, 6 idcirco a domino perforatam, ut aure sua dicto domini perpetuo sit audiens. &c. Quemadmodum autem Anglicanam Bibliorum versionem in exprimendis avium generibus Levit. XI, 13 aliis multum præfert; ita eam non sine censura dimittit, quod Num. XVI, 1, XXIV, 4 absque quædam renitente contextu inseruerit, & locum Deut. I, 1 depravarit. Ceterum nullum est dubium, quin omnino præstitisset, si Cl. Autor lectorem perspicue docuisset, Angelum qui cum Abrahamo & Sara colloquutus est Gen. XVIII, 3, fuisse increatum, filiumque Dei, quam quod scripserit eum fuisse vel Deum, vel angelum increatum, vel creatum, & si statuisset, angelum, qui cum Jacobo luctatus est Gen. XXXIII, 26, itidem fuisse increatum, quam quod creatum eundem esse velit. Atque ita non tantum hæc, sed & alia loca difficiliora multo accuratius exposuisset, si, ut Noldium Hafniensem Theologum, quem subinde sequitur in Concordantiis, ita & Varenium Theologum Rostochiensem in Commentariis seu decadibus, quas in quinque Moysi libros scripsit, ad perficiendum hoc opus consulere voluisset.

CONTINUATIO OBSERVATIONIS BERNOULLIANÆ de solutionibus quæ existant Problematum Isoperimetricorum &c. Conf. Mens. Januar. hujus Anni p. 15 ff.

DEdimus hucusque solutiones problematum dudum quidem propositorum, sed ecce nunc alia a nemine antea considerata. Curvam brachystochronam seu celerrimi descensus cycloidem esse nunc constat, idque primus ego inveni. Quid si vero jam talis desideretur brachystochrona, quæ sit datæ longitudinis, hoc est, quæ inter omnes alias ejusdem longitudinis inter eadem extrema constitutas deferat mobile a puncto ad punctum tempore brevissimo? Ut res distinctius proponatur, esto

Problema IV.

TAB. I.
Fig. 9.

Inter omnes curvas (Fig. 9) determinatæ longitudinis puncta data B & C connectentes quæritur illa, per quam Mobile sua gravitate a puncto B moveri incipiens descendat brevissimo tempore ad alterum punctum C.

Fig. 8.

Solutio. Sit curvæ quæsitæ BæC (Fig. 8) cujus portiuncula quævis minima abce constet tribus elementis æqualibus ab, bc, ce, quæ motu circulationis acquirant, ut supra supposuimus, situm vicinissimum agie. Mobile ubi ad a pervenerit ut porro ad e pertingat quam citissime, oportet ex natura *Minimi* situm trium elementorum ab, bc, ce talem esse, ut tria tempuscula per ab, bc, ce simul sumta sint æqualia tribus tempusculis simul sumtis per eadem in situ proximo ag, gi, ie. Considero autem more solito velocitatem quasi uniformem per decursum integri cujuslibet elementi, eamque proportionalem (per legem gravium cadentium) radici quadratæ altitudinis sumtæ ab initio elementi usque ad horizontem unde grave delabitur, hinc tempuscula

per ab, bc, ce exprimentur per $\frac{ab}{\sqrt{Na}}$, $\frac{bc}{\sqrt{Pb}}$, $\frac{ce}{\sqrt{Rc}}$; atque pa-

riter tempuscula per ag, gi, ie designabuntur per $\frac{ag}{\sqrt{Na}}$, $\frac{gi}{\sqrt{Pn}}$, $\frac{ie}{\sqrt{Re}}$

aut

aut simpliciter ob æqualitatem elementorum per $\frac{I}{rNa}, \frac{I}{rPb}$

$\frac{I}{rRc}$ & per $\frac{I}{rNa}, \frac{I}{rPb}, \frac{I}{rRo}$, est igitur $\frac{I}{rNa} + \frac{I}{rPb}$

$+ \frac{I}{rRc} = \frac{I}{rNa} + \frac{I}{rPb} + \frac{I}{rRo}$, ideoque $\frac{I}{rPb} - \frac{I}{rPb}$

$(\frac{I}{2Pb r Pb} \times bn) = \frac{I}{rRo} - \frac{I}{rRc} (\frac{I}{2Rc r Rc} \times co)$; seu $bn.co :$

$Pb r Pb. Rc r Rc.$ Quod si itaque in æquatione fundamenta-

li $\frac{fb}{af} - \frac{kc}{bk} \times bn = \frac{kc}{bk} - \frac{lc}{cl} \times co$ in locum bn & co susrogentur

eorum proportionales hic inventi, habebitur $\frac{fb}{af} - \frac{kc}{bk} \times Pb r Pb$

$= \frac{kc}{bk} - \frac{lc}{cl} \times Rc r Rc$, quæ est æquatio specifica perfectam jam

habens uniformitatem; res itaque huc redit ut $\frac{fb}{af} - \frac{kc}{bk} \times Pb r Pb$

fit per totam curvam constanter eadem quantitas: Quare po-

nendum est $-d \frac{dx}{dy} \times x r x =$ homogeneo constanti $dz r a$,

proinde $-d \frac{dx}{dy}$ h. e. $\frac{-dyddx + dxddy}{dy^2} = \frac{dz r a}{x r x}$; In priori

membro pro ddx substituatur ejus valor $\frac{-dyddy}{dx}$, postea inte-

grationis gratia utrumque ducatur in dx , quo facto & divisor per

dx prodibit $\frac{dzddy}{dy^2} = \frac{dx r a}{x r x}$, sumtisque via ordinaria inte-

K 2

$$\text{gralibus, } \frac{-dz}{bdy} = \frac{-2ra}{dy} \mp \frac{b}{c}; \text{ seu } dz (\sqrt{dx^2 + dy^2}) = \frac{2dyra}{x\sqrt{c}}$$

$$\mp \frac{b}{c}; \text{ quadrando \& dein r\u00e9ducendo orietur \u00e9quatio finalis}$$

$$\text{curv\u00e9 qu\u00e1sit\u00e9 naturam definiens } dy = \frac{cdx\sqrt{x}}{\sqrt{4acc^2bbx - ccx^2 + abct^2ax}}$$

$$\text{qu\u00e9, si } b=0, \text{ definit in hanc } dy = \frac{dx\sqrt{x}}{\sqrt{4a-x}}$$

qu\u00e9 casus est pro brachylochirona communi, cum nempe qu\u00e9ritur inter omnes possibiles curvas puncta B & C connectentes, cujuscunque sint longitudinis, illa qu\u00e9 minimo tempore transmittit grave descendens a B ad C. Verum manente b , \u00e9quatio inventa aliam dat curvam a cycloide diversam, qu\u00e9 celerrimum procurat descensum, non quidem inter omnes possibiles curvas, sed inter eas s\u00e1ttem qu\u00e9 sunt cum ipsa ejusdem longitudinis: quia & pro diversa ratione ipsius b ad c , ipsa quoque curv\u00e9 natura mutatur; utrum namque casum pr\u00e9 c\u00e9teris notare convenit, quo illa, quod memorabile est, evadit algebraica, id quod accidit assumpto $b=c$, unde \u00e9quatio nostra sequentem induit formam;

$$dy = \frac{dx\sqrt{x}}{\sqrt{4a^2 \pm 4ra^2x}}$$

$$\text{peract\u00e1 integrati\u00f3ne reperietur } y = \pm \frac{2x}{5\sqrt{a}} - \frac{8}{15}\sqrt{x} \pm \frac{16}{15}\sqrt{a}$$

$$x\sqrt{a \pm \sqrt{ax}} = (\text{facto } ax=tt) \pm \frac{6t - 8at \pm 16aa}{15at} \sqrt{a \pm t}$$

S\u00e9bolium II.

Supposuimus in hac solutione communem legem accelerationis, qu\u00e9 scilicet velocitas acquisita procedit in subduplicata ratione altitudinum verticalium. Sed facile videre est, solvendi modum non esse adstrictum huic tantum peculiari hypothesi: supponamus enim velocitatem in quovis curv\u00e9 puncto a , se habere

bere ut qualiscunque functio (quam vocabo X) applicatae Na seu x , si filum solutionis probe sequamur, perducet nos ad hanc ge-

$$\text{neralem equationem } dy = \frac{cXdx}{\sqrt{ac \pm bX^2 - ccXX}} = \frac{cXdx}{\sqrt{aacc \pm 2abcX + bb - ccXX}}$$

posito $b=0$, erit $dy = \frac{cXdx}{\sqrt{aa - XX}}$, quae convenit

cum casu aliquo equationis quam pro solutione problematis primi invenimus; ita ut una eademque curva cui quadrat $dy = \frac{cXdx}{\sqrt{aa - XX}}$ duo simul praestet officia, nempe ut $\int Xdy$ sit *Maxi-*

mum, & $\int \frac{dz}{X}$ sit *Minimum*, quatenus conversa non valeat, sunt enim infinitae aliae, in quibus $\int Xdy = \text{Max.}$ non tamen $\int \frac{pdz}{X} =$

Min. Ut & vice versa infinitae aliae dantur curvae, ubi hoc posterius reperitur *Minimum*, non tamen illud prius *Maximum*: Etenim duae equationes illae problema 1 & probl. 4 solventes, $dy = \frac{X + cxdx}{cXdx}$

$\sqrt{aa - X \pm c^2}$ & $dy = \frac{cXdx}{\sqrt{ac \pm bX^2 - ccXX}}$, quaravis conformitatis aliquam speciem praeserant, non tamen conveniunt nisi in solo casu, quo ibi c , hic vero b ponuntur = 0.

Sic itaque erraverat Frater quando in Actis Lips. 1700 p. 262 suas equationes pro *Maximis* & *Minimis* in tabellam redactas redditurus generalissimas, autumavit in omnibus ipsis equationibus literas p & q (quae mihi sunt X & Z) augeri minuique posse quantitate quacunque constante: Ipsa quippe statim prima aequatio qua in exemplum assumit $dy = \frac{pdx}{\sqrt{aa - pp}}$ h. e.

communis notandi modo $\frac{pdx}{\sqrt{aa - pp}}$, mutatur augendo minuen-

do p constante c , in $dy = \frac{p \pm cdx}{\sqrt{aa - pp \mp 2pc - cc}}$ quae
K. 3; quia

quidem congruit cum nostra $dy = \frac{X \pm cx dx}{\sqrt{aa - X \pm c}}$, adeoque et-

iamnum satisfacit conditioni primæ ut $spdy$ sit *Maximum*, sed cessat hoc altero simul defungi officio ut $\int dt$: p sit *Minimum*: siquidem æquationem istam re ipsa discrepare ostendimus ab al-

tera $dy = \frac{cXdx}{\sqrt{ac \pm bX^2 - ccXX}}$, quæ generaliter facit $\int \frac{dx}{X}$ h.e.

$\int dt$: $p = \text{Minimo}$: Quod vel hinc patet, quia si X vel p talis est, ut ab initio curvæ in Bubi $x = 0$, etiam ipsa X vel p sit $= 0$, curva non alium quam rectum angulum

cum axe BO efficere potest, si nempe requiratur ut $\int \frac{dx}{X}$

sit *Minimum*, cum e contrario pro $spdy$ *Maximo* curva ad quemvis angulum obliquum axi insistere possit.

Quod porro spectat ad nostram æquationem $dy =$

$\frac{cXdx}{\sqrt{ac \pm bX^2 - ccXX}}$ pro *Minimo* $\int \frac{dx}{X}$, deprehendo conformem

eam esse cum illa quam Frater exhibet in Tabula p. 267 lin.

ultima, $dy = apdx$: $\sqrt{\frac{bb - aa, pp - 2aap + a^2}{}}$ pro $\int dt$: p *Maxi-*

mo, sed nescio quæ falsæ lucis species perstrinxerit oculos fratris,

ut se hic *Maximum* videre crederet, quod tamen existere nequit,

saltem si crescente x , & ipsum p vel X crescit; quilibet enim qui

vel tantillum attendit, haud ægre observat, $\int dt$: p non habere cres-

scendi limitem sed abire in infinitum. Præterea sive possit sive

non possit esse *Maximum* $\int dt$: p , in confesso sane erit æquatio-

neam $dy = apdx$: $\sqrt{\frac{bb - aa, pp - 2aap + a^2}{}}$, quam pro $\int dt$: p *Ma-*

ximo venditat Frater, tali *Maximo* satisfacere non posse, quando

ostendero, eam nonnullis in casibus manifeste dari $\int dt$: p *Mini-*

imum; nam primo si $b = 0$, æquatio degenerat in hanc $dy = pdx$:

$\sqrt{\frac{aa - pp}{}}$, quæ utique coincidit cum prima in Tabula, quamque

consentiente fratre convenire ostendi *Minimo* $\int dt$: p ; Deinde si

in-

insuper $p = \sqrt{x}$, habebimus $dy = dx \sqrt{x} : \sqrt{a-x}$; quæ ipsissima est æquatio pro cycloide seu, curva celeberrimi descensus, cuius nempe tempus exprimitur per \sqrt{x} . Quo sensu igitur hoc queat accipi pro *Maximo*, ego mehercule non capio: Miror eo magis inadvertentiam hic commissam a fratre, qui alias ut notum tam sollicitus fuit in minutis quoque accurate perpendendis, ut eum minime fugerit res quædam notatu digna non parum huc faciens, cuius meminit p. 263 circa finem, ubi egregie observat, quod quamquam eadem sit curva, quæ Maximum $\sqrt{p} dy$ & Minimum \sqrt{p} suppeditat, ista tamen curva priore prærogativa in genere duntaxat figurarum isoperimetricarum, altera vero in ordine ad omnes omnino curvas possiatur: Cum enim sciverit (uti reverè scivisse ex hoc loco apparet) æquationem suam primam $dy = p dx : \sqrt{aa - pp}$ designare curvam, quæ reddit Minimum \sqrt{p} , non tantum ratione figurarum isoperimetricarum, sed quoque respectu habito ad omnes possibiles lineas inter duo data puncta constitutas, sicuti contingit in curvis brachystochronis pro quacunque hypothese accelerationis gravium cadentium; qui fit quod non cogitaverit de illis etiam indagandis curvis, quæ subministrant Minimum \sqrt{p} non absolute ita sumatum in ordine ad omnes possibiles lineas, sed quod fit tantum Minimum relative ad illas quæ sunt ejusdem inter se longitudinis.

Nemo sane existimabit, hoc alterum genus curvarum quod \sqrt{p} inter cæteras isoperimétras duntaxat fit Minimum esse impossibile, modo consideret unicam quidem esse curvam nempe cycloidem, quæ ex dato puncto altiori transeat per datum inferius punctum, in qua \sqrt{x} sit Minimum absolutum, sed alias præterea dari curvas data illa duo puncta connectentes determinatæ longitudinis, sed vel majoris vel minoris quam est cyclois illa, inter quas curvas una profecto erit quæ præ cæteris tempore brevissimo a mobili gravi percurreretur, hoc est quæ præ cæteris gaudebit Minimo \sqrt{x} ; Atque clarum est, si alia atque alia concipiatur illa longitudo determinata, aliam quoque semper indeoritur curvarum classem, inter quas una rursus eminet, quæ præ reliquis hac Minimi prærogativa potitur: atque ita cum longitu-

gitudō curvarum infinites variare possit, emergent utique infinitas, quarum singulae habent suam peculiarem brachystochronam, quae nimirum praeter ceteris suae classis curvis producit *Minimum* sūt: \sqrt{x} . Verum inter omnia ista *Minima* jam datur unum, quod vocari possit *Minimum Minimorum*, vel *Minimum absolutum*, quod competere novimus cycloidi. Certe haud secus se res habet cum *Minimo* sūt: p , quod convenit curvae cujus aequatio $dy = pdx$: $\sqrt{aa - pp}$, est enim *Minimum Minimorum* seu *Minimum absolutum*, reliqua vero *Minima* sūt: p , quae cuiusque longitudinai curvarum determinatae peculiaris sunt, insuper illis curvis quae comprehenduntur sub generali mea aequatione

supra inventa $dy = \frac{cXdx}{ac \pm bX^2 - cX}$, quae similis est tertiae in

tabella Fratris, & cui ascriptit sūt: p , h. e. $\int \frac{dx}{X}$ *Maximum*, sed perperam.

Quod attinet ad aequationes quartam & sextam, quas Frater suae Tabulae inseruit $dy = adx$: $\sqrt{pp - aa}$ pro sūt: p *Maximo* & simul pro sūt: *Minimo*; & $dy = adx$: $\sqrt{bb - 2bp + pp - aa}$ pro sūt: *Maximo*: Omisisset illas, puto, si animadvertisset, illas jam contineri sub prima & tertia, in quibus non differunt nisi quod

in hisce dicatur p quod in illis est $\frac{aa}{p}$ & vicissim, nam scribendū

$\frac{aa}{p}$ pro p mutantur quarta & sexta in primam & tertiam, vel

vices versa prima & tertia in quartam & sextam; de quibus proinde idem quod de illis moneri potest, scilicet valere quidem quartam $dy = adx$: $\sqrt{pp - aa}$ pro sūt: p *Maximo* relativo, & simul pro sūt: *Minimo* absoluto, sed sextam $dy = adx$: $\sqrt{bb - 2bp + pp - aa}$, quadrare pro sūt: *Minimo* relativo, non vero sicuti scripsit Frater pro sūt: *Maximo*, utpote quale *Maximum* nequidem possibile est, saltem si crescente x , decrescit p . Sic pariter aequationes secunda $dy = a - pdx$: $\sqrt{2ap - pp}$ pro sūt: *Minimo*, & quinta $dy =$

$dy = p - adx$: $\int \sqrt{2ap - ax}$ pro dy : p Minimo, in se invicem con-
 vertuntur scribendo tantum in alterutra — pro p , adeoque re
 ipsa non differunt, sicuti nec septima & nona, item nec octava
 & decima, quae similiter in se mutuo transmutantur substituendo
 in alterutra — pro q .

Ex quo videre est, semissem harum æquationum utpote fu-
 perfluarum negligi potuisse, quo sibi Frater ab immenso sane
 calculandi labore prorsus inutili pepercisset, siquidem pro singu-
 lis operosam istam, quam sequenti anno 1701 publicavit, Analy-
 sin identidem instituire coactus fuerit. Præterquam quod alia
 multa circa illas observaverim, quæ non congruunt imo manife-
 ste implicant: Ex gr. quando Frater, nescio quo errore deceptus,
 putavit literas p & q in omnibus istis æquationibus augeri mi-
 nuive posse quantitate quacunque constante, eaque ratione id
 effici, ut curva inventa conditioni præscriptæ etiamnum satisfaciat.
 Substituit in hunc finem loco primæ æquationis $dy = p - adx$:
 $\int \sqrt{aa - pp}$ hanc alteram $dy = p - c dx$: $\int \sqrt{aa - pp + 2cp - cc}$, quam
 ait denotare curvam quæ Maximum $spdy$ comprehendat; inte-
 rim hæc eadem in casu quo $c = a$ definit in hanc $dy = p - adx$:
 $\int \sqrt{2ap - pp}$, quæ est secunda in tabula, quamque asserit satisfacere
 Minimo $spdy$; quis ista alystata facile conciliabit?

Error videtur originem inde traxisse, quod in analysi Probl.
 I (vid. Act. Lips. 1701 p. 222 lin. 9) non satis generaliter inte-
 graverit quantitatem $aatds$: $aa + st \int \sqrt{aa + st}$, quando dicit facta
 summatione acquiri partim aa : $\int \sqrt{aa + st}$, partim $a - aa$: $\int \sqrt{aa + st}$
 $= ps$; cum pro hoc altero potius scribere potuisset universalis
 $c - aa$: $\int \sqrt{aa + st} = p$: Atque tum reliqua exequendo ut ipse facit,
 provenisset generalissima æquatio $dy = c - p dx$: $\int \sqrt{aa - c - p^2} =$
 $c - p dx$: $\int \sqrt{aa - cc + 2cp - pp}$ complectens non tantum utramque
 L fra.

fratris, sed & infinitas alias pro diversa ratione inter c & a ad libitum assumenda. Hæcque revera non differt ab illa quam su-

pra in solutione Probl. Ii veni $dy = \sqrt{\frac{X \pm c x dx}{aa - X \pm c}}$, curva autem hujus æquationis continebit *spdy* modo *Maximum* modo *Minimum* pro diversitate rationis a ad c ; patet utique æquationes duas priores in tabella Fratris conspiciendas $dy = p dx: \sqrt{aa - pp}$, & $dy = a - p dx: \sqrt{2ap - pp}$, illius mex non nisi duos duntaxat esse casus particulares inter reliquos infinitos, facto namque $c = 0$, prodit prima; sed sumto $c = a$, nascitur altera. Utrum vero quilibet casus singularis producat *spdy* *Maximum* an vero *Minimum* exploratum non est difficile, modo attendatur ad æquationem meam primitivam $ady = X \pm c dx$, ad quam in solutione Probl. I perveneram; Hinc enim statim judicari potest ex eo quod X crescat vel decrescat crescente x , ac quod sit vel simul vel alternatim cum c affirmans aut negans, utrum *spdy* sit *Maximum* an *Minimum*, similem fere in modum quo frater usus est in Actis citat. 1701 p. 222.

Omnia quæ hæcenus dicta sunt de æquationibus pro *spdy*, vel (quod perinde esse ostendi) pro *fdy*: p *Maximo* vel *Minimo*, intelligenda quoque sunt mutatis mutandis de illis alteris pro *sqdy* seu pro *fdy*: q ut & de illis pro *fxdq*, *Maximo* vel *Minimo*, in solutionibus Probl. II & III supra generaliter inventis.

Verum finem tandem pono problematibus isoperimetricis, ubi non tantum ea, quæ a fratre meo quondam proposita magna pompa, nec minori conatu & labore soluta fuere, ego ex sola lege uniformitatis solvi citra calculum analyticum, sed & multa alia circa hanc materiam (supposito aliarum quarundam, quas nondum consideravimus, quantitatum functiones *Maximum* vel *Minimum* gignere) ex eodem principio pari cum facilitate resolvere possem, nisi crederem hæc quæ dedi facem sufficientem esse accensam, ut alius jam videat quomodo ad ea penetrandum, quæ brevitatis gratia hic omisi.

Uc

Ut autem pateat quam fecundum sit illud uniformitatis principium, unicum addere juvat, cujus solutionem dabo, argumentum petiturus non ab isoperimetris sed ab isochronis, ubi nimirum queri potest, quænam ex infinitis curvis isochronis h.e. quarum singulæ æquali tempore percurreuntur, illa sit, quæ ali- quod *Maximum Minimumus* præstet: verbi gratia sit sequens

Problema V.

Ex omnibus curvis isochronis (Fig. 5) data puncta B & TAB. I C (ubi B initium descensus supponitur) conjungentibus, deter- Fig. 5. minanda est illa B ac C, quæ cum recta subtensa BC. comprehen- dat segmentum BCeaB, omnium a cæteris isochronis similiter comprehensorum Maximum.

Solutio. Ad rectam BV ducta perpendiculari CV; segmen- tum BCeaB rescetur a triangulo BCV (quod triangulum ceu li- quet, curva utcumque variante inter puncta data B & C, ipsum invariaturum manet) ut habeatur area Bae CV, quæ area per consequens ob maximum segmentum ipsa inter reliquas areas similiter genitas erit minima: quare hanc tantum determinabo.

Hunc in finem adhibeo figuram 5 præparatam ut su- pra, excepto quod non ipsarum particularum trium ab, bc, ce aggregatum sit æquale aggregato trium proximarum ag, gi, ie: sed ita se habere suppono, ut summa trium tempusculorum per ab, bc, ce æquetur summæ totidem tempusculorum per ag, gi, ie, postquam puta grave ex quietis puncto B ad a usque delapsum in eo nunc est, ut percurrat curvæ portiunculam abce, vel æquali tempore ei proximam agie. Ante omnia querenda est æquatio fundamentalis inserviens enodationi non hujus tantum, sed omnium quæ circa isochronas formari possunt quæstionum.

Consideremus itaque quod ob æqualitatem temporis per abce & temporis per agie, erit per ea quæ in solutione Probl. IV

$$\text{dicta sunt, } \frac{ab}{r_{GB}} + \frac{bc}{r_{BH}} + \frac{ce}{r_{BP}} = \frac{ag}{r_{BG}} + \frac{gi}{r_{BH}} + \frac{ie}{r_{BP}}, \text{ ablatis æqualibus, restabit } \frac{bn}{r_{BG}} + \frac{co}{r_{BP}} = \frac{gm+ib}{r_{BH}}$$

L 2

hinc

hinc $\frac{bn}{rBG} = \frac{gm}{vBH} = \frac{ih}{rBH} = \frac{co}{rBP}$; Pro bn, gm, ih, co,

substituitis valoribus $\frac{fb \times gb}{ab}, \frac{kc \times gb}{bc}, \frac{kc \times ci}{bc}, \frac{lc \times ci}{cc}, ac$.

quiretur æquatio fundamentalis $\frac{fb}{ab rBG} - \frac{kc}{bc rBH} \times bg = \frac{kc}{bc rBH} - \frac{lc}{cc rBP} \times ci$. Equationem specificam ex eo elicie-

mus: quod per legem *Minimi* area $Gabcz =$ areæ $Gagiez$ hoc est $aG \times GH + bH \times HP + cP \times PQ = aG \times GH + gH \times HP + iP \times PQ$, ablatis utrinque æqualibus remanebit $bg \times HP = ci$

$\times PQ$, unde $bg, ci :: PQ, HP :: \frac{ci}{HP} = \frac{iP}{PQ}$, substituitis in æquati-

one fundamentali loco bg, ci eorum proportionalibus, nascetur

æquatio specifica $\frac{fb}{ab rBG} - \frac{kc}{bc rBH} \times \frac{ci}{HP} = \frac{kc}{bc rBH} - \frac{lc}{cc rBP} \times \frac{iP}{PQ}$

$\times \frac{PQ}{iP}$ per totum uniformis; Quocirca protinus colligo (quia

$\frac{fb}{ab rBG} - \frac{kc}{bc rBH}$ est differentiale fractionis $\frac{dy}{dz r x}$, & HP est ipsum dx) faciendum esse $d \frac{dy}{dz r x} \times \frac{1}{dx} =$ constanti homo-

geneo $\frac{1}{at a}$, adeoque $d \frac{dy}{dz r x} = \frac{dx}{at a}$; Integrando neglecta

tantum litera præfixa d , & adjecta quadam constante homoge-

nea, provenit $\frac{dy}{dz r x} = \frac{x}{at a} \pm \frac{b}{at a}$, vel multiplicando per

eru-

etiam $ady' a = x \pm b dz' x$; reductione rite peracta (obser-

vando quod $dz = \sqrt{dx^2 + dy^2}$) habebitur $dy = \frac{x \pm b dz' x}{\sqrt{a^2 - x \pm xb^2}}$,
 æquatio finalis quæsitæ, in qua si arbitraria $b=0$, prodibit $dy =$
 $\frac{x dx' x}{\sqrt{a^2 - x^2}}$. Quod si vero constans homogœneum ipsi $d \frac{dy}{dz' x}$

I
 $\frac{dx}{dy}$ supponatur 0, erit & ipsum $d \frac{dy}{dz' x} = 0$, ejusque adeo inte-
 grale $\frac{dx}{dz' x} =$ constanti $\frac{I}{rc^2}$ unde emergit reductione peracta,

$dy = \frac{dx' x}{rc - x}$; quæ est æquatio ad cycloidem, cujus initium B,

& circulus generator super BNS rotandus pro diametro habet
 quamlibet lineam c .

Et hoc quidem ex ipso absoluto celerrimo descensu sine alia
 consideratione jam statim concludi poterat: Cum enim per cy-
 cloidem B ac C mobile brevissimo tempore descendat, patet uti-
 que per quamvis aliam curvam super BC descriptam, & quæ cum
 BC segmentum faciat segmento cycloïdico æquale, longiori
 tempore opus habere. Jam vero idem est problema; *Ex omni-
 bus segmentis æqualibus super BC constitutis invenire illud, cujus
 arcus BaeC brevissima tempore percurratur*, cum hoc altero pro-
 blemate; *Ex omnibus arcibus isochronis super eadem subtensa BC
 descriptis definire illum, qui Maximum comprehendat segmentum*.
 Talis namque reciprocatio, ceu facile patet, idemque etiam jam
 Fratrem olim observante (vid. Act. Lips. 1761 p. 227) in universum
 valet, ita ut ex infinitis curvis affectionem quandam A in æquali
 gradu possidentibus, quærere illam, quæ aliam quandam affecti-
 onem B in maximo minimeve gradu habeat, tantandem fit, ac
 quærere vicissim illam, quæ inter omnes alias curvas æqualem
 affectionem B continentibus, talis existat, ut affectione A in mini-
 mo maximeve gradu gaudeat. In solvendi modo nulla est nisi

nominalis difcrepantia, æquatio quippe fundamentalis pro una quæstione tenebit locum æquationis specificæ pro altera, & vicissim.

Coronidis loco adjiciam Methodum meam directam solvendi generalissime Problema decantatissimum celerrimi descensus, quia illa nondum in lucem publicam prodiit, etsi cum pluribus Amicis privatim jam tum communicata cum An. 1697 alteram meam methodum indirectam edidissem. Incomparabilis, dum viveret, Leibnitius, cui utramque submiseram, ut ipse testatur in Actis Lipsi. 1697 p. 204 directam illam methodum nescio qua singulari pulchritudine gaudere sibi imaginans, fuisset ne illam statim propalarem ob rationes tum temporis nimium, hodie vero vix amplius valentes. Spero illam Lectori tanto gratiorem fore, quod quamvis Analysis ipsa ad radium curvaturæ seu circuli osculatoris deducat, muniri tamen possit Demonstratione synthetica, quæ mira & jucunda facilitate id efficit, ut cycloidi more Geometrico asserat descensum brevissimum,

Problema Celerrimi descensus metodo directa & extraordinaria solutum.

TAB. I.
Fig. 10.

Per punctum superius A (Fig. 10) unde grave corpus descensum incipit, ad alterum B delapsurum, ducta sit horizontalis AL, quam secet recta quævis INC sub angulo quovis ad libitum assumto INL. Ex puncto quolibet K in recta INC similiter ad arbitrium assumendo ducta sit alia recta Kac, cum priore KNC angulum faciens CKc indefinite acutum, ita ut arcu centro K descripti Ce, Mm, Ce haberi possint pro lineolis rectis. Nunc hoc tantum faciam, ut quæram quis ille sit ex infinitis istis arculis concentricis, qui a mobili gravi ex horizonte AL delapso percurri possit tempusculo brevissimo.

Sit igitur $NK = a$, $MN = x$ item $MN.MD :: 1.m$ & $MK Mm$ ($:: CK. Ce$) $:: 1.n$; notetur quod m & n sint numeri invariables (variante x) ille finitus hic infinite parvus: Erit $MD = mx$ &

$$Mm = nx + na, \text{ adeoque tempusculum per } Mm \left(\frac{Mm}{MD} \right) =$$

$$nx + na$$

$\frac{ax + sa}{r mx}$, quod debet esse *minimum*, quare dividendo per
constans $\frac{r m}{r m}$ & postea differentiando prodibit $\frac{x-a}{2xr x} dx = 0$,

proinde $x = a$. Id quod indicat curvam quæsitam celerissimi descensus AMB ejus indolis esse, ut radius curvatis MK pro quovis puncto M ab axe AL bifariam secetur in puncto N, quod cycloidi soli competere aliunde dudum constat; sed etiamsi nondum constitisset, id tamen per calculum nostrum integralium facillime inveniretur.

Hæc methodo problema universalius solvi potest, si scilicet supponantur celeritates acquisite gravium cadentium non quidem in ratione subduplicata altitudinum verticalium, ut supposuimus hic secundum vulgarem hypothefin, sed in ratione cujuslibet functionis eorundem. Vocetur enim mX functio ipsius

altitudinis MD, faciendam erit, ut vidimus modo, $\frac{a+x}{X} = \text{Minimo}$,
 $\frac{X - x - a \Delta x}{X^2} dx = 0$; seu $X =$

$\frac{a+x}{X} \Delta x$: Hujus æquationis radix x determinabit relationem inter MN & NK, qua cognita curvæ Naturæ ad æquationem coordinatarum porro reducenda relinquatur calculo integralium, quod negotium jam non est hujus loci.

Subjungo tandem demonstrationem Geometricam, quæ per synthefin probatur mobile in cycloide descendens breviori tempore a puncto ad punctum pervenire, quam si in alia qualibet linea descenderet.

Demonstr. Sint MK, mK duæ normales sibi invicem proximæ ad cycloidem AMB; Illæ si opus productæ secent in punctis C, c, curvam quamvis aliam ACB inter puncta data A & B constitutam, atque concurrant in evolutæ cycloidis puncto K, quo centro describatur arculus Ce. Agantur ad horizontalem AL perpendiculares MD, CG, junctæque DK secanti CG productam, si opus, in H, fiat parallela GF; Atque tandem sumatur ad MD, CH

tertia proportionalis CF. Ex proprietate cycloidis $MN = MK$, ac proin $CN = NI$; quia vero $CN^2 + NK^2 > 2 CN \times NK$, erit $CN^2 + NK^2 + 2CN \times NK > 4CN \times NK$ (CI \times MK); est vero $CN^2 + NK^2 + 2CN \times NK = CK^2$; adeoque etiam $CK^2 > CI \times MK$; unde MK. CK \leq CK. CI: Porro MK. CK :: MD. CH :: CH. CF, & CK. CI :: CH. CG, ideoque CH. CF \leq CH. CG, id quod ostendit CG \leq CF. Nunc quia tempusculum quod grave cadens ex horizonte AL requirit ad percurrendam lineolam Mm se habet ad tempusculum quod idem grave requiret descendens ex eodem horizonte ad percurrendum arculum Ce, in ratione composita ex simplici directa spatiorum percurrendorum Mm, Ce & subduplicata reciproca altitudinum MD, CG,

id est tempus per Mm. tempus per Ce :: $\frac{Mm}{rMD} \cdot \frac{Ce}{rCG}$:: (ob

Mm. Ce :: MK. CK :: MD. CH :: $rMD \cdot rCF$) $\frac{rMD}{rMD} \cdot \frac{rCF}{rCG}$

:: $rCG \cdot rCF$: Et quia CG est ostensa minor quam CF, erit etiam tempus per Mm minus quam tempus per Ce, atq; potiori iure minus quam tempus per Ce hypotenusam trianguli rectanguli Cec. Tempus igitur per omnes Mm, id est per cycloidem AMB est minus quam tempus per omnes Ce, id est per quamvis aliam curvam ACB inter eadem puncta A & B constitutam. Q. E. D.

MEDITATIONES DE JURE PRINCIPUM

Germanie, cum primis Saxonie, circa Sacra, ante tempora reformationis exercita, genuinis humane societatis principis, legum Imperii auctoritate, literarum publicarum fide, & scriptorum saxonum testimonio deducta a JO. GEORGIO REINHARDO, in Sen. Eccl. Saxon.

Elect. Consiliario.

Halæ Magd. in officina Rengeriana, 1717, 4.

Alph. 2 plag. 5.

Nobiliss. Autor, ostensurus, quod non post instauratam deum a Luthero religionem Germaniæ Principes potestatem

tem

tem aliquam circa sacra acceperint, sed ab omni tempore haberent, in V capita librum distribuit. Cap. I agit de jure Principum circa sacra in genere, eoque ostendit unam tantum summam in civitate potestatem esse, quæ ad sacra æque ac civilia se extendat, ita ut visibilis simul ecclesiæ cultum & disciplinam moderetur. Quod deinde per omnia revelatæ a Deo religionis tempora deducit, contenditque, Israelitis in Ægypto versantibus, supremum circa cœtus sacrorum celebrandorum causa instituentis jus, ab ipsa Scriptura sacra Pharaoni tribui: & deinde quoque sub Theocratia Mosen in sacris simul & civilibus negotiis ministerium Dei exercuisse, neque ipsum hospitorem nostrum Christum secessionem fecisse a Republica, aut se suosque politico magistratui subtraxisse. Christianos deinde a Judæis separatos, non affectasse peculiaris Reipubl. formam, aut jurisdictionem aliquam, & imperium, sed condita ab omnibus fidelibus disciplina, sub presbyterorum moderatione, communibus consiliis, & veluti in mutuo fœdere vixisse, donec ipsi Imperatores, sensimque alii Reges ad sacra hæc accederent. Illos quoque supremum in externis ecclesiæ potestatem exercuisse, & præcipue apud Germanos Francorum Regibus subjectos fuisse Episcopos, licet ipsi jam tum subordinatam aliquam jurisdictionem per advocatos suos exercuerint. Inde recenset artes, quibus usos credit sacerdotes, ut stabilita synodalium primum decretorum reverentia, majorem indies autoritatem ad se traherent, advocatorum jugum excuterent, & regalia, honores, potestatemque civilem acquirerent: sublatis omnibus, quantum in ipsis erat, Principum circa sacra juribus, qualia jam penes provinciarum duces antiquissimis Germaniæ temporibus in territoriis suis fuisse ostendit. C. II agit de jure Principum Sax. circa sacra ante Reform. in specie, indeque competente, & exercita potestate legislatoria, jure circa societates ecclesiasticas, jure reformandi, visitandi, &c. Ubi ex tabulis & monumentis publicis Ducum, Principum, & Comitum Saxonieorum, egregia diligentia collectis, probatur, eos jam ante reformationem investitos fuisse mit geist- und weltl. zwingen und bannen: bullas Pontificum Rom. & Episcoporum oblatas confirmasse, potestatem extruendi, dotandique templa, & monasteria, incorporandique, ut so-

M

cant,

caat, & transferendi dedisse, curam factorum gessisse, leges de rebus ecclesiasticis tulisse, visitasse ecclesias demandatis diocesanis Episcopis partibus, abusus ecclesiastici ordinis repressisse, & varia negotia, quæ vulgo ad concilia trahi solent, sua lege definitivisse: atque hæc omnia vi superioritatis læ territorialis egisse. C. III Jura Principum Saxoniarum circa personas ecclesiasticas exhibet. Scilicet eadem qua in prioribus usus est methodo, ubi in genere primum ostendit, omnes cives, quæcunque negotia tractent, summæ civitatis potestati subesse: exempla primum adducit e Germanica historia, quibus Jura Principum in electione & confirmatione sacerdotum atque Præfulum, etiam post Henrici V tempora exercita, illustret. Tum addit in Saxonici præsertim provinciis in subditorum illos numero habitos, institutos, confirmatos, dimissosque a Principibus fuisse, & partem etiam onerum publicorum tulisse, ne ipsa quidem Cisterciensi familia, quantumvis jactet immunitatem, excepta. Notatu digna sunt, quæ de exercitio supremi juris in prædia ordinis Teutonici & Johannitici in Saxonibus sita hoc occasione afferuntur. Æque fertile eruditarum observationum est Caput IV, quo bona ecclesiastica eidem potestati subjiciuntur. Ubi enim notavit, divitiis, quibus ad invidendam potentiam ecclesiasticus ordo effloruit, non favere piæ primorum Christianorum liberalitatem, quæ necessitatibus tantum fratrum atque pastorum subvenit, in fontes inquirat, unde in Germania opes illæ flexerint. Videas hic simul leges grassanti cupiditati oppositas, & Principes Saxonicos modo certam summam definitas, ultra quam acquirere ecclesiæ non liceat, modo in titulos possessionis inquirentes, modo suspendentes potestatem a perceptione reddituum clericorum, aut alio eos, prout Reipublicæ necessitates postulerint, convertentes. Ubi concessionem vicarialium (Paris-Briese) & primariæ preces principibus vindicantur: una cum jure bona mortuorum clericorum mobilia occupandi, quod regale vocant, cujus exercitium jam ante Sec. IX Imperatoribus competiisse, adversus Stephanum Baluzium V. C. contendit. In primis admireris auctoritatem Principum in revocandis ad legitimos usus suos bonis ecclesiasticis, tot institutis visitationibus,

constitutis interdum quæstoribus, remotisque Abbatibus prodigiis, assertarum. Unde Autori nata occasio vindicandi a calumnia Principes Saxonicos, qui instaurata religione, usibus ejus ecclesiastica bona asseruerunt, neque ea in privatæ utilitatis incrementa verterunt. C. V Jus summæ potestatis circa actus ecclesiasticos sistitur: quantumcumque enim ingeniosi fuerint sacerdotes, ut sacri aliquid ubique admiscendo, non privatos modo, sed ipsos sibi Principes subjicerent, hos tamen nunquam penitus oblitos fuisse probat, quod in data tantum ab imperio civili ecclesiasticis potestas sit, summq; subinde supremum jus in usum revocasse. Agitur hic de matrimonio, de excommunicatione, de ritu, & cultus divini institutione, sepulchralibus actionibus, controversiis ordinum monasticorum & aliis ejus generis, ac denique de provocatione in causis ecclesiasticis ad Imperatorem & Principes, multis ante reformationem seculis usitata. Nemo non jam videt, recte inscripsisse Consultissimum Autorem librum hunc de jure Principum cum primis Saxoniarum. Saxonum enim praxis, & exempla utramque hic paginam faciunt. Summo tamen jure etiam Principum Germaniarum universarum mentio fit in capite libri. Imperatorum enim Romanorum excelsum studium conservandi Germaniam in prisca libertate circa Sacra occurrit p. 53, 54, 57, 58, 73, 136, 139, 253; Bohemiarum similiter p. 175, 222; Austriarum p. 65, 66, 140, 255. Laudantur etiam Brunsvicensium exempla heroica p. 120, 134, 139, 222, 348 seqq. Bavarorum p. 43, 45, 176, 180, Brandenburgicorum p. 198, Wurtembergicorum p. 120, Badensium & Hassiorum p. 62, Megapolit. p. 223, Silesiorum p. 268, 364, Bremensium p. 272. Sed & Gallia p. 198, 204, 205, 206, 244, 252, 343, 379, Anglia p. 48, 69, 350, 314 seq. Sicilia p. 248, Veneti p. 186, Helvetii p. 362, amplissima libertatis suæ circa sacra decora laudata inveniunt. Potestque facile fieri, ut istarum gentium populorumque domestica monumenta excutiantur nunc ad exemplum Saxonum industria simili, atque adeo universæ Europæ consensu comprobetur, omnibus seculis eam restitisse fastui Romano, jugumque istud ferre non potuisse. Hoc unum nollemus, librum hunc per absentiam Autoris in typographi lapsus & errores

res nimium frequentes incidisse, eosque ne in indice quidem potuisse subito omnes indicari.

Historie der Stadt Wurzen ꝛc.

h. e.

*HISTORIA WURCENÆ, URBIS QUONDAM
Episcopalis, nunc Electoralis Saxonica; Autore CHKISTIA-
NO SCHOETTGENIO, Rectore scholæ Franco-
furt. ad Viadrum.*

Lipsiæ, sumtu Jo. Christ. Martini, 1717, 8.

Alph. 2 plag. 19.

- C**L. Autor, Collega noster bonoratissimus, patriæ suæ, quæ
tribus a Lipsiâ nostrâ miliaribus distat, historiam succin-
cte describens, tractationem totam capitibus XVII absolvit.
1. Primo de nomine & situ civitatis agit, quorum prius, de-
rivationibus aliorum rejectis, ex Soraborum sive Venedorum
lingua derivat, nimirum ex præpositione vulgari *wo*, in, ad, &
rieze, quod flumen denotat. Wurcena ergo ipsi est urbs ad
flumen, Muldam nempe, sita. Ad situm quod spectat, Cl. Autor
docet, eam in pago *Neletici* vel *Netelici* (cujus vocis hodiernum
ibi supersunt vestigia) sitam esse: alium vero pagum *Liubanici*,
quem asserunt Albinus, Meibomius & Paulini, epagorum nume-
ro expungit. Neque tolerare potest pagum *Vorzi*, a Viro quodam
docto ex inspectione Weckii non satis accurata excogitatum.
2. Primum hæc urbs memoratur A. C. 961, cum Otto I Imp. deci-
mas illius Archiepiscopo Magdeburgensi dono dedisset, illa ta-
men postea feudum facta est Esiconis, Comitis Plisnensis, (cu-
jus genealogiam Autor inseruit) & ab eo A. 995. Volchuldo,
Episcopo Misnensi, vendita. Inserta est charta venditionis, &
varia ad hunc Esiconem spectantia. Ecclesiastica vero jurisdic-
tio in hanc urbem fuit penes Episcopos Martisburgenses, postea
quoque Archiepiscopos Magdeburgenses, donec A. 1015 ad
Misnenses Episcopos devoluta est. Et his subsuit hæc urbs us-
que dum A. 1581 Jo. Haugvicius, qui pariora sacra amplectus
erat, eandem cum integro Episcopatu in manus Electoris Sa-
xonici traderet. Describuntur hic vitæ ultimorum Episcoporum,
sed hos non attingimus, contenti hoc e Cl. Autore nostro obser-
vasse.

vasse, quod p. 68, 71 adfertur. Nimirum Electores Saxonici, quam primum religio per Lutherum repurgata invaleceret, statim cognoverunt, non competere Episcopis regimen, ac proinde, licet illos non ejicerent, supremum tamen dominium in illorum regionibus exercuerunt, unde Jo. Fridericus A. 1540 scholam cives instaurare jubet, A. 1542 visitationem & reformationem Ecclesie suscipit, &c. Ad religionem urbis cum Autore progredimur, quæ primis temporibus gentilis fuit, de qua nihil hic, quod ad hanc urbem præcipue spectaret, profertur. Successit Christiana quidem, sed Pontificiorum tenebris obnubilata, ubi memorantur fundatio Ecclesie Wurcensis, ab Hervico Episcopo Misnensi, qui ex illa oriundus erat, A. 1114 suscepta: Patroni ejusdem Joannes Evangelista, & Donatus Episcopus Aretinus, cujus vita exponitur: varii ritus, qui tunc temporis obtinuerunt: tandem literæ indulgentiarum, quas Jo. Tezelius A. 1516 Wurcenz vendidit. Introdacta est post hæc paulatim religio Lutherana, donec A. 1542 jussu Electoris instituta est visitatio, cui præter alios Spalatinus etiam interfuit, eaque religio publice, conniventibus & temporariis cedentibus Episcopis, tradita est. Narrantur quædam ad historiam Crypto-Calvinismi spectantia, quæ in urbe & districtu Wurcensi contigerunt. Capitulum coepit cum Ecclesia Collegiata, A. 1114, ut modo vidimus, fundata, cujus Præbendarum fundationes integræ inserantur, nomina quoque Canonicorum cum cura collecta exhibentur. Preces primarias in hoc Capitulo sibi quondam vindicavit Episcopus Misnensis, de qua re p. 175 sequi quædam notata digna proferuntur. Quum vero Episcopi sedem suam in arce Wurcensi sæpe constituerent, Regimen quoque tum ibidem, tum alibi, habuerunt, quale hodieque hic superest, ex Capitaneo, Cancellario, & aliquot Consiliariis constans, & nomine Electoris in districtu ad Præsulatum spectante justitiam exercet. Ex iisdem viris, accedente Superintendente, consistit Consistorium, res ad religionem spectantes dijudicans. Comparent sub finem nomina Consiliariorum. Tempora hæc urbs jam habet tria, Dominicum, S. Wenceslai, & S. Spiritus in coemeterio, quæ singula prolixè describuntur. Fuit quondam capella quædam ad fo-

rum, & ædes S. Jacobi ad portam hujus nominis sita, sed illæ injuria temporum perierunt. Sequuntur verbi divini Ministri, quorum tres habet hæc civitas, Superintendentem (qui quondam *Superintendentis Generalis* nomine salutatatus est) Archidiaconum & Diaconum. Ex primis notandi sunt Val. Braunius, Wolfg. Mamphrasius, Jo. & Christ. Dan. Schreiteri, Christ. Balzus, & qui hodie spartam hanc ornat, Jo. Andr. Knoblach, quorum vitæ & scripta copiose resensentur. Caput sequens scholæ, ejusdemque magistris, destinatum est, d: quibus nihil addimus. Succedunt eruditi, qui ex hac schola & urbe prodierunt, numero CXL, iis non adnumeratis, qui inter Canonicos, Pastores, Præceptores, Senatores &c. occurrunt. Ex his præcipui sunt, Matthæus Tragen, Concionator Aulicus Dresdensis, qui multa perpessus est, quum Exorcismi causa turbæ moverentur: David Steinbach, eodem munere fungens, sed qui partes Crypto-Calvinianorum promovit, ac propterea in carcerem conjectus pœnas dedit: Simon Gediccus: Paul. & Mart. Rœberi: Abr. Tellerus, alii. Horum scripta nosæ diligentissime conquirit, & vitas ex monumentis fide dignis composuit. In iis, quæ sequuntur, breviores erimus. Describuntur enim arx & præfectura, curia & Senatus, cum nominibus eorum, qui utrobique partibus suis functi sunt. Sequitur descriptio cerevisiæ, quæ hic optima coquitur, aliarumque rerum, ex quibus incolæ victum quærere solent: nec non consuetudinum, quæ hic receptæ sunt. Inter bella, quæ hanc urbem afflixerunt varia, cum primis notanda sunt Hussiticum; tum dissidium duorum Principum Saxoniarum circa hanc ipsam urbem, A. 1542, quod vulgo *der Gladen Krieg* vocant, cujus Autor causas veras ac genuinas, rejectis aliorum spuris, adfert: dissidatio Carolovitiæ, de qua alias: & bellum Sveco-Germanicum, quod A. 1637 hanc urbem cum templo D. Wenceslai funditus delevit. Sequuntur incendia, pestis, & varia miscellanea. Agmen denique claudit descriptio villarum circum hanc urbem sitarum cum nominibus possessorum, Pastorum & eruditorum, qui ex illis oriundi sunt. Appendix documenta quædam sistit ad hanc historiam spectantia: I *Fundationem Ecclesiæ Misnensis*, aliam prorsus ab ea, quæ To-

mo I Meibomii occurrit; II *Catalogum Episcoporum Misnensium*, ex MS. Capituli Wurcenfis; III *Registrum feudorum Ecclesie Misnensis*; IV *Statuta Ecclesie Wurcenfis*, antiqua illa, Papatus tempore confecta, nam hodierna edere non licet; V *Jo. de Sablhausen Episc. Misnensis Administratio*; ubi rationem reddit bonorum Episcopatus ante sua temporare alieno gravatorum, & incuria eorum, qui præterant, dissipatorum, quæ vero ipse cura sua mirifice singula restituit. Clauditur liber indice duplici tum Autorum citatorum, tum rerum in eodem occurrentium.

HELMSTADIUM PER FRAUWENRADAM
valde afflictum, tandem ab eadem liberatum, e Museo
JO. ANDR. SCHMIDII, D. P. P. Abba-
tis Mariævæ.

Helmstadii, typis Hermannii Danielis Hamatii, 1718, 4.

Plag. 4.

IN hæreditaria Conjugum successione illud imprimis singulare deprehenditur Jure Saxonico Communi, quod uxor ejusque hæredes ex foemina proximi, sive domestici sive exteri, proxime descendentes, dein h' deficientibus ascendentes & tandem agnati atque cognati, exclusis marito ejusque filiis, petere possunt *RES GERADICAS*, sive omnis generis Utenfilia, usui ornatuique muliebri maxime inservientia, quæ & alto titulo *Frauwerrada*, seu *Frowerrada* appellari solent. Id quemadmodum antiquis temporibus cum ipso Jure Saxonico Helmstadii quoque invaluerat; ita Seculis XIV & XV, quod maximo civibus esset præjudicio, penitus fuit abrogatum. Quanto autem conatu rem susceperit Senatus Helmstadiensis, quanto labore & sumptibus difficultates objectas superaverit, ex præsentis eruditissimo Schediasmate prolixius cognosci potest. Licuit enim Autori Maxime Reverendo Helmstadiense Archivum Instrare, variaque ibidem hac occasione observare, quæ statum Ecclesie, Curie civitatisque Helmstadiensis concernunt. Quamvis igitur *Frauwerrada* non sine ratione olim fuerit introducta; successu tamen temporis factum, ut postquam luxurie studere cepissent mortales, tanta *Frauwerrada*

rada statueretur quantitas, ut mariti bonis illis subtractis, ad extremam sæpe paupertatem redacti, solum vertere cogerentur. Itaque primum adiit Senatus Ducem Brunsvicensem, Magnam, cognomento Pium, in cujus scilicet territorio oppidum situm erat; nec non Joannem Abbatem Werdinensem & Helmstadiensem, ad cujus dominium ipsa urbs tunc temporis spectabat; atque ab his anno M. CCCLVIII potestatem impetravit abrogandæ *Frauwerrada*: literas vero Joannis confirmavit Henricus II successor, cum clausula novi arctiorisque mandati, anno M. CCC LXI. Tametsi autem Mandata ista Cives Helmstadienses obligarent, 'exteris certe minus stringere videbantur,' qui data occasione varias desuper movebant lites; quare ipse Pontifex Romanus Martinus V implorandus erat, ut novam legem confirmaret, Bulla ideo Florentiæ A. 1420 emissa. Cumque ne sic quidem querelæ tolli possent, denuo idem Pontifex, a Senatu sollicitatus, A. 1421 literis executoriis præcepit Præsulibus Hildesienfi, Magdeburgensi & Hamelenfi, ut abrogationem *Frauwerrada* tuerentur. Tandem Fridericus III Imp. a Senatu Helmstadiensi decenter compellatus, A. 1458 non solum privilegia reliqua Civitatis Helmstadiensis, sed & speciatim abrogationem consuetudinis *Frauwerrada* confirmavit. Atque ab illo deinceps tempore Helmstadienses privilegio illo quiete usi sunt, cum in universo quidem tractu Brunsvicensi & Calenbergico pristina consuetudo viguerit usque ad annum 1625, quo demum pariter a Friderico Ulrico Duce fuit sublata. Ceterum circa Diploma Cæsareum illud adhuc observatione dignum annotat Autor doctissimus, se. quod præter sigillum rotundum in cera glauca, sex fere digitos in diametro æquans, aliud adhuc ostendat sigillum secretum octangulum in fundo impressum, quo Diploma ab Imperatore revisum esse indicetur, & continens tria scuta, Cæsareum, Austriacum & Tirolense cum A. E. I. O. U. & supra Cæsareum scutum F. A. hoc est *Fridericus Austriacus*; ne utiquam vero F. T. H. prout quidem Weckius in Chron. Dresd. p. 23 in suo ectypo legit; illud enim T. accuratius inspectum exhibere putat vel crucem vel ornatum ex summitate coronæ surgentem,



ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Martii, Anno MDCCXVIII.

THE OLD AND NEW TESTAMENT CONNECTED
in the History of the Jews &c.

i. e.

VETUS ET NOVUM TESTAMENTUM CON-
nexum in Historia Judeorum & vicinarum nationum, ab
inclinatissimis regnis, Israelis & Juda, usque ad Christi tempus
perducta; Autore HUMPHREDO PRIDEAUX,
Theol. D. & Decano Norwicensi.

Pars I.

Londini, apud R. Knaplock & J. Tonson, 1717, fol.

Const. 3 Alph. 11 plag. & 5 Tabb. Geogr.

O-Pere hoc doctissimo id potissimum agit Autor sum-
me Rev. ut historiam sacram in ordinem redigat,
rerumque externarum synchronismo illustret, ac
vaticinia Prophetarum cum eventu suo comparet.

Pars I, cujus tertiam editionem, quæ priores brevi tempore ex-
cepit, additis tabulis Geographicis ornatam, recensemus, incipit
cum æra Nabonassærea, atque adeo ab anno ante C. N. 747, qui
est Jothamæ regis Juda XII, desinit vero cum morte Simonis Ju-
sti, anno ante C. N. 292 defuncti. Is enim canoni V. T. ulti-
mam manum admovisse, ac libros Chronicorum, Esdræ, Nehe-
miz, Esther & Malachiz, superioribus, quos Esdras collegerat,
addidisse, imo duos primos & duos ultimos ex his ipse conscrip-
sisse existimatur. In præfatione rationem reddit Chronologiæ a
se adhibitz. Omnes annales se ad anni Juliani formam, ut patet
perfectissimam nobisque notissimam revocasse, & secundam

N

æram

zram Dionysianam, non minus ante, quam post C. N. digessisse, ostendit : licet annum Judzorum & Israelitarum, inde a Mosis tempore lunarem, & adeo inconstantem fuisse, agnoscat, ut in Calendario Juliano vix mensis, nedum dies, sine erroris periculo designari possit, cui hic vel ille dies in Scriptura sacra vel apud Josephum more Hebrzorum annotatus respondeat. Kepleri enim sententia, ab Usserio & Lydiato, duobus celeberrimis Anglorum Chronologis, retenta, quæ Judæis annum solarem tribuit, ex duodecim mensibus triginta dierum compositum, quorum ultimo quinque dies quotannis adjiciebantur, cum lege Moisaica nequaquam congruit, vel conciliari potest. Neq; tamen minus verisimile est, Israelitas, antequam ex Ægypto egrederentur, secundum illam anni formam, Chaldæis & Ægyptiis usitatum tempora computasse. Duratio certe diluvii Genes. VII, 11 & cap. VIII, 3, 4 manifesto secundum illam designatur. Cum præterea monetæ, & prætia rerum secundum illas æstimata sæpe in historia sacra memorentur, illas cum hodiernis comparandi fundamentum Noster demonstraturus, Siculum Judaicum accipit pro III Shil. Angl. unde facile judicare licet de Mina, LX siculos continente, secundum Ezech. XIV., 12, & de Talento, MMM. siclos æquante, secundum Ezech. XXXVIII, 25, 26. Et hinc porro valor monetarum Græcarum & Romanarum, cum Judaicis comparatarum, deducitur. In antiquis Assyriorum & Babyloniorum imperiis Regibusque ordinatis, Usserium præcipue Autorem sequitur, a quo tamen libere interdum dissentit. Ita sub ipsum initium libri I, qui ab anno primo Nabonassareo, atq; adeo a primordio imperii Babylonici, usq; ad annum Nabonassareum 160, ante C. N. 588, primi templi Hierosolymitani excidio notabilem; perducitur, novam plane hypothesein sequitur, & pro certo sumit, post Sardanspalum ab Arbace debellatum, duo nova regna ex ruinis veteris regni Assyriaci, funditus deleti, extitisse, alterum Medico-Assyriacum ab ipso Arbace, alterum Babylonicum, a *Belés* conditum, quorum ille scilicet in urbe Nino, hic Babylone regni sedem constituerit. Et sicut Belés in eundem esse putat ac Nabonassarem & Balladam; ita quæcunque sacer codex de Tiglath-Pileser, Elianus de Tilgamo, & Castor Rhodius

do

de Ninio juniore memorat, in uno Arbace sibi reperisse videtur, & p. II Usserium, qui Arbacem Medum a Tiglath-Pilefer, Assyriorum Rege, distinguit, Diodori Siculi testimonio confutat, Assyriacam imperium non minus ac Medicum, in Arbacis potestatem pervenisse affirmantis. Sed si dicendum, quod res est, Vir doctissimus Usserio, Herodoti auctoritatem secuto, diversissimam Ctesiaz, scriptoris fabulosi, & in alia omnia euntis, sententiam, a Diodoro Siculo recensitam, opponit, de imperio nimirum Assyriaco, ab Arbace, Medorum praefecto, funditus everso, quam, ut sacris Literis non minus ac Herodoto contrariam, plerique omnes hodie explodunt. Nec vero Ctesias ipse aut quisquam alius veterum Arbacem Assyriorum Regem dixit, nequam Ninum regni sedem ei tribuit, ut quam urbem, cum imperio Assyriorum uno eodemque tempore extinctam & solo equatam esse, inter omnes convenit, & ipse Diodorus Siculus lib. II. p. 81 diserte affirmat. Taceo, quod secundum Conringium, Schottanum aliosque Tiglath-Pilefer & succedentes Assyriorum Reges usque ad Assarhaddonem, quem pro Sardanapalo accipiunt, diu ante Arbacis rebellionem floruerint. Sed quocumque modo ista se habeant, in historia Tiglath-Pileferi non male Noster observat, post urbes maritimas, Elath & Esiongeber, ad sinum Arabicum, ab hoc Rege interceptas commercia Judaeorum per mare rubrum, inde a Salomonis tempore florentissima, concidisse, qua occasione non injucundam lectori digressionem de historia & fati commerciorum Indicorum interferit, & qua ratione illa progressa temporis ad Syros, Aegyptios, tandemque, post detectum promontorium Bonae Spei, ad Portugallos, Anglos, & Belgas translata fuerint, ostendit. Saosducheum, qui in canone Ptolemei Assaradinum proxime sequitur, pro eo sumit, qui in libro Judith Nabuchodonosor dicitur, & historiam illam ad annum hujus XII, Manassis XLIII, ante C. N. 656, refert. Cum Herodotus libro II Necum, Aegypti Regem, post victoriam ad Magdolum a Syris relatam, Cadytim, magnam Syriacae urbem, cepisse refert, id de Josiae Regis Juda clade & Hierosolymae expugnatione intelligendum esse, non dubitat. Haec nimirum urbs Judaeis cognominabatur Kedusoha *Sancta*, & dialecto Syriaca

riaca Kedutha, quam vocem Herodotus flexit in *Cadytia*. Eadem origo est vocis Arabice Alkuds qua hodiernum Mahomedani Hierosolymam appellant. Liber II historiam Judæorum & vicinarum gentium ab excidio primi templi usque ad reditum ex captivitate Babylonica complectitur. In recensendis & cum historia sacra comparandis Nabuchodonosori usque ad Cyrum successores Cl. Autor Usserii sententiam non modo retinet, sed etiam copiose vindicat; atque adeo non cum Scaligero & Petavio; hic raro exemplo consentientibus; Laborioso tæbatum sed Nabonedum pro Belsazare, amplectitur, Dariam Medum vero, qui illis Nabonedus est, interpretatur Cyaxarem juniorem, Cyri avunculum; Astyagis filium, ex Xenophontis Cyropædia notum, quam alii veram historiam esse, negant, Lib. III a reditu Judæorum usque ad dedicationem templi secundi, hoc est, annum 519 ante N. C. progreditur. Deerant templo huic arca fœderis antiqua pariter ac Urim & Thumim; qua occasione Autor hujus oraculi naturam explicat & eorum sententiam amplectitur; qui vocibus illis nihil aliud, quam *clarum perfectumque* Dei responsum ad sacerdotis Ephod induit quæstiones significari, putant; unde & LXX interpretes, illas reddiderint per *δύλαρον καὶ ἀλάθων*. Usum aliquem ejus in primo templo remansisse, conicit magis quam probat, & nullum ejus rei exemplum in Scriptura sacra occurrere, agnoscit. Judæi certe, Spiritum S. trifariam se Israelitis manifestasse, affirmant, sub tabernaculo per Urim & Thumim, sub templo priori per Prophetas, sub templo posteriori per Bathkol. Desiderabantur in templo secundo ignis sacer, prophetia, saltem post Haggai & Zachariæ tempora, & oleum sacrum, quod Moles Exod. XXX, 22 unctioi Regum, Pontificis maximi & vasorum sacrorum destinaret: quanquam Maimonides observat, eo non omnes reges, sed ordinariæ primos quosque suæ gentis unctos fuisse. In historia regni Magorum Autor ad falsam illius temporis religionem digreditur, & totum paganismum in duas sectas palmarias distribuit; unam Sabæorum in Chaldæa ortam, qui imagines colebant; velut symbola stellarum, maxime planetarum; vel hominum defunctorum, quorum deprecatione apud Deum se juvari putabant: alteram

Mago-

P. 119.

1257.

139.

Magorum, qui in Persia & India olim celebres, ac hodiernum superstitiosos, ignem & Solem venerabantur. Hi post fraudem Schmertis detectam; in tantum venerunt contemptum, ut parum ab interitu abessent, donec Zoroastris emendatio aliquam iis auctoritatem reddidit. Hujus impostoris historiam persequitur liber IV, in Artaxerxis auspicio, sive anno ante C. N. 464 terminatus. Vixit ex Autoris nostri sententia sub Dario Hystaspis, natione patiter ac religione Judæus; antequam instauraretur Magorum sectæ caput se profiteretur. Veterem Magorum doctrinam in eo potissimum cortexit & interpolavit, quod duplici illorum principio lucis & tenebrarum; unum aliquem supremum Deum præfecit, utriusque conditorem; secundum Jesaia XLV, 7. Liber ejus Zent, apud Magos non minoris quam apud nos sacer codex æstimatus, multa continet ex historia Mosis desumpta, ut testatur Hyde in historia Persarum, qui versionem ejus latinam destinaret; morte impeditam. Reliquæ Magorum hodie potissimum in Kermannia; Persarum provincia; supersunt, qui Mahomedanis *Gauri*, h. e. infideles, dicuntur. Quod olim hæc secta tanta incrementa ceperit, ea potissimum causa est, quia ipsi Reges illi addicti erant. Xerxes certe non alia de causa tot Græcorum templâ diruit, ac solo æquavit, quam quia imagines, Sabæorum more; contra instituta Magorum; in iis colebantur. Hujus regis filiam & successorem Artaxerxem non aliam fuisse, quam Ahasverum, Estheræ maritum, Josephi & LXX Interpretum auctoritate probatur; & cum Scaligeri tum Usserii sententia copiose refutatur, quorum ille Darium Hystaspis, hic Xerxem pro Ahasvero vendit. Historiam Artaxerxis liber V & VI persequuntur. Speciatim liber V multus est in explicandò vaticinio Dan. IX, & initium LXX hebdomadum ducit ab anno Artaxerxis septimo, P. L. 425 6 ante C. N. 458 ejusque mense Nisan, quo Esra cum mandatis regiis in Judæam profectus est, Esr. VII, atque adeo finem earum ponit in anno P. L. 474 6, cujus mense Nisan, ex præstantissimorum Chronologorum, Scaligeri, Usserii, Strauchii, sententia, Christus mortem oppetiit. Esra, post susceptam Judææ administrationem, id in primis operam dedit, ut magorum instituta hucum neglecta renovaret, & sacrum codicem

p. 169.

198.

integritati suæ restitueret. Hunc vero non, ut Patres quidam, solo libro Esdræ apocrypho nixi, putarunt, tempore captivitatis Babylonicæ deperditum, de integro confecit, sed 1 ex iis, quæ restabant, codicibus optimis inter se collatis recensuit; 2 libros ejus in tres classes; Legem scilicet, Prophetas & Hagiographa, distribuit; 3 hinc inde, ex Autoris nostri sententia, nonnulla instinctu divine supplevit: quorsum imprimis referuntur loca Gen. XII, 6, XXII, 14, XXXVII, 31, Exod. XVI, 35, Deuter. II, 12, Prov. XXV, 1; 4 nominibus obsoletis nova & suo tempore usitata substiluit, ut Dau pro Lais, Gen. XIV, 14, Hebron pro Kiriath-Arba, Num. XIII, 23; 5 antiquas literas Hebræas, quas hodie Samaritanas appellamus, cum Chaldaicis commutavit. Quod enim non hæc, sed illæ Hebræis ante captivitatem usitatæ & vernaculæ fuerint, vel ex solis siclis, ante captivitatem Babylonicam cussis, invictè Autor noster probari putat: nescio, utrum satis expensis argumentis, quibus Conringius, Ottius, Relandus & doctissimi quique ullos Judæorum numos ante Asmonæorum temporæculos fuisse, negant. Puncta vocalia paulo quidem post Esdræ tempora, cum lingua Hebræa Judæis non amplius vernacula esset, in privatis Masoretarum scholis inventa, sed non ante editum Talmud in scholas publicas Rabbiorum admittenda fuisse, existimat. Studium illud Masoreticum, in minutis fere occupatum usque ad seculum undecimum viguit, quo duo ultimi Masoretæ, Ben Naphthali & Ben Ascher, totum sacrum codicem summo studio a se emendatum in vulgus ediderunt. Prioris editio apud Judæos Orientales, posterioris apud Occidentales authenticam auctoritatem deinceps obtinuit. Lib. VI a Nehemiz administratione, hoc est, anno Artaxerxis XX, ante C. N. 445, exorsus, reliquam historiam ex sacris literis cognitam absolvit. Novi illius Judæorum Præsidis ductu auspicioque Hierosolyma, nuper reedificari cœpta, tanta subito cepit incrementa, ut Herodotus, qui Olympiadis LXXXIV anno 1, h. e. ante Christum natum 444 Coloniam Thurium deducens, & Judæam transiens, urbem illam, quam Cadytin vocat, cum Sardibus, urbe totius Asiæ minoris principe, comparare non dubitarit. Cum deinde lex divina Hierosolymæ prælegeretur, id aliæ etiam Ju-

272.

278.

292.

dæ

dæ civitates imitantes, Synagogas instituerunt, quales ante captivitatem Babylonicam extitisse, Noster cum Spencero, Vitringa & Relando negat. Definit lib. VI in ultima disciplinæ Judææ emendatione, Nehem. XIII, 2, 3 seqq. descripta, finiente priores VII hebdomadas Danielis, instaurandæ Hierosolymæ destinatas. Consequens historia non amplius ex Scriptura S. sed ex libris Maccabæorum, Philonis & Josephi petenda est. Itaque lib. VII ex Josepho præter cetera historiam Jadduæ, Alexandrum M. excipientis, recenset, quam ab aliis inter fabulas referri, constat. Quo tempore idem Rex Alexandriam, a nomine suo dictam, condidit, papyrum in Ægypto inventam & ad scribendi usum accommodatam esse, Varro testatur. Ea occasione Autor noster varia chartæ genera docte recenset & explicat. Speciatim eam qua hodie utimur, non ut Rayus quidam existimat, A. 1473 demum inventam, sed centum amplius annis antiquiorem esse demonstrat. Provocat in primis ad monumenta Episcopatus Norvicensis, in quibus chartacea quædam, jam A. 1370 scripta, occurrunt. Extant præterea libri Arabici multo ante hæc tempora in chartis exarati, ex quibus non vana forsitan conjectura ducitur, chartam a Saracenis primum in Hispaniam & inde in alias Europæ regiones fuisse illatam. Eodem spectat, quod vulgo referunt, eam A. 1479 ab Antonio quodam & Michaele Basileam ex Gallicia asportatam fuisse. Liber VIII cum Alexandri M. tum præcipue successorum ejus res gestas complectitur. Horum quatuor præ ceteris caput extulerunt, Dan. VIII, 21, 22; per quatuor cornua minora ex majori oritura designati: quod vaticinium in primis A. 301 ante C. N. impletum esse ostenditur, dum Seleucus, Ptolemeus, Cassander & Lyfimachus federati, Antiochum, communem hostem, prelio Ipsensi debellarunt, & universum Alexandri M. imperium inter se quadrifariam diviserunt. Seleucus XVI urbes Antiochiæ, & novem Seleuciæ nomine insignes condidit. Inter priores eminent Antiochia ad Orontem fluv. in Syria, primum regni Syriaci, postea præsidis Romanorum, tandemque Patriarchatus Christianorum Orientalium sedes: inter posteriores Seleucia ad Trigrin fl. quæ, propter singularia privilegia, tæta subito cepit incrementa; t.

p. 444.

Babyl.

Babylonem fere ad solitudinem redigeret, & civibus Babylonicis eo demigrantibus, ipsum Babylonis nomen obtineret. Neque enim alia urbs, quam nova hæc Babylonia sive Seleucia intelligi potest, quando Lucanus, Philostratus, aliique Babylonem in regno Parthorum, & ad Tigrim memorant: cum vetus Babylon ad Euphratem sita fuerit, cujus hodie non nisi rudera restant ex itinerariis descripta. Ætatem Simonis Justij, Pontificis Max. ultimi ex magna Synagoga, Syracidi cap. L laudati, in quo partem hanc primam finiri, supra diximus, secuta sunt tempora Mischnica a traditionibus, circa A. 150 post. C. N. in unum volumen collectis, sic dicta. Horum historiam usque ad C. N. Autor se parte secunda expositurum promittit.

LUTHERUS APOCALYPTICUS, HOC EST, Historia Ecclesie Christiane ad nostra usque tempora, adeoque & Historia Reformationis Lutheri, ex Joanne Apocalypsi eruta a CHRISTOPH. AUG. HEUMANNO. Adjectæ sunt quinque Dissertationes historiam illius Reformationis illustrantes.

Hanoveræ, apud Nic. Fœrsterum, 1717. 8.

Plag. 12½.

PRima hujus libelli Dissertatio strictam exhibet interpretationem tredecim priorum Capitulorum sanctæ Apocalypseos. In qua ita versatur Autor, ut folius sacri Scriptoris verbis intentus dispiciat, quæ tempora, quas historias divinitus afflatus vates respexerit. Secundum quidem ac tertium caput non habet prædictionibus propheticis, sed Witio assentiens septem illas epistolas perscriptas esse censet ad præcipuos Asiæ Episcopos, eo fine, ut, qui rite suoungebantur officio, strenue perseverarent; qui negligentius suas obibant partes, in rectam viam revocarentur. A quarto demum capite veram Apocalypsin orditur, fretus verbis Christi, quæ primo commate ita fluunt: *Asconde, ostendam tibi, que futura sunt.* Capite quinto significari nihil aliud putat, quam rerum futurarum præscientiam, Christo *librum* aperiente, ex quo revelanda sunt Joanni fata Ecclesiæ Christi-

AN.

22. *Sexto* capite enarrari arbitratur, quæ proxime ab adscensione Christi contigerunt, scilicet reip. Judaicæ interitum, & nascentis ecclesiæ Christianæ conditionem. Capite *septimo* Joannem putat commemorare persecutiones omnes, sub Imperatoribus ethnicis factas, easque uno fasce complecti, summis duntaxat notatis capitibus. *Octavo* capite de pace ob Constantini M. ad Christianos transitum in Ecclesia orta, porroque de Ariatorum erga orthodoxos sævis odiis, prænuntiari credit. Decimo hujus capituli versu Muhammedem existimat innui, ac *v. 12* prænotari hierarchiæ Pontificiæ per sæculum VII, VIII, IX & X præcludia. *Cap. IX, v. 1* Papam Romanum signari judicat, & *v. 3* sqq. monachos ac sacerdotes Pontificios. Capite *decimo* Deus ipsi videtur promittere Religionis corruptæ reformationem. *Undecimo* igitur Capite prodromi reformationis sistuntur, Waldenses ac Bohemi, quos per *duos testes veritatis v. 3* significari sibi persuadet. Deum Capite *duodecimo* describi putat Reformationem illam Lutheri, ejusque sententiæ ad stipulatorem producit Danhauerum. Interpretationes suas ex usu vocabulorum Joanne ubique, sed brevissime, constabilivit, relicto lectoribus, quos suas explicationes cum Apocalypsi attente conferre jubet, judicio.

Secunda Dissertationis, quæ est *de viis Providentiæ, veram religionem Lutheri ministerio in lucem revocantis ac tuentis*, exordio duo supponit, primo, Lutherum pulsus erroribus pristinum religioni Christianæ reddidisse nitorem; deinde, tam egregium opus a divina gubernari providentiâ. Hinc duo tempora animis legentium subjicit, illud, quod Lutheri ætatem antecessit; & id ipsum, quo Lutherus tam arduum opus & aggressus est & perfecit. Priori intervallo, quomodo divina Providentiâ & ea produxerit, quæ Reformationi facilem facerent aditum, & ea destruxerit, quæ impedimento esse possent, considerat. Refert huc renatam literarum Latinarum, Græcarum, Hebraicarumque culturam, judicans, Ecclesiam Romanam, dum Constantino-politanos exules suscepit, angues sibi perniciosissimos futuros in sinu fovisse, ac Pontificios, dum in synodo Viennensi A. 1312 literas Hebraicas coli jusserint, sibi met ipsos fabricasse compedes. Nec dubitat, Deum Principibus eam injecisse mentem, ut

conderent Academias, quippe quæ sua natura sint pestes superstitionis & errorum. Ipsam quoque artem typographicam de cælo demissam putat, cujus beneficio veritas brevi tempore dispergi posset per omnem Europam. Dum porro contemplatur, quomodo Deus impedimenta Reformationis sustulerit, Providentiam agnoscit in eo, quod Clerici sua imperitia pariter ac malitia se exosos vitesque reddiderint non plebi solum, sed ipsi Principibus: ut adeo nec plebs, nec Principes, se opponere cuperent Reformatoribus. Preparatis hoc modo omnibus ad Reformationem facilis erat ejus progressus. Dum vero Autor ad ipsum Reformationis opus accedit, rursus duo observat, primo, quibus rebus DEUS Reformationem adjuverit; deinde quomodo quævis obstacula sustulerit. Prius a Deo factum esse censet, dum initio Erasmtm misit tanquam prodromum, qui velitatorii armis uteretur; deinde Lutherum, qui serio rem aggressus & eruditione, & morum probitate, & fortitudine animi eminebat; tum Melanchthonem, qui & ore professorio renatam veritatem sparserit per auditorium numerosissimum, & vulgatis libris doctrinam veriorem disseminavit longe lateque. Ceterum ne a Pontifice Lutherus opprimeretur, Dei providentia Fridericum Electorem Saxoniz præsidio fuisse.

Reliqua præmittentes ad *tertiam* properamus Dissertationem, qua Autor contendit, Lutherum testem veritatis ac vindicem in Papatu omnium eminentissimum fuisse. Hoc ut afficiat, testes veritatis distinguit in practicos atq; theoreticos, hisq; multo majus, quam illis, statuit pretium. Theoreticos rursus dispescit in politicos & ecclesiasticos, hosque posteriores longe præfert prioribus. Ipsi tamen ecclesiastici veritatis testes, id est, ii, qui in religione errores impugnant, non sunt omnes ejusdem generis, adeoque præcipui ab Autore nostro habentur ii, qui maximi momenti veritates profitentur, agnoscuntque, Papam vel potius Papismum esse Antichristum. Cum autem inter hosce veritatis testes nobilissimum nomen sit Jo. Hussi, Autor eum cum Luthero contendit, ac manifestum facit, in perspicendis Ecclesie erroribus multo longius progressum esse Lutherum, quippe cum Hussus plurimos inveteratos errores retinuerit.

Quar.

Quarta Dissertatio est de *Somnio divino, quod Friderico, Electori Saxonie, vulgo tribuitur, de instanti Reformatione Lutheri*. Primum id accurate enarrat Autor: deinde urget pertinax silentium tot scriptorum, quorum monumenta ex ævo Lutherano supersunt. Nec nullius momenti esse putat ipsorum poetarum, ac aumorum, silentium. Hinc quanta vis insit ipsius Lutheri silentio, pluribus edisserit. Tum testimonio Antonii Musæ, quod vulgo affertur, omnem autoritatem detrahit, ac hujus fabulæ originem ad picturam symbolicam refert.

Quinta Dissertatio defendit divinam Lutheri ad opus Reformationis vocationem. Ubi initio ingenue fatetur, Theologos quosdam nostrates negligentius hoc argumentum tractasse, nec satisfecisse Pontificiorum objectionibus. Ipse præfatus, nobis non tam nostra, quam Lutheri causa, laborandum esse, ut ipsi divinam vocationem asseramus, cum nos non sequamur autoritatem Lutheri, tanquam prophetæ vel apostoli, sed solam Scripturam sacram; statuit, solam vocationem internam sufficere, qua quisque Christianus obligetur ad noxios alteri errores eximendos & veram ad salutem æternam viam commonstrandam. Quæ nuper ad hanc responsionem regressit Pritanius, hac occasione examinantur ac diluuntur.

Septima eademque ultima dissertatio describit urbis Isenacensis singularia erga Lutherum repurgatamque ab eo religionem merita: qua occasione Autor negat, Hiltenum, monachum Isenacensem, veri nominis prophetam fuisse, ejusque prædictionem de instanti Reformatione vaticiniorum politicorum in censum refert: simulque eorum notat errorem, qui, Lutherum Hilteno solum esse præceptore, scriptum reliquerunt.

CASIMIRI OUDINI TRIAS DISSERTATIONUM Criticarum.

Lugduni Bat. apud Sam. Luchtmans, 1717, 8.

Plag. 13.

Cujus *Supplementum de scriptoribus Ecclesiasticis* A. 1686 p. 286 recensuimus, etiam A. 1692 p. 535 producentes edita

ab ipso *Opuscula sacra*, ad id tempus non excusa; ejus nunc *Dissertationes tres Criticæ* Lectoribus antiquitatum studiosis non sine voluptate sistimus: dolentes interim, Cl. Autorem superiori anno Mense Septembri Lugduni, ubi Sub-Bibliothecarii munereungebatur, rebus mortalium creptum, cujus vitam exposuimus in Novis Literariis Latinis pariter & vernaculis. *Prima* quidem Codicem MS. Alexandrinum, quo Bibliotheca Bodlejana superbit, sub examen vocat: cumque Jo. Ernestus Græbius, qui *Septuaginta Interpretes* ex illo Codice edere cepit, (vid. hæc Acta A. 1708 p. 193 & A. 1710 p. 469) sibi pariter aliisque persuaserit, exaratum fuisse codicem illum seculo quarto; Cl. Oudinus demonstrare nititur, lapsum in eo esse Græbium, memoratumque codicem seculo decimo antiquiorem haud esse. Postea igitur quam *Capite primo ac secundo* codicis istius faciem ducere ipsomet Græbio descripsit, Græbiique de eo sententiam recitavit; *tertioque* sententiam Lamberti Bos (cujus editionem *Septuaginta Interpretum* omnium perfectissimam esse judicat,) de eodem codice retulit; & *quarto* magnifica Anglorum de hoc codice judicia exposuit; (quos miratur Cyrillo Lucari hæc in re fidem habuisse, cum Græcia jam olim *mendax in historia* vocata fuerit, & hodierni quoque Græci pristinam indolem adeo servent, ut vix unus in nostras venerit regiones, qui non *mendax* deprehensus sit,) eodemque capite Cyrilli memorati inscripta codici illi verba mendacii rea egit; capite *quinto* fundamentum Græbii subruere aggreditur. Cum enim Græbius suam sententiam stabiliat uncialibus literis, nullo accentu spirituque notatis, quibus exaratus ille codex est, Oudinus maximorum Criticorum suffragiis probat, ejus generis scripturam non quarto sed in Seculo usitatam fuisse, sed sequentibus etiam ad decimum, & que seculum. *Sexto* capite pugnat, codicem illum prorsus non posse seculo quarto scriptum esse, cum in eo Plalinis præmissa esset supposita Athanasio ad Marcellinum epistola. Atqui neminem esse potuisse tam impudentem impostorem, ut vivo adhuc Athanasio supponeret in publico monumento falsam epistolam, idque Alexandriæ, ubi Episcopi munere tumungebatur Athanasius, nec id clam eo fieri poterat. Ceterum cum Græbius illam
epi-

epistolam pro vero Athanasii scitu habeat, Cl. Oudinus ejus *De sacris* probat testimonio & autoritate Benedictinorum, qui pestremi Athanasii opera ediderunt, eamque inter spuria scripta rejecerunt. Quid? cum supposititia illa epistola merito tunc demum composita credatur, cum vera Athanasii ad Marcellinum epistola periit; & ex Concilii Nicæni II actione sexta eluceat, octavo seculo adhuc superfuisse veram illam Athanasii epistolam; hinc concludit Oudinus, epistolam illam subdititiam seculo nono vel decimo antiquiorem esse non posse, adeoque nec codicem illum Alexandrinum priori ævo scriptum fuisse. Addit, ipsam Grabium agnoscere, codicem istum exaratum fuisse in usum monachorum *Acemotorum*. Hi autem cum quinto demum seculo sint orti, non posse fieri, ut quarto seculo codex ille sit exaratus. Ad quintum vero seculum referendam esse *Acemotorum* originem, ex Fresnii Glossario demonstrat, cujus ipsa verba capite *septimo* lectoribus suis exhibet. Uberius *Cap. VIII* ostendit, codicem illum Grabianum a monacho quopiam Acemeto, in usumque monasterii Acemotorum, conscriptum fuisse. Idque post octavum seculum factum esse, contendit *Capite nono*, ubi deductum supra ex historia Concilii Nicæni secundum argumentum rursus urget. Denique *Capite decimo* *capitulas* suas conjecturas profert, quibus nixus credit, decimum seculo *codicem* illum Alexandrinum fuisse exaratum. Supponit *nono* demum, veram Athanasii epistolam nono intercidisse seculo: supponit, quamdiu vera epistola exstiterit, nullam effectam esse subdititiam. Addit, seculum decimum ad ejusmodi suppositiones librorum fuisse aptissimum, cum summa eo tempore regnarit in toto orbe barbaries. *Undecimo Capite*, quod ultimum est, Autor Grabii nomini æternum inurere dedecus conatur. Nihil enim in eo fere occurrit, quam Grabium vino adusto se ad ebrietatem usque ingurgitare consuevisse, eundemque Christianismum omnem pro mera fabula habuisse. Quarum rerum fides sit penes Autorem.

Sequitur Cl. Oudini altera Dissertatio, qua *exurgens* sua subjicit *Questiones ad Antiochum Principem*, quæ exstant in Operibus Athanasii. *Primo & secundo* Capitibus Virorum doctissimi-

morum iudicia de istis *Questionibus* profert, qui omnes referunt eas inter scripta supposititia. Capite *tercio* & *quarto* aliquot iudiciis evincere studet, has *Questiones* seculo decimo tertio iuniores esse, & post expeditiones Occidentalium in Palæstinam religionis causa susceptas demum componi cœpisse. Capite *sexto* contendit, *Questionum* istarum Autorem fuisse Athanasium, Patriarcham Alexandrinum, scriptorem seculi decimi quarti. Ceterum cum hæ *Questiones* allegatz sint in *Ravennatis anonymi Geographia*, A. 1688 primum edita Parisiis a Placido Porcheron, ac Jac. Gronovii cura secula A. 1696, Cl. Oudinus hinc Capite *octavo* concludit, errare, qui anonymum illum Geographum seculo septimo adscribant, cum decimo quarto demum seculo vixerit oporteat. Eodem Capite contra Caveum disputat, *tres orationes de imaginibus* Joanni Damasceno injuste tribui, nec nisi decimo quarto demum seculo condannatas fuisse, cum & in ipsis *Athanasii Questiones* allegentur. Addit & alias causas, cur illæ *de imaginibus* orationes Damasceno abjudicandæ sint.

Tertia Dissertatio agit de *Collectione Antiquitatum Constantinopolitanarum* Anselmi Bandurii, quam nos quoque recensimus A. 1712 p. 485 & A. 1713 p. 49. Hic Cl. Oudinus ostendit, Anonymum Autorem *librorum quatuor de urbe Constantinopolitana*, a Bandurio evulgatorum, esse Michaelem Psellum, insignem illum seculi XI scriptorem, Michaelis Ducæ præceptorem. Nec vero primum edita nunc est hæc Dissertatio, sed pulcre recordamur, eam nobis jam lectam esse in *Histoire critique de la rep. des lettres* T. VII p. 219 sqq. & T. VIII p. 279 sqq. Quanquam collatio duarum harum editionum nos docet, in posteriori duo Capita prioribus fuisse adjecta, nempe quartum & octavum: quorum altero enarrat causas, ob quas Michaeli Ducæ abrogatum fuit imperium, altero de recentiori ætate Anonymi Geographi Ravennatensis, de quo supra facta est mentio, suas conjecturas vel potius criteria exponit. Ceterum ignorare Lectorem nolumus, Cl. Autorem, cujus modo mortem annuntians, jam pridem justum *Commentarium de scriptoribus Ecclesiasticis*, quo *Supplementum* antehac editum insigniter auxit, ad Typographos Lipsienses, ut typis mandarent, transmisisset, queq;

quem duobus in fol. Voluminibus edendum nunc demum illos prelo subiecisse accepimus.

OTIUM HANOVERANUM, SIVE MISCELLANEA ex ore & schedis illustris Viri pie memoria, **GEORGII GUILIELMI LEIBNITII**, quondam notata & descripta, cum ipsi in colligendis & excerptendis rebus ad Historiam Brunsvicensem pertinentibus operam navaret **JOACHIMUS FRIDERICUS FELLERUS**, Secretarius Ducatus Saxo-Vinariensis &c.

Lipsiæ, impensis Johann Christiani Martini, 1718, 8.

Alph. I plag. 9.

CUM illustris *Leibnitius* ab A. 1696 usque ad 1699 opera Cl. *Felleri* in excerptendis rebus ad Historiam Brunsvicensem pertinentibus uteretur; hic ex literis ipsius, quas ad eruditos tunc temporis occasione invitante exaravit, varia descripsit, & hæc nunc parte opusculi prima in lucem publicam emittit. Addit parte altera, quæ ex *Leibnitii* ore hausit & ex ejus schedis enotavit. Sunt autem materia in utraque parte varii argumenti; historicae alia, alia critica, alia philologica, alia theologica, nonnulla philosophica, paucæ admodum mathematicæ, nec omnes ejusdem momenti. Quoniam enim summa erat Viri summi humanitas, ut nemini non responderet ad ipsum scribenti; facile apparet, quod unicuique pro ingenii ejus modulo respondere debuerit.

Præmisit Cl. Editor Supplementum vitæ *Leibnitiana*, quæ in Actis anni superioris legitur. In eo inter alia notat, *Leibnitium* A. 1611 iter in Galliam ingressum *Monsonyssi* itinerarium in indagandis rebus literariis, physicis & mathematicis vitæ monstratorem secum asportasse. Idem aliquando dixisse fertur, se libros dynamicos habere in idea & potestate, sed necdum in chartam conjecisse. Constat tamen, ipsum nonnulla ea de re per literas communicasse cum amicis, nec dubitamus, quin meditationes suas more suo in schedis descripserit, etsi librum nondum composuerit.

Sim.

Singularum epistolarum argumenta recensere, prolixum nimis nec operæ pretium foret. En quædam selectiora hinc inde excerpta. *Petrus Lambecius*, iudice *Leibnitio*, fuit vir multiplicis lectionis & felicitis memoriæ; iudicio tamen atque ingenio non perinde valuit, adeoque apud eruditionis veros æstimatorum, in primis externos, fama ejus intra mediocritatem stetit. *Cartesiani sumum* veræ philosophiæ nonnisi vestibulum vocat. Ad augendum in nobis naturale Dei lumen tria agenda esse inculcat, nimirum 1 ut colligatur notitia rerum egregiarum jam inventarum; 2 ut eruantur adhuc inveniendæ; 3 ut omnia vel inventa, vel inveniendæ referantur ad hymnos Numini canendos & incrementum divini amoris. *Sherlockium*, Anglum, non semper distinctas sibi formare notiones iudicat. In perfectionum numero ponit non nisi quod post hanc vitam restat. Moralem scientiam & politicam demonstrativam reddi posse censet, sed ut usui apta evadat, nova opus esse logica, ab ea, quam nunc habemus, differente, logica nimirum probabilium. Diluvium Noachicum ad fossilia petrefacta ex regno animali & vegetabili explicanda non sufficiente cum ratione transferri. Russicam *Ludolfi* Grammaticam nimis esse jejunam; *Suissei calculatoris*, qui *Mathesin* in philosophiam scholasticam introduxisse fertur, scripta luce publica digna, iudicat. Unioni Protestantium favet, quamvis id secretum haberi velit. Post viginti annorum deliberationem tandem decrevit, quid in philosophia sit statuendum, sequi pervenisse ait ad demonstrationes non minus evidentes iis, quæ circa numeros habentur. Algebra & Arithmetica ipsi sunt re vera eadem scientia, nisi quod illa agat de numero certo, hæc de incerto: unde Algebra vel Arithmetica est *Mathesis universalis*, seu doctrina de quantitate in genere, quia nihil aliud est magnitudo quam multitudo partium. Utilis eidem videtur æmulatio ad excitandum homines, ut bene agant. *Hugentius* advertit, fundamentum explicationis iridis post *Antonium de Dominis* a *Carteso* datæ ex *Keplero* desumptum esse. Adolescens olim crediderat *Leibnitius*, corporum coherentiam non posse explicari nisi ex peculiari voluntate divina; sed ad iudicii maturitatem ubi pervenit, eo potius inclinavit, ut putaret, ex naturæ legibus posse expli-

explicari. *Bernoullus de Tschirnbusio* judicat, quod nescio quam
 obscuritatem affectet, qua errores suos palliare satagit & simul
 sua mysteria pompotis verbis, ut Alchymistæ solent, usque & us-
 que promittat, nihil tamen unquam producat. Lepida quoque
 de *Roollio & Lagno* historia commemoratur, pro re nihili diris
 invecivis se mutuo proscindentibus. Nodum prædestinationis
 facile solvi, ubi differentia inter necessarium & contingens non
 ignoratur, *Leibnizius* putat. Amare idem esse ait ac alterius felici-
 tate delectari & amorem esse dispositionem ad percipiendam vo-
 luptatem ex felicitate alterius. *Mistoris* literarum usum in eo
 consistere, ut appareat, quid in quaque scientia aut facultate
 quoque sit præsitum, tum ut ex progressus narratione pateat in-
 veniendi ratio, tum ut debite gratiæ rependantur primis cujus-
 que doctrinæ autoribus & promotoribus aliisque ad easdem lau-
 des promovendas excitentur, tum vero ut indice quasi digito de-
 monstraretur, quibus ex fontibus vera solidaque cognitio sit hau-
 rienda. Cum ad specialia perventum sit, unum omnium Sci-
 entiarum historis non sufficere. *Eruditionem galantem* per jocum
 vocat *Leibnizius*, quæ speciei aliquid, soliditatis nihil aut parum
 habet. Qui eam sectantur, eorum suffragia parvam habere au-
 toritatem; plerumque enim sub velo qualiscunque doctrinæ me-
 le rectam tralucere ignorantiam. Linguam Hebraicam primi-
 geniam dicere, idem est *Leibnizo* ac dicere, truncos arborum esse
 primitivos, seu regionem dari, ubi trunci pro arboribus nascun-
 tur. Talia fingi posse, sed non convenire legibus naturæ & har-
 moniæ rerum, id est, Sapientiæ divinæ. Arabes Philosophos ha-
 buisse, judicat, quorum de Deo cogitata adeo excelsa, ut excelsa
 magis esse nequeant, quæ Philosophi Christiani maxime subli-
 mes de Deo statuunt. Improbatur fabularum gentiliam ex Scri-
 ptura derivatio, quasi gentiles non ipsimet superstitionem suam
 invenire potuissent. Monades, hoc est, substantias simplices
 naturaliter nec oriri, nec occidere posse censet, quod tantum sit
 aggregatorum. In Anglia dum plus multo pecuniæ quotannis
 emittitur regno, quam recipitur, verendum esse, ne exhaustis lo-
 culis turbæ oriantur tandem vix sedandæ, nisi intempestiva pace.
 Antiqua apocrypha non pauca docere atque interdum hære-

sum five fontes, five rivos velut indice digito nobis ostendere. Metaphysicam non minus quam Mathesin suas habere pucherimas leges & demonstrationes. Æsopi fabulas in pretio haberi debere; ab orientalibus venisse ipsi videntur. Indos inventiones istiusmodi fabularum sibi tribuere. Eas in Græciam forsitan attulisse Æsopum. Philosophiam veterum solidam esse & moderatam ei ditandæ inservire debere, non destruendæ. Orientalem historiam non aliunde rectius quam ex recentiorum itinerariis corrogari. Hæc quidem sunt, quæ ex parte prima huc transcribere libuit, retentis plerumque ipsis *Leibnitii* verbis. Agmen claudit idea bibliothecæ publicæ secundum classes scientiarum ordinandæ cum fusior, tum contractior.

Pars altera, ut habet titulus, complectitur meditationes, observationes & crises varias Leibnitianas, Gallico & Latino sermone expressas. En quædam ut ante hinc inde excerpta. *Nicolaum Taurellum*, Germanorum *Scaligerum* vocat *Leibnitius*, stylo nempe, acumine, ingenio, libertate sentiendi, Medicinæ professione simillimum. De eo, quod Principum interest, nostro tempore neminem scripsisse solide & acute, si demas *la Couris Considerationes vani Stant.* *Machiavellum*, virum magni ingenii, pro stulto & inepto non esse traducendum. *Rudbeckium* sua Germanice scripsisse & per *Schefferum* in linguam Latinam traduci curasse. *Malpighii* librum de bombycibus magni momenti esse & curiosissimis experimentis plenum. Ut Societas Anglicana experimenta naturalia confert, ita in alia deberi regala vitæ, observationes utiles & reconditas de rebus humanis emendandis, de congerendi artibus &c. conferri. Sæpius aliquid novi invenisse eum, qui artem non intelligit, quam qui intelligit; item *Abulodimerov*, quam aliam. Historiæ præter delectationem utilitatem nullam esse, quam ut religionis Christianæ veritas demonstraretur, quod aliter quam per historias fieri non possit. Homini ad usum vitæ magna præsituro scire sufficere qualemcunque delineationem *historiæ universalis*, historias memorabiles seu extraordinarias, colloquiis eleganter distinguendis aptas, quo pertinent joci & argutiæ; exactissimam cognitionem veræ *Logicæ* seu artis ratiocinandi; exactissimam cognitionem regularum *justi & utilis;*

cho.

eloquentiam efficacem; totam *Mathesin*, *Mechanicam* & *Physicam practicam*, tum & *Geographiam*, *Medicinam*, *historiam naturalem orbis terrarum*. Præfensiones illustres collegisse *Sponerum*; sed dissuadentibus nonnullis non edidisse. Linguam Turcicam mire mixtam esse, ita ut vix ducentas proprias linguas voces contineat: sacra Arabica esse, politica ex Græca, nautica ex Italica, mechanica & metallica ex Germanica lingua. Linguam Persicam plurimum e Germanica habere, ita ut integrâ versus Persice scribi possint, quos Germanus intelligat. Neminem in laudandis exteris officiosorem esse scriptoribus Germanicis; sed condignas ipsis non reddi vices. Quosdam singulari esse varietate, ut certo tempore, certo loco sint mire prompti, aliis extreme tardi. In his se numerat *Leibnitzius*, qui & hoc sensit, paucos esse sui characteris, & omnia facilia ipsi difficilia, omnia contra difficilia, ipsi facilia esse. Ingeniosos & magnis & parvis contumeliis acute affici, sed flamma quadam, qualis de stipula est, subito deflagante. Quid *Cartesio* (inquit *Leibnitzius*) in physicis, *Hobbio* in moralibus acutius? At si ille *Bacono*, hic *Campanella* comparetur, apparet illos humi reperere; hos magnitudine cogitationum astringere in nubes. Suadet *Leibnitzius*, ut experimentis addantur ratiocinationes: ea in re duobus opus esse, nimirum inventario experimentorum jam cognitorum & applicatione *Matheseos* ad *Physicam*. Itaque ante omnia constituendas esse motuum leges, deinde revocando *Physicam* ad *Mechanicam* ex observationibus eliciendas esse conclusiones practicas. *Physicam* a *Mathesi* disjunctam nihil aliud esse quam observationem quandam consuetudinum naturæ. *Cartesiano* non multos in *Physica* fecisse progressus: in metaphysicis ultra ea progressum esse *Malebranchium*, quæ *Cartesius* tradiderat. Operat, ut aliquis omnis generis ludos mathematice tractet & tam regularum rationem reddat, quam artificia primaria tradat, quia in iis multa ad artem inveniendi utilia latent. *Pascalium* fuisse corpore infirmo; sed spiritu forti. Omnem scientiam, quante magis sit speculativa, tanto magis esse practicam. Rempublicam Christianam ei plurimum debituram arbitratur, qui effecerit, ut *summa sit jucunditas in pietate*. Imagines inter precandum in-

tueri periculosum esse & a ratione alienum, quod abducant mentem a profundioribus cogitatis ad corporales imagines. Gallos non esse vere Pontificios, quia ultima analysis fidei Gallicanae est in antiquitatis ecclesiasticae historicam traditionem, non in auctoritatem Pontificis, atque adeo analysin fidei Romanae tantum differre ab analysi fidei Gallicanae, quantum illa differt ab analysi fidei Augustanae, & Galliam tantum politice simulato syncretisino, quam vero animorum consensu ecclesiae Romanae inherere. *Cartesium* voluisse emendare quaedam in physicis; displicere tamen audaciam & fastum nimium, conjunctum cum styli-obscuritate, confusione, maledicentia. Longe magis *Leibnitio* probatur *Claubergius*, discipulus ejus, planus, perspicuus, brevis, methodicus. Non in publico consensu deliberandum esse, sed semper inter binos. Institueudas esse omnes combinationes cum omnibus, donec inter se concordent, & numerandas combinationes concordantes. *Boylei* experimenta pleraque publicata nonnisi tenuia ac jejuna esse, nec usum ullum habere, quam ad speculationem de rerum causis; sed ne ad hanc quidem ab ipso adhiberi, tantum enim ex ipsis concludi res vulgarissimas & Philosophis accuratis notissimas, quod scilicet omnia mechanice explicari debeant. Si *Cartesius* ea in promptu habuisset, ipsum nobis daturum fuisse Chemiae apodicticae specimina. Ad perfectionem Scientiae arithmeticae aliis plane characteribus, quam nunc habemus, opus esse, ita nimirum ut $5 + 3$ facere 8 & 2 in 8 facere 16 non ex memoria vel tabula quadam depromere opus sit, sed ex ipsis characteribus sequatur. De libris in qua desinentibus, veluti *Scaligeriana*, *Perroniana*, *Thuanus* &c. judicat *Leibnitius*, quod saepe absurda contineant, propterea quod editores Autorum mentem non fuerint assecuti saepeque ipsis falso attribuerint nonnulla. An *Leibnitiana*, de quibus hactenus diximus, in eundem censum variant, judicent illi, qui Virum summum ex iis norunt, quae ipsorum publicavit. Non modo animae immortalitatem, sed etiam conservationem impressionum praeteritarum omnium exacte demonstrari posse, modo naturam unitatis & substantiae bene consideremus. *Wasmuthum* fuisse hominem simplicem & visionarium, ejusdem farinae esse

Pater-

Pterofenium. Metempsychosia defensam esse ab *Helmontio*, ita ut semper eadem animæ suam tuseantur personam in theatro universi. Animaque veras habere animas sensitivas, nullam animam, nec animal ullum perire. *Becherum* fuisse ingenio excellenti, sed adeo malitiosum, ut malum superaverit bonum in homine ad quantumvis crimen venali. Proferuntur exempla specialia, quibus id probatur. Propriam prostituit uxorem atque filiam, tanquam mercem, levi pretio venalem.

Additæ sunt coronidis loco epistolæ Gallicæ a mœbe *Leibnitii* & *Pelissonis* de tolerantia religionum & de controversiis quibusdam Theologicis jampridem editæ, & eruditis satis notæ, ut adeo de iisdem dicere superfluum existemus.

E LITERIS CHRISTFRIDI WÄCHTLERI,
J.C. occasione Commentarii CASP. THEOD. SUM-
MERMANNI τῶν Πρώτων.

Elegans est harmonia trium filiarum Themidis & trium præceptorum Ulpiani, L. 10. de Jus. & Jur. Orpheus in hymnis five precibus XLII p. 141, ὡς ποικυλάτες Δέμυδος καὶ Ζυὸς ἀναστῶν &c. Josephus Scaliger: *Temperia, Jovis & Juris sanctæ præpæta, aurea lex, & fas, & pax ditissima rerum: Huc mites ad sacra pia instaurata arvis, Auscentes facunda propaggina tempestatum.* Hesiodus generationem illarum iisdem nominibus extulit & ex his affinitatem cum Dea justitiæ concludit Clericus. *ibid* p. 127. Grævius autem reliqua verba Hesiodi perperam translata censuit, *quæ opera matura faciunt mortalibus.* Esse eas sane cœli janitrices, & ministras Solis; sed aut alias esse has Hesiodi Horas ab illis Homeri, aut alias eis partes dari ab Hesiodo, cui sunt pulchritudinis præfides. Quid enim, inquit, magis res humanas pulcras reddit & florentes, quam bonæ leges, justitia & pax? p. 117. Pindarus *Od. 13 Olymp.* multum his favet; Coriathi habitare tres has sorores, *firma fundamenta urbium.* Appellatur ὡς ποικυλάτες, *Deæ floridæ*, quia quodlibet tempus anni habet, quod producat, Erasmo Schmidio nostro, p. 307. Et quamquam pax eidem referenda videatur ad pacem Reip. publicam, *Phuruta* tamen de *Nat. dec.* cap. περὶ τῶν ὡγῶν, de studio so-

piendi lites fori intelligere videtur, ἀπο τῆς διὰ λόγου καὶ εἰς δι' ἄλλω διακρίνεσθαι. Ubi annonæ abundet ποιῆν, non definitio; ὄλων, ἀπὸ τῆς ὄλωναι, nisi tamen πῶλον, ab eodem Phurnuto ad statum publicum applicetur. p. 81. Homerus contra *Iliad.* 2. v. 749 seqq. & *Od.* v. 393/99. tribuit Horis cælum atque olympum, ut aperiant densam nebulam, & claudant. Athenæus *lib. XIV* cum Philochoro asserit, Athenienses, quando τὰς θεάς (τροπικαῖς scilicet, de quibus fuse Salmasius in *Solia.* f. 632 seqq.) rem divinam faciunt, precari has Deas, ut squallores & calamitosos æstus arceant, quæ vero prodeunt e terra, moderato calore & tempestivis imbribus ad commodam maturitatem perducant. Quæ cum verbis Hesiodi congruant. Neq; dissentit ibi Calaubonus c. 20 & præterea f. 589 Prophyrium eodem sensu contendit locutum de pompa quotannis ducta Soli & Horis apud eosdem, *de abstin.* *lib. 2* p. 55. Tota autem pompa illa nihil habet, quod ad sensum forensæ faciat. Nam omne genus fructuum oblatorum parum accedit ad Themidis artes. Multas tamen molestias creasse sibi hanc descriptionem ait Jac. Valentinus: de quibus nihil sensit Meursius, *Græc. seriat.* *lib. 4* p. 144 *lib. 5* p. 247 *lib. 6* p. 283. Superabitque eas, ubi perstat in proposito suo edendi Porphyrium, doctissimus vir, Jo. Thomæ. Pausanias sæpius meminit Horarum, sed litem hanc non fecit suam, & plane sequitur Homerum. *Lib. 5* f. 402. Ovidius autem atque Horatius & Lucianus obscurius loquuntur vel abruptius, quam hæc res postulat. Ad Gentiles profluxere nonnulla, quæ originem debent revelationi. An autem Sibyllæ revelatum, quod ipsa de Christo intelligi inter gentiles voluerit, non constat. Si libri Sibyllini in conflagratione Capitoli A. U. C. DCLXXI, temporibus Sullanis, ante imperium Julii Cæsaris, simul igne absumpti sunt, lectionem illorum Augustus permittere Virgilio utique non potuit, in usum eclogæ quartæ. Quæ autem post illam denum conflagrationem descripta per Asiam & varias Græcorum urbes ad instantiam Romanorum de novo sunt, & Romam deportata in vulgus passim protrudebantur, & fidem exiguam vel nullam inter ipsos Gentiles habuerunt. Malimque cum Eduardo Simsonio asserere, Augustum ipsam vidisse fucam totam, & solentiam equidem

p. 83
39.

dem istorum; quantum posset, instituisse, atque selecta deinde recondidisse. *Sueton. c. 31.* Nam nec eo modo recuperavit semel exusta. De fortibus Hadriani Virgilianis *Eneid. VI, circa finem*, quarum mentio apud Spartianum; docte scripsit Dodwell. *praef. Cambd. 7 §. 5 seqq.* & hodiernam collectionem in univ-
 sum perstrinxit. §. 12 *integr.* Eidem debemus eruditas obser-
 vationes plures in Historia Juris, quas apud eum pauci requirunt. *praef. 8 §. 2 seqq.* Rara admodum, si qua forte, memora-
 ti adhuc vestigia Principum damnatorum, ne Julii quidem, primi conditoris Imperii. Simile quid Augusto etiam, Tiberio & aliis accidisse per Cajum, Trajanum, Hadrianum, & quotquot studiosi republicae videri cupiebant praeter illis Principes. Divos equidem appellari Claudium & Commodum in Pandectis, & leges eorum agnosci legitimas: exclusos tamen iterum e sacris divorum, & rescissis Actis eorum, leges etiam vim legum amississe. Cur vero in primis Codicibus nullam leges istorum locum obtinuerint, causam avertit §. 3, quod ab Hadriani familia ortum duxerint illius successores usque ad Alexandrum, sub quo ultimi plerique vixerint Jcti, quorum in Pandectis mentio. Hinc neque eos, nec primos Codices ullas agnoscere leges istorum, qui non Hadriano oriundi essent; imo Jctos Hadriano antiquiores in Pandectis non legi. Commentarios veterum Jctorum de Jure Praetorio, non aliter fuisse utiles, nisi quatenus cum forma Edicti perpetui Hadriani convenirent; ejus formam illi tamen non cognoverant, nec sententiam Juliani. Rubrica Novellae XI ostendit, sedem Praefecti Illyrico translata in Pannoniam secundam, inque urbem, nomine novo Justinianam primam, quae olim *Achris*. Ergo isto tempore sita fuit in Pannonia secunda. Antehac praefecti sedes fuerat Sirmium, itidem in Pannonia, per ipsum textam. Nunc eam collocabat Imperator in patria sua. *Nihil enim, inquit, distat magni secunda Pannonia a Dacia mediterranea.* Vitium ergo forte in rubrica, ac potius ita erat formanda: *de sede Illyrico, & ex Pannonia secunda in Daciam mediterraneam transferenda.* Vicinae provinciae. Dacia autem complexa etiam Mysiam secundam & Dardaniam, & Macedoniam secundam, quantum ad Dioecesi.

p. 74

75.

Fugit

*Justiniana prima, ut nemo nescit, urbs erat Dardania. Iterum: in Dardania due fuere Justiniana, prima, patria Imp. & quam ipse condidit; secunda, quam instauravit. Triballia, vel Triballea, itidem sub illa diocesi, corrupte Prevalisana, de Eccles. sub urb. c. 3. Sive ergo Triballiam, sive Dardaniam alio nomine Bulgariam voces, non repugnabunt Geographi. Barlaamus appellavit patriarcham Bulgariz, quem Codinus Achridensium, καὶ πάσης Βουλγαρίας. p. 211. Zonares de Basilio, *Annal. Tom. III f. 180: τὴν δὲ τῆς Ἀχρίδος πόλιν, ἐν ἣ τὰ βασίλειά τοῖς τῶν Βουλγαρῶν ἀρχηγῶν ἀποδόμαστρο, πολιορκία, λαβὼν, Achrida urbem, regiam Bulgarorum, obsidione expugnavit.* Sic Achridanus & Achridenus Patriarcha Salmasio, p. 433 & 438. Idem tamen c. 2 p. 347: *Sub Justiniano Dacia suam patriarcham & exarchum habuit, Justiniana prima archiepiscopum.* Caput ergo Dioceseos hic Dacia, non urbs patria, caput Daciz. Procopius comes, comes & socius Belisarii, disertus, in Dardania statum Imperatorem, ἐν Δαρδάνοις πρὸ τοῦ Ἐυρωπαιῶς. Sed & nomen loci aliud, *χοριὸν Ταυρησίων ὄνομα ἢ. de Edif. L. 4 f. 33.* Agathias autem, in civitate Illyrica, *Βεδεγίνῃ. Lib. 5 p. 161.* Tentavit inter hos pacem Nic. Alemannus f. 15, sed non vidit, Agathiam nominare locum vicinum patrie, non ipsam, nec specialem locum natalium, Procopium autem utrumque. Justinianus ipse neque in Nov. XI, neque in CXXXI ullum nomen expressit, nova nominis sui impositione contentus. Antonius Pagius *ad annum 555 f. 616* civitatem Achrida asserit esse in Dardania Europæ, etiamnum amplam, & provincias istius dioceseos omnes Illyricianas. Evagrius *lib. 4 c. 9* usque *ad c. 27* repetit non pauca ex libris historicarum Procopii. Ex abrupto autem invehitur, & tumultuastie ac suppresso nomine Procopii, *c. 30, 32,* in avaritiam & crudelitatem Justiniani, & *c. 30* tamen simul proficitur, eum innumera alia quoque καὶ ἄλλα μέρη ἐσοδοῦ καὶ θεῶ ἀξίονορρα, Edmodum pia Deoque accepta gessisse. Finit *c. 41, ἀσπίδος τρεπὸς, ἀνίσταται πλάγ' ἰσθῦς* (a Deo) *ex hac luce migravit.* Hic rectius silebo, quid statim *lib. 5 inissio,* sui immemor effutiat. Tale nullibi inter historicos Imp. auditum, qui existant, & captum fidemque historici transcendat. De Autoribus, quibus usus est Evagrius, ait*

ait Nicophorus *initio libri I*, omnes istos multa non satis idonea & commoda importune recensere. Nec ipse Procopius de morte nostri Imp. quidquam consignavit, vel lacunam hanc suppleri ab aliis curavit. Et adeo tota ista arcana historia non meretur, ut credamus, eum post editam illam ad urbanam præfecturam pervenisse. Plane alia testatur Evagrius ipse. *Lib. 6. c. ultimo*. Agathias continuavit historiam, ubi Procopius desit. Sedebat ad porticam regiam (*ἐν τῇ βασιλικῇ σόφῃ, libr. 3. princ.*) libellos litibus plenos a mane in vesperam tractans. Virque adeo civilis, & par Procopio hactenus vitæ genere, & perinde conscius omnium arcanarum vitæ rationum. Extrema autem ipsa Imp. cum jam consenuisset, & renunciasse laboribus videretur, citra omnem linguæ virulentiam perpetua gravitate, iudicioque semper sibi firmo descripsit: *cum demum cognita omnibus fuit manifesteque declarata Imp. prudentia & consilii rectitudo: quod, arma in Barbaros non movens, vicit eos consilio, & positus est sua spe, ipsi firmos se conscientibus. Lib. 5. in fine.* Scio, Suidam habuisse hæc anecdota, & varia inde sparsim prodere, quorum diligens collectio debetur Alemanno. *f. 195 seqq.* Sed ab excessu Procopii usque ad ætatem Suidæ multis seculis destitumur simili testimonio. Jornandes certe, & Paulus Warnefridus Suidæ non prætulserunt. *L. 1. c. 25.* Post Suidam Zonaras, & Michael Glycas nusquam sectantur illius fidem. Nicophorus autem, post omnes, quasi inaudisset aliquid de calumniis istis, concludit, *in quacunque ille demum apud Deum & homines sit exstimatione, opinor, non decerno, propter alia ipsius egregia & recte facta, & præstantem in divinum nomen amulationem piamque in omnibus religionem, siquid tum in eo est desideratum, id infinita DEI misericordia resarctum & connectum iri.* De anecdotis eum loqui negat Alemannus, creditq; illa nunquam ipsi visa, *c. 10.* dum ait: *quartum opus Procopii corrigens est earum Orationum, quas apud Justinianum, laudibus cum veheciis habuit, & quadam quasi puduocidia minus recte ab eo dictorum.* Anceps ergo sit fides totius libri, donec corrigens illa reperiat in Vaticana, & comparetur cum anecdotis per singula. Passim enim vestigia nescio cujus centonis in textu etiam Græco comparent, frustra dissimulata Latino interpreti,

- P. 137. *preſt. & ſubinde omiſſa etiam. Paulus Faſius dudum in paraphr. Ebraic. Deut. 22; ſibi magis probari ſententiam Moſis Nachmani de duobus ſodalibus, adſtantibus ante thalamum nuptialem & excubiis agentibus totam noctem, cum gaudio animique hilaritate. Reliqua vide ibi. Mox: ſunt qui putant, Joannem Baptiſtam c. 3 Job: ad morem illam nuptialem aſſeſſiſſe. Extant hæc etiam Tom. 1. Bibl. Crit. f. 1290. Ibidem Druſius, teſtes obſervabant eos foris, & cum ſeparati eſſent mo-conjuges, ingrediuntur & accipiunt veſtem; vocantque illam Sudar. ¶ ¶ ¶ Sindon, linteum. Guſſet. f. 550. Non enim pertinet huc mos Judæorum, vocandi ¶ ¶ ¶ Sudar pannum vel linteum, quo tacto ac comprehenſo poſſeſſio emtori acquiritur. Buxtorf. Lex. Talmud. f. 1443 & 2538. Vidit hunc locum Buxtorfii Edm. Caſtellus; attulit autem duos alios ritus Judæorum paulo diverſos ¶ 2476, neque adeo adſtipulatur Druſio. Ad pulchrum enim apparatus nuptialem pertinet *Simlab* Deut. XXII, 17, atque Gen. XLV, 22 occurrit de veſte pulchra Joſephi, imo de regia, Eſa. III, 7. *Sudar* autem non ſimiliter Exod. XXXIV, 33, Ruth. II, 15. Quæ loca probe diſtinxit Caſtellus, f. 3776. Flacius etiam olim, forte alludit Joannes ad aliquem veterem morem nuptiarum, ubi ſponſus ciceris. f. 355. Varenius, pannus iſte Græcis explicatur τὸ ἐκμαρτυρῶν τῶν γυναικῶν μολυσμῶν; p. 155. Verba autem Iſidoſi eſſe apud Photium vidit Grotius, *Biblioth. CCLII, f. 2038*. Eſt enim deſcriptio; quid per *ὄφρα* intelligent. Nihil ibi de cuſtodia Pontificum. Aſſert porro Grotius ad Matth. IX Tom. 6 f. 293 locum Pöllucis *lib. 3 c. 4 p. 158* integrum, mutilum Hammondus ad Joh. f. 242, quibus poſt Seldenum adde Heinf. *Arif. f. 879*, Lightfoot. *Her. Hebr. in Job. f. 605*, Alting. *Inſtit. L. 3 ſect. 2 c. 10 §. 8 f. 117*. Mendum autem notabile in eodem loco Photii obſervat David Hoſchelius, f. 145, quod nondum detectum eſt plane, neque adhuc ſublatum. Jam illud, quomodo ex oculis criterium incorrupte deſumatur, facile patet ex iis, quæ Salmaſius attulit ad exponendum locum *Æſchyl. in Solin. Tom. I f. 670*. Laminæ exardeſcentiæ; i. e. oculi vibrantes & micantes infidias, opponuntur oculis, qui modestia deſiciantur, pene immobiles. Et hoc artificium *Æſchylus* comparat cum iudicio den-*

dentiam, dictione figurata. Abstrahendo a Jure Romano, si-
 ve si lex Romana tacuisset, in confesso est apud omnes, libertatem,
 quæ homini competit a natura, esse iterum abdicabilem, & posse
 adeo quemque se in servitutem sponte dare, ut alteri ex contra-
 ctus formula serviat. Ergo libertas hæcenus est utique æstimabi-
 lis, & potest de ea contrahi, & liberum corpus hominis recipit
 æstimationem, venitque in commercium. Neque naturale est
 ante legem Romanam, casum adversamque fortunam liberi
 hominis spectare. Utique enim venditio tam servi quam liberi
 hominis contrahi potest. *l. 4 quib. ad lib. procl. non lic.* Habuit
 autem Lex Romana potestatem, impediendi hæc omnia in
 Rep. Romana, per datam proclamationem in libertatem; ita
 ut tunc nihil obesset, si etiam major ænema se dari passus sit,
 vel quaqua ratione in servitutem deduci. Interest enim repu-
 blicæ, ex civibus non fieri facile servos. Neque tamen plænit
 Legalatoribus, in omni casu concedere licentiam illam provo-
 candi. Si quis ergo finxit se servum, & dolo malo instruxit em-
 torem ignorantem, ac venit decipiendi illius gratia, præstiamque
 partitus est, adimitur ei proclamatio, & velut abjectus atque de-
 gener inter vilissimos numeratur. *L. 6 §. 5 C. de postul.* Nec venia
 dignus est. *L. 7 §. 2 de lib. causa.* Nec tamen dixit lex Romana,
 hunc servitute sua plecti in poenam. Interest Reip. idolum suum
 nemini prodesse. Sed ideo non concludit: tibi non competit
 actio, ergo in poenam. Aut tot sunt poenæ, quot actiones dene-
 getur. Libertus, qui ut ingratus erga patronum, condemnatur,
 propius accedit ad rationem poenæ ingratitude. Nec tamen
 ita loquimur. Mulier libera, servili amore bæchans, olim amit-
 tebat libertatem, quasi in vim poenæ. Sed Imp. vocavit hæc le-
 gem impiam *L. un. C. de SC. Claud. toll.* quia mulier infelici cupi-
 dine capta potius sit semel & decepta, quam ut dolum commiserit.
 Cessat ergo plane ratio poenæ. Nam & ei, qui ex qualitate
 poenæ propriissime dictæ in conditionem servilem jam de-
 ductus erat, libertatem restituit. *Nov. 22 c. 8. Auth. L. 24 C. de do-
 nat. int. vir. & ux.* videtur alio pertinere. Ibi enim nihil de ser-
 vitute poenæ, sedes est in *L. 2 pr. de poen.* Nullum vestigium poe-
 næ in *l. 20 l. 24 §. 1 de adm. & transf. leg.* Jam vid. D. Scheine-
 mann, *Diss. de Commerc. circa lib. hom. §. 16,* Tubing. 1689, &

D. Harprecht *specim. Jurispr. univ. §. 40, ibidem 1715.* Singulare est, in iis imprimis regionibus Germaniæ, quæ serius Academias acceperunt, adhuc dari homines proprios: & hinc in Westphalia aliisque vicinis regionibus, retinuisse eos servilem suam conditionem, in quibus tardius demum Academia erecta. Nam in aliis terris doctrinam de servitute in Germania abrogata occasionem multis dedisse videri, ut ibidem homines proprii referrentur ad classem hominum liberorum, quia a Juris Professoribus id publice proponebatur. Jure Anglorum omnia bona mobilia & immobilia, quæ nec feoda sunt nec libera tenementa, vocabulo forensi dicuntur *Catalla*. Spelman. *Glossar. f. 132.* Barthius in *Gul. Brit. p. 53*, ex Rogero ab Hoveden, *Rex. statuit, ut unusquisque homo, habens centum libras monetæ Andegavensis in CATALLO, haberet equum & arma militaria plenarie.* Brito *Lib. 1 v. 384.* *Ex poterat totum sibi tollere (Rex) si voluisset, tantquam servorum res & catalla suorum.* Idem Spelmanus *Cavallum* notat accipi pro *caballo*, apud Agobardum *de dispensat. rei ecclæs. p. 233*, multo magis, inquit, aliunde subministrandum est *danibus & cavallis* tam hominum quam animalium ministris, quæ a divitibus possidentur, tum laicis, tum etiam Episcopis, Abbatibus, sive quibuslibet Clericis. Unde distinctio vocum intelligitur. Verba Chrysostomi *Homil. 48 in Acta*, non videtur inspexisse Schilterus, ab Hadriano, *ἄσπυ*, ajunt omnes Romanos esse *δίπυ*. Hoc autem vetus, non sic habebat. *τὸ δὲ πάλαιον ἔχοντες ἴπυ.* Ulpianum quoties Antoninum dicit, perpetuo Caracallam innuere, recte vidit Hier. Bignonius; notante Valeffio *p. 108.* Quod igitur cum grano salis accipienda verba Justiniani sabinde sint, etiam Tit. 7 §. 8 repetit Noster, sed fuisse persequitur id pridem Hieronymus de Oroz, *de Apicibus Jur. Cir. L. 26. 14 & L. 5. 6-7*, omisso tamen exemplo nostro. Rem totam nunc quidem eruditio consilare, consentientem habemus Cl. Schultingium *p. 13, 400, 563, 617. Jurispr. Veter.*

PROJET DE LA REFORMATION DE LA
Medecine &c.

i. e.

CON-

CONSILIUM DE MEDICINA EMENDANDA,
*Auctore LE FRANCOIS, Doctore Medico Facultatis
 Parisiensis.*

Lutetiae Parisiorum, apud Guil. Cavelier & Jac. Quillau, 1716, 12.

Plag. 15.

EX quo Auctor Clarissimus Meditationes suas Criticas de erroribus atque imperfectione Medicinæ, Supplementorum Tomo VII Sectioni inserendas, cum orbe literato communicavit, id operæ sibi incumbere existimavit, consilia proponere, quomodo in meliorem statum res Medicorum reduci possint. Quem in finem tres potissimum allegat causas, quæ omnes atque singulas, penes quos summa est rerum potestas, ut manum emendandæ medicinæ admoveant, commovere debent; quarum prima defectum verorum Medicorum respicit, altera genuinos concernit Medicos, qui ad illam perventæ perfectionem nequeant, quam attingerent, si emendatæ fuerit Medicina, tertia fraudes & imposturas, quæ circa medicamenta observantur, accusat. De singulis seorsim agit Noster. Defectus verorum Medicorum ex eo non solum patet, quod numerus eorum, qui in arte minus periti eandem tamen exercent, multis modis superet illos, qui omnem operam in ea addiscenda collocarunt; verum etiam quod inter illos, qui se Medicos profitentur, paucissimi genuinorum titulum mereantur: Pro talibus enim nequaquam habendi sunt, qui vel scientiâ, vel judicio, vel probitate carent: Cum enim Medicina ars sit admodum difficilis, pauci existunt, qui debitum instructi sunt donis ad illam addiscendam; & si vel maxime iisdem gaudeant, a prava tamen consuetudine, quæ communiter hi tractari solent, arcentur, quo minus studis se hinc addicant, aut ex voto & debito ad perfectionem perventæ queant. Ex altera parte specimina eruditionis suæ, quæ exhibere annuntur multi, exilioris licet valoris, non tamen deterrent Professores quarundam Academiarum, quo minus immunitates & Privilegia Doctoralia iisdem tribuant. Quod si vero capacia dentur subiecta, quæ genuini Medici characterem præ se ferunt, ad summam tamen perfectionem nullo modo pervenire possunt, nisi

Cap. I.

2.

3.

Q. 3.

erro-

erroribus medela fiat, qui ubique vigentes obicem ponunt plus ultra emergendi. Ut enim quis bonus evadat Medicus, tribus utatur mediis, necesse est, a se invicem non dwellendis; talia sunt lectio librorum, instructio a fidelibus expectanda Præceptoribus, atque exercitium, quod circa dogmatum haustorum applicationem versatur. Libri Medici, cum obscura sæpe, incerta, imo falsa contineant, instruere satis tyrones nequeat, nescios adhuc, quæ servanda, quæve rejicienda sint. Longa enim experientia opus est, si quis bonum a malo, verum a falso discernere velit. Regulæ in illis offenduntur noxiæ, præjudiciis tamen & systematibus conformes, quæ si coram ægrorum lectis applicanda forent, horum saluti parum consuleretur. Remedia mala cum semper infausum, bona non semper optatum effectum, edant, erroribus sternitur via, si quis, perspicacissimo licet præditus judicio, parvo experimentorum numero inhærete velit. Præcepta, quæ in collegiis traduntur, utilitate quidem sua non carent, quoniam autem systematibus innituntur, Praxi Medicæ contrariis, parumque dejusta remedium applicatione monent, nihil emolumenti in studiosos inde redundat. Nec tempus permittit, ut in lectionibus publicis minima in morbis observanda attingantur. Consultum igitur esset, privata frequenter collegiis; verum sponte sua eligere nesciunt tyrones verum Doctorem, cui limando se tradant. Et cum parvus genuinorum Medicorum sit numerus, exigi ab his non potest, ut omnes, qui Arti salutari operam navent, quovis tempore, & quantum necessitas postulat, admittant. Dum tyrones Practicos ad nosocomia comitantur, parum inde proficiunt; multitudo enim ægrorum non permittit, de singulis morbis profixos formare discursus. Exercitium quod attinet, quo quis perfectior in arte reddi debet, hoc certe non supplebit defectum, quem libri Medici aut instructio Præceptoris tollere nescivit; in multis enim observationes requiruntur, ut cognoscamus, quid quavis occasione agere deceat, quarum tamen numerum decentem colligere admodum difficile est, imprimis cum non nisi seniores Medici ad ægrorum lectos convocentur. Ad hæc observationes, quas Medici faciunt, sæpe numero falsæ sunt, si quidem Medicorum præcepta autum in modum immutant vel ægri,

egri, vel adstantes; qui medicamentis ab his præscripta dein tri-
 buunt, quæquid finistri incuræ contingit. Ut taceamus fraudes,
 quæ quotidie committuntur circa medicamenta, vel corrupta,
 vel malè præparata, ubi effectus minus faustus remedii qualitatè
 adscribitur. Fraudès, quæ circa medicamenta vel simplicia vel
 præparata committuntur, tertiam constitunt causam, ob quam
 corrigendus Medicinæ status est. Qui enim in vendendis sim-
 plicibus lacrum quærunt, sæpe quid pro quo offerunt, rancida
 corruptaque recentibus sublitant, aromata melioris notæ non
 procurant, adulterata corruptaque pro veris bonisque venditant.
 Qui autem præparandis medicamentis operam collocant, erro-
 res committunt, vel quandò idonea simplicia ad medicamentorum
 compositionem non recipiunt, vel ipsam præparationem
 juxta artem minus dextre adornant, aut composita ab aliis
 emunt, nescii, an ea, quæ dècebat, cum solertia fuerint præpara-
 ta. Quicquid igitur ad Medicinæ conditionem emendandam fa-
 cere potest, in eo situm est, ut partim id, quod hæctenus obstitit,
 quo minus illa ad perfectionem pervenire potuerit, removeatur,
 partim ut media suppeditentur, quibus ad meliorem conditio-
 nem redigi, in eaque conservari queat. Obstacles, quæ hæc-
 tenus Medicinæ obfuerunt, sunt nimia Medicorum propensio cer-
 ta systemata pandendi & amplectendi, libertas, quæ gavisè sunt
 cujuscunque generis atque conditionis homines artem hanc abs-
 que prævia ejus cognitione exercendi, & multitudo eorum, qui-
 bus cum medicamentis negotium intercessit. Systematibus igitur
 omnibus renuntiandum erit. Cum enim cognitio, quam in
 Re Medica habemus, vel a notionibus naturalibus, vel ab experi-
 entia proveniat, sola hæc revelat, quicquid de morbis & medica-
 mentorum facultatibus novimus, cum Deus nulli a nativitate
 ejusmodi notitiam inspiraverit. Per illam enim discimus, quid
 conducat, aut noceat sanitati, & hæc est, cui omnia præcepta
 Medicinæ superstrui debent, imò absque ea nihil certi stabiliri
 observatur. Advertendum igitur est sedulo in morbis ad id, quod
 natura sponte sua efficere valet, & quod arte adjuncta præstat, id-
 que per magnam observationum copiam, ni quis sibi ipsi inop-
 are velit. Non autem adeo frequentes occurrunt casus, qui per
 omnia

C.4.

5-

6.

omnia sibi similes sunt, hincque impossibile est, ut unus Medicus detegere queat omne id, quod in tam diversis casibus optimo se semper cum effectu commendavit. Admodum etiam difficile est Medico, etsi amplissimam exerceat Praxin, similes offendere casus, ex quibus judicare possit, quale optimum sit remedium præ reliquis, quæ in certo morborum genere in usum trahi solent, pro circumstantiarum varietate applicandum. Necesse igitur est, ut aliorum Medicorum observationes, similes casus proponentes, evolvantur, & ex iis annotetur, quid ut plurimum proficuum fuerit. Hanc methodum si sequantur Medici, prævis hominum judiciis prævenient, quibus nulla tum erit causa, de eorum dexteritate dubitandi; convincent unumquemque erroris, si forsitan in aliquod medicamentum cæco impetu rapiatur, quod longa experientia nondum probatum est; aliisque remediis fidem conciliabunt, quæ observationes frequentes experta testantur; occasionem præscindent aliis dubitandi, qui vitam sanitatemque suam concedere debeant; confundent illos, qui eorum se committunt curæ, qui artis sunt imperiti; eorumque denique delebunt errorem, qui Medicum mortis causam allegare non erubescunt. Libertas, qua cuilibet, etiam ignare artis, licet Praxin exercere, non leve hæcenus obstaculum fuit Medicinæ evehendæ. Magistratui interim incumbit, Bonum publicum procurare etiam invito Publico. Novit enim ejus levitatem, quemque pronum sit ad errores fovendos. Quod si enim libertas ei concedatur vitam sanitatemque suam concedere, cuicumque velit, id idem est ac multis confusionibus viam aperire. Præter mortes enim hominum, qui sanitati fuissent restituti sub genuini Medici regimine, præter morborum etiam prolongationem, & augmentationem, quam remedia imprudenter data efficiunt, impedit ea, quo minus Medicina altius evehi queat, & genuinos Medicos deterret atque retinet, quo minus per sufficientem ægrorum numerum debitam sibi experientiam comparare queant. Excessivus numerus eorum, qui colligunt, præparant, vendunt medicamenta, maximum Rei Medicæ infert detrimentum. Ad quod obstaculum removendum necesse est, ut illis cura medicamentorum committatur, de quorum peritia, dexteritate & probitate satis

Cap. 7.

2.

latis superque constat; utque Medici constituantur, qui quandoque officinas pharmaceuticas visitantes bene observent, an omnia juxta præscriptas regulas peragantur. Visitationes equidem, quæ hæctenus fuerunt adornatæ, parum utilitatis afferre potuerunt. Talis enim annis semel tantum Medici officinas frequentarunt, & tempore quidem Pharmacopolis bene cognito, unde deterioris conditionis remedia hi occultare, & quæ non possident, ab amicis mutuo petere potuerunt. Cui vero obviam ire licet, si parcior permittatur officinarum numerus, frequentiores autem instituantur quocunque tempore visitationes; & quidem non solum penes Pharmacopœos sed & Rhizotomos & Herbarios, imo Aromatarios. Postquam igitur in obstaculis removendis hæctenus occupatus fuit Autor Clarissimus, media proponit, quibus ad feliciorum statum Medicina evehi queat; hinc primum de ratione instruendi tyrones loquitur, in quibus excitatum ingenium, memoriam felicem, & ardorem rebus Medicis se addicendi postulat. In informandis studiosis temporis ratio habenda est, cum ars longa, vita brevis sit, monstranda sunt scitu necessaria, reliquis omisissis, & modi proponendi, quibus, quæ docentur, concipi & retineri possint. Status naturalis corporis humani exacte exponendus, aberrationes ab eo inculcandæ, & juxta remedium evporistorum applicatio injungenda est. Post Autorum lectiones demonstrationes publicæ plantarum & remedium præparandorum non veniunt negligendæ. Ut autem eo melius, quæ proposita sunt, retineantur, necesse est, ut tyrones in Anatomicis e. g. non solum ab ore Præceptoris dependeant, sed & manum ipsi cadaveribus, si non humanis, certe brutinis admoveant. Quoad reliquas Medicinæ partes bono publico interesset, si formetur Medicinæ corpus, quantum fieri potest, accuratissimum, ita tamen ut singulæ ejus partes singulis elaborandæ committantur doctoribus, cum non omnes in omnibus excellere valeant. Ubi tamen cavendum est, ne quid, quod rem facti non concernit, adducatur, ac subtiles quæstiones vel imaginariæ positiones omittantur. Systematum tamen mentio simul faciendæ est, ut libros evolventes tyrones Autorum mentem capere queant. Hocque modo multo discitandi labore

R

Pro-

C. 2.

- Professores, magno scribendi tædio Auditores supersedere poterunt, tempusque ad utiliora impendetur. Talis theoria firmiter imprimenda est studiosis, & per exempla monstrandum, que admodum in usum converti possit & debeat. Hoc modo
- Cap. 10. instructi Auditores examiniibus, iisque pluribus tentandi sunt, antequam ad Praxin exercendam admittantur, & primum quidem in capacitatem Candidati inquirendum, hinc ad ea transcendendum est, quæ per experientiam cognita sunt, & quoniam de morbis agitur, in eorum signa, differentias, atque remedia, in e& occasione ea rite applicandi, investigetur. Nec incongruum foret, publice talia instituire examina, ut in studiosos Medicinæ aliquid inde redundet utilitatis, atque ex sedulitate Professorum in eandem profectus inquirentium fiduciam ægri in illos capiant. Post talia publice edita specimina ægris visitandis operam dabunt Candidati, sub moderamine tamen & ductu Medici cujusdam.
11. Et cum Medicinæ evehendæ hactenus multum obfuerit partim applicatio Practicorum minus justa, dum non omnia adhibuerunt media, quæ ad perfectam artis cognitionem ducere poterant, libros non evolverunt necessarios, vel ex his debitas observationes non annotarunt, effectus medicamentorum non adverterunt, nec ex desidia omnem in visitandis ægris adhibuerunt solertiam, partim nimium complacentiæ studium, dum, quæcunque ab ægris vel adstantibus exiguntur, aut commendantur remedium generis, in usum vocant, vel eo etiam tempore, quo nihil propinasse consultius fuerit, partim temeritas, qua cadibus civium experimenta facere audent multi; his obviam ire licere putat Noster, si Practici de erroribus suis rationem reddere teneantur, ad quam exigendam Medici & ætate & experientia conspicui forent constituendi, qui non juxta regulas systematam, sed rei veritatem medendi methodum examinent, eosque vel dignis reprehensionibus afficiant, vel certa pecuniæ summa mulctent, vel Praxi ad tempus interdiciant. Ut igitur Medicina majorem acquirat perfectionem, necesse est, ut eam exercentes omnem impendant operam, ut distinguant singulas morborum species, eorumque circumstantias singulas, quæ curationem variare solent, selectioraque, quæ quævis morbi species exigat,
- igit,

igit, remedia noscant, Non autem uni homini datum est, in hæc omnia propria industria inquirere; consultum igitur foret, ut plures in se hanc suscipiant partem, ac singuli singulas morborum species elaborandas sumant, deque iis observationes conquirant quamplurimas. Quem in finem collegiam Medicum est instituendum, & autoritate publica muniendum, quod quæ ratione stabillegendum sit, pluribus refert Autor. Nec reliquæ Medicinæ partes sunt negligendæ, Anatomia puta, Chirurgia, Botanica, & Pharmacia, quibus singulis excolendis certi præficiendi sunt Medici. Quantamcunque autem Medici adhibeant curam in Arte Medica evchenda, frustra tamen omnes laborabunt, nisi circa remedia, eorumque administrationem, maximæ, quoad licet, cautelæ adhibeantur. Eorum igitur, qui illa tractant, exiguus debet permitti numerus, ut dictum; Rhyzotomi eo adstringantur, ut omnes plantas officinales procurant, bene exsiccent, quæ ad diutius tempus sunt asservandæ, radices a putredine præservent, corruptas species rejiciant, novasque quotannis vetustis substituunt. Eorumque tabernæ, & loca, in quibus asservantur simplicia, sedulo visitentur, pœnaque eis dicteatur, si in loco quodam remoto corruptas usui servent vendantque species. Seorsim etiam quibusdam injungendum est, ut exotica procurant remedia. Aromatariis, dum plantas, folia, radices, flores, fructus, & semina exotica, gummata, resinas, cortices, & succos, qui in usum Medicum cedunt, venales exponunt, prohibendum est, ne in parva dosi ea vendant, omni autem commercio cum illis reliquis Seplastariis interdicensum. Periti igitur seligendi sunt aromatarii, qui eorum sufficientem copiam procurant. Et hac ratione Pharmacopolæ bonas ab his emere poterunt merces, pro medicamentorum præparatione. Ut autem in hac nullæ committantur fraudes, certa per urbem laboratoria sunt ædificanda, frequenter visitanda, modusque præscribens, juxta quem omnia atque singula præparanda veniunt medicamenta, ad certum numerum reducenda, necullo modo pharmacopolis concedendum, ut quid pro quo vendant. Et ut, quæ monita hæcenus sunt, in actum deducantur, & constanter serventur, necesse est, ut singulis Provinciis & Ci-

Cap. 13.

R 2

vita-

14.

vitatibus majoribus Director constitutatur Medicinæ, qui curam habeat, ut omnia secundum regulas præscriptas administrantur, quibus Inspector quidam generalis præsit, qui publica pollens autoritate immorigeros coerceat, debitaque afficiat poena. Quorum, tam Inspectoris generalis, quam Directorum, quæ sint
 Cap. I 5. requisita, quod officium, & sub qua forma Collegium ejusmodi fit constituendum, pluribus tandem edocet Autor.

JO. GOTHOFREDI CYRILLI SIVE HERRICHEN Poemata Græca, & Latina, in quibus Sacra Disticha, Sappho, Tetrasicha, Hexasicha, Idyllia, Adonis, aliaque varii argumenti, Patronis, Fautoribus, & Amicis ex officio scripta, & a B. Autoris Patrueli AUGUSTO HERRICHEN, Franco, collecta. Præfationem præmisit JO. ALBERT FABRICIUS D. & P.P. in Gymnas. Hamburg.

Hamburgi, sumptibus Christiani Liebezeit, 1717, 8.

Alph. I plag. II.

QUamvis hac nostra, qua vivimus, ætate rarior fit excellentium Poetarum proventus, & pauci proinde reperiuntur, qui sua fonte Caballino labra proluerunt; nihilominus tamen cornere interdum licet, qui ardua Parnassi jnga perauspicato ementi suavissimum cum Musis inierunt commercium, & jucundis, quibus olim inclaruerunt, carminibus, nomen ad posteros propagaverunt. Viget adhuc apud nos, & feliciter perennat Herrichii Poetæ præstantissimi memoria, qui tam felix, tamque fecundum a natura faultrice nactus erat ingenium, ut dubium videri possit, utrum tersius Latino, an rotundius Græco ore locutus fuerit. Plura omnino de hoc Viro ac ejus laudibus heic adferremus, nisi id Tom. IV Supplement. Actor. nostrorum, & quidem p. 89, ubi vitam ejus luculenter exposuimus, factum meminissimus. Neque omnia illius carmina, quæ hinc inde dispersa, in eruditorum scriniis aliquandiu latuerunt, nunc vero conjunctim in lucem prodeunt, paullo operosius excutiemus, sed quid hæc nova Carminum collectio musarum elegantiorum cultoribus promittat, & quo singula ordine disposita fuerint, bre-

breviter indicabimus. Inter sacra vero Carmina, quæ priorem in hoc libro locum occupant, familiam ducunt *Hexasticha Græca anniversaria*, quorum quodlibet Jambo Græco quaternario, qui inscriptionis loco est, ornatur. *Archilochus sacer*, qui sequitur, Tetraſticha Græca in singulas totius anni Pericopas Evangelicas complectitur, & a genere Carminis Archilochio, quo in conficiendis Tetraſtichis Autor ufus est, id nominis accepit. *Disticha anniversaria*, & *Sappho Christiana*, quæ Archilochum ordine excipiunt, simili modo pie meditata in anniversarios Evangelicos textus proponunt, Latina tamen versione destituuntur, quam Hexasticha & Tetraſticha comitem secum ducunt. Post hæc *tria Idyllia* in conspectum veniunt, in quibus aliquot pastores *παιδίσκοι* cum Nympha pastoritia, natalem Servatoris optimi maximi, Pana mortuum, & redivivum, ac Geniorum denique beatorum laudes celebrant, & carminibus, quæ sacrum argumentum pertractant, finem imponunt. Jam sequuntur *Sophronuse* seu *quinque Virgines prudentiores*, quo nomine Autor tres Christianorum virtutes, Fidem, Spem, & Charitatem, & præter eas animi tranquillitatem, & sapientiam appellat, & carmine, quod Anacreonti Tejo in deliciis fuit, quamlibet earum decantat. His varia Poemata Græca genere potissimum elegiaco conscripta succedunt, quibus Autor & lugendi & gratulandi officio defunctus est. Inter *odas*, quarum hæc larga reperitur copia, elegantissimum illud *μαλὺδρον* de herba *Thea*, a Musis velut ipsis dictatum, præ ceteris eminet, quod tanti æstimavit doctissimus Henninius, ut in notis ad Jac. Tollii epistolas itinerarias nova editione dignum censeret. Neque minus nitidum tersumque est Carmen Heroicum, quo incendium, quod A. 1701 magnam arcis Dresdensis partem hausit, descriptum legimus. *Latina Poemata* non quidem unius ac ejusdem sunt generis, omnia tamen Autore suo digna merito habentur, & vel-concinna brevitate, vel gratissima prolixitate se legentibus commendat. *Adonidem* jam olim Cl. Frisius, Professor Altenburgensis, seorsim ediderat, nunc vero is primum in Latinis locum tenet, & in materia sacra versatur. Per *vulturem in astra rotatum* D. Marr. Gejerum, Theologum, qui aulæ Saxonicæ Electorali a sacris primariis fuit,

intelligit, ejus suprema fata p. 448 pro merito deflet. Atque hæc de elegantissimis Cyrilli nostri carminibus dixisse sufficiat, in quibus colligendis, edendisque magna Cl. Editoris industria nihil quiequam fecit reliquum, quod ad eorum nitorem ac venustatem ipsi conducere visum est. Quantumvis enim typhothetæ vitio in Græcis potissimum versibus aliqua minus recte scripta deprehendantur, tanti tamen momenti non sunt, ut lectoribus Græcarum literarum peritis inter legendum remoram injicerent queant.

JACOBI BURCKHARD ILL. GYMNAS. HILDBURGH. P.P. de ULRICHI DE HUTTEN, Equitis, Fatis ac Meritis, Commentarii Pars posterior: cui complures integræ ab hoc Equite scriptæ Epistolæ, inter quas nunquam antea editæ, insertæ sunt.

Wolfenbütteli, apud God. Freytag, 1717, 8.

Alph. 1 plag. 20.

Non minus tempestatis illius, qua purioris fidei doctrinæ mundo reddidit Lutherus, historię lucis affundit altera hæc de Hutteni vita meritisque Commentarii Pars prior illa, cujus potiora momenta in Actis Anni superioris mese Sept. p. 410 ff. recensuimus. Posteaquam enim fortissimi admodumque intrepidi evangelicę veritatis assertoris, Ulrichi de Hutten, vitam, merita & fata peculiari libro quodam renovare exorsus fuerat Cl. Burchardus, eadem omnia pertexere nunc suscipit, præcipue cum & multorum eruditorum, quos in præfatione commemorat & laudat, opera & bibliothecarum quarundam superioris inferiorisque Saxonię usu haud parum fuerit adjutus. Suum igitur Huttenum, quem in Tusculano suo, *Stackelberg*, commorantem in prioris commentarii partis sine Autor deseruerat, ibidem revivens, scripta illa, quæ ex eo tempore confecit Huttenus, prolixè recenset, compluresque integras ad summos viros ab eodem scriptas epistolæ atque uberiora ex quamplurimis ipsius lucubrationibus inseruit excerpta, quæ omnia doctrinam, candorem invictissimumque pro purioris doctrinæ veritate patrięque li-

ber-

bertate Hutteni animum abunde produnt. Quantum vero in elegantioribus literarum studiis viderit & quam egregius faciarum artifex fuerit Huttenus, dialogi ab ipso in specula illa Storkelbergenſi conſcripti ſatis comprobant, quorum primum *Fortuna* nomine inſcripſit, in quo de illis diſputat, quæ utcuque eveniant homini, quæ caſibus alii, quidam ſato, ipſe providentiæ divinx adſcripſerat. *Fortuna* autem nomen cur eidem dederit, hanc addit cauſam, *quod in ore mortalibus, quicquid evenerit, ejus ſit commemoratio; ſive enim proſpere agant, Fortunam canere homines, ſive infeliciter, hos eandem accuſare conſueviſſe.* Eadem fere tempeſtate ſcripto quodam admodum aculeato Romanæ eccleſiæ conſeſſores perſtrinxit, *quo nec vehementius nec liberius quicquam, uſque ad id tempus contra Romanos aurifugas editum, ipſe Huttenus judicavit, quod Vadifci & Triados Romana titulis inſignivit. Vadifcus ideo inſcriptus eſt hic dialogus, quod ea, quæ Huttenus Ernholde narrat (ipſi enim hi ſunt, qui colloquentes inter ſe introducuntur) ex Vadifco quodam audiviſſe ſe ſimulat, qui Moguntiam tranſiens contumelioſe admodum, quæ Romæ viderit, propalarit, magnum nationi iſti apud Germanos concitans odium. Trias vero alio nomine idem dialogus ab Autore ſuo eſt nuncupatus, quod illa, quæ in Romanenſes dici poſſe videbantur, in *terniones* redegerit Vadifcus, id negotii videlicet ſibi dans, ut omnia, quæ poſſime ac perverſiſſime Romæ tum fiebant, in *ternarium* colligeret. Quanta heic vehementia ſtylique acerbitate uſus fuerit Ulrichus, dialogi fini adjectum docet epigramma. Neutri ſane horum dialogorum feſtivitytate cedit ac venuſtate ille, quem *Inſpicientes* nominavit, in quo *Sol, Phaetbon, & Cajetanus* Pontificis legatus de rebus in Germania anno Sec. XVI duodeveſimo geſtis colloquentes introducuntur, quorum primus, *Sol*, honorifice multa de Germanis, velut natione, quod ad morum bonitatem pertinet, & civilitatis opinionem virtutisque ſtudia, & animorum conſtantiam ac integritatem, cultiſſima, contra impudentes Italarum calumnias prædicat: ſi modo moderate viverent, ſed id tamen mox etiam futurum, arbitratur *Sol*: quod jam minus ac minus bibant & de madidis illis etiam, qui ſobrii ipſi uſquequaſque non ſunt, male*

tamen

p. 2

p. 130

19.

21.

- tamen opinentur. Omnia autem hæc prolixè a Cl. Autore recensita ubertim ostendunt, Hüttenum *pro mirifica ingenii magnitudine acerrime se corruptelis, quas in præcipuis ordinibus no-taverit, opposuisse*, ut *Conr. Rittersbusius* non sine iudicavit. Hisce ad satietatem discussis, integra inserta est *Hütteni* epistola,
28. qua *Eobano Hesso* singularem nuntiavit fortunam, qua in reperiendo quodam libro *de Unitate Ecclesie conservanda & Schismate, quod fuit inter Henricum IV Imp. & Gregorium VII, Pont. Max.* fuerat usus. Quantas vero Leonis X minas edendo hoc libro in se Eques hic fortissimus concitaverit, patet ex illius epistola ad Electorem Moguntinum scripta, hisque inserta monumentis. Nec meliorem apud eundem Pontificem inivit gratiam *libello de Schismate extinguendo & vera Ecclesiastica libertate adserenda*. Et sane periculosa plenum alea fuit hoc negotium, & quod Pontificis ira fuerat interminata, discrimen vix potuit evitare Hüttenus. In Brabantiam enim cum post id temporis venisset, in Caroli V Imp. aula dies aliquot versatus, a necessariis, quos ibi habebat, monitus est, ut, si servatum se vellet, statim discederet, capiti enim ipsius perniciem imminere, quandoquidem subornati essent, qui sine ferro, sine veneno, si fieri id posset, de medio ipsum tollerent. Quin ipse Leo Pontifex & a Carolo, & a Principibus quibusdam literis contendit, horumque nonnullis imperavit, ut vinctum ipsum Romam mitterent, & Oratori, quem in Germaniam tum miserat, demandavit, ut, ubicunque in Hüttenum incideret, comprehensum hunc aggrediretur. Qua de cucullatorum hominum in se injuria graviter in epistolis; quas ad Carolum Imp. ad Fridericum Sax. & Albertum Mogunt. Elect. ad omnes omnis ordinis ac status in Germania Principes, nobilitatem ac plebejos, & ad Sebastianum de Rotenhan dedit, conquestus est, quas singulas hic Cl. Burchardus communicavit. Quo igitur hostium insidias eluderet, in superiorem Germaniam Ebernburgum sese recipere constituit, quod cum moliretur & in via jamjam esset, accidit, ut Hochstratus, Romanensium Theologorum hostiumque Hütteni coryphæus improviso in Hüttenum equitibus aliquot stipatum incideret & agnitus comprehenderetur, sed & scelerum suorum venia impen-
- tra-

trata, impune dimitteretur. Eberaburgum vero feliciter affectus in cuculliones favire non desit. Huttenus, quod, ut alia vehementissima & mordacissima ingenii Hutteniani monumenta taceamus, apparet ex dialogis, quos *Bullam* vel *Bullicidam*, *Monitorium primum*, *Monitorium secundum*, & *Prædicator* inscripsit. Cum vero candidi aperiens sit historici, vitia quoque eorum, quorum vitas configare cupit, recensere; eadem quoque in *Hutteno* suo Cl. *Burchardus* nobilitate reticere, sed, quicquid humani passus est ille, candidè & sine fœco lectori suo aperuit, quod luculenter ostendit litium, quas cum Erasmo Roterodamo habuit, historia, qua occasione simul amari, qui Erasmo fuit, summa inconstantia aliisque imbecillitates enarrantur, cujus tantum calumnias Hutteni famæ adspersas abstergere annus est: Otho Brunfelsius, Medicus, qui variis eruditè & deasciatis scriptis mortui jam Hutteni causam agere masculè in se suscepit. Decessit vero Huttenus, in ipso ætatis flore, ætate nimirum XXXVI. Ceterum Cl. *Burchardus* scripta, quæ vel suo, vel ficto & zelato nomine publicavit Huttenus, longo ordine sub finem operis recenset.

P. 245.

272.
264.

Rurz gefaste Reformationis Historie.

h. e.

BREVIS ET SUCCINCTA HISTORIA REFORMATIONIS; Autore JO. CASPARE FUNCKIO, Ministro Ecclesie Ulmenfis & Prof. Mathem.

Ulmæ, apud Dan. Bartholomæum, 1717, 8.

Alph. 2 plag. 16.

NOVAM Tibi, Lector honoranda, heicissimus purgatae Lutheri opera fidei historiam, quæ certis quidem inclusa est carceribus, ita ut ea modo heic recensentur, quæ ab A. 1517 usque ad annum 1545 in sacro hoc negotio sunt peracta, varia tamen posteritatis memoria & recordatione dignissima ubique sunt imperfa. Posteaquam igitur Cl. Autor primo espitè ea, quæ repurgatam doctrinam antecesserunt, exposuit, quo spectant vaticinia, quibus Jo. Hussus & Jo. Hiltenus aliique non infausto

Cap. I.

S

theji

- theri parentes, patria, nomen, studia scholastica, solitaria inter-
 cucullatos patres vivendi ratio & dein publicum in Academia
 Wittenbergenſi docendi officium ſtriſſim enarrantur. **C. H.** Hinc
 quid Luthero tanta molieandi præbuerit occaſionem & quos
 in laborum ſocietatem adſeiverit, Cl. Autor operoſe inquirit.
 Crambeſem, uti vulgo ajunt, ſæpius coſtum licet apponereſemus,
 ſi omnia hæc prolixius repeteremus, quare ea tantum ex largif-
 ſimo hac meſſe ſpicilegii inſtar ſeligamus, quæ ab aliis tanta in-
 duſtria memorata non ſunt, & Ulmenſium imprimis reformandi
III. - VII. ſtudium declarant. Miſſis igitur omnibus iſtis, quæ de turbiſ con-
 tra Lutherum magno conſtu. Pontificiis exercitatis & de publicis
 ſummiorum Imperii Ordinum conſiliis tum Wormatiis tum Spi-
 rez, tum Auguſtis Vindelicorum ea de re agitatis, præcipue de fœ-
 dere Smalcaldico in renaſcentis genuinæ Eccleſiæ ſecuritatem
VIII. commodumq; inito copioſe & luculenter heic diſſeruntur, ea,
IX. quæ in Comitibus Ratiſbonenſibus A. 1541. ſunt peractæ, omnino
 lectu ſunt digniſſime, ex quibus Caroli V. complurumq; Imperii
XI. ordinum animas Luthero admodum amicus ſatis eluceſcit. Tan-
 dem cum in Ulmenſium urbe Cl. Autor ſacris operetur, merito
 ad ſeliciffima reſtaurata ibi purioris doctrinæ auſpiciis progre-
p. 684. ditur, eademque ex Cunradi Dieterici ſermone Jubileo A. 1677
 ibidem habito exponit. Ante vero quam Lutherus publice in-
 clareſceret, Ulmæ Fr. Heſmannus de abuſibus Monachorum
 quædam, adhuc in Bibliotheca Ulmenſi ſanctius aſſervata,
686. conſcripſit, in quibus præcipue graviter conqueritur, quod
 inter ordinis ſui ſocios nihil niſi *queſtus, venalitas, hypochriſis*
phariſaica & ſimoniaca pravitas dominetur, aliumque adhuc an-
 nis ſe proveſtiorum & venerabilem laudat, qui in publico fra-
 trum conſeſſu tomere pronunciarit, *jam Simon cantat, miſſat,*
predicat, lampadas accendit. Nec minori zelo Cunradus Craſſi
 vel potius Ulricus Crato h. e. Craſſi Tezelii nugæ pro publi-
 ca concione exploſit & confutavit. Donec tandem anno ſtatim
691. 1518. Jo. Eberlinus cuſullionum nudis pedibus incedentium fo-
 cius veritatem evangelicam publice cæperit profiteri, quem qui-
 dem, fratrum perſecutionibus inde ejectum, paucis interjectis an-
 nis *H. Rattenbachius, Jo. Diepold,* præcipue vero *Cunradus Sa-*
 mus

mus in propagando antiquæ & vere Christianæ fidei veritate sunt consecuti. Equidem haud leviter tanta hæc Ulmenſium felicitas turbabatur, cum apud ipſos doctrinas ſuas Zwinglius publicaret, donec tandem paucos poſt annos omnia ad evangelii regulam repurgarentur. Quibus omnibus egregie & ex monumentis fide digniſſimis expoſitis Auguſtinaſ Confessionem, Paſſavienſis Pacis articulos & Ulmenſium decretum, quo eccleſiarum ſuarum purgandarum modum indicant, appendicis loco Cl. Autor adjevit.

p. 702,

712.

Hiſtoriſche Nachricht von des ſeel. Hrn. D. Martini Lutheri Münchs-Stand und Kloſter-Leben ic.

h. e.

HISTORICA NARRATIO DE STATU MONASTICO B. D. Martini Lutheri; Autore M. JO. QUODVULTDEUS Bürger, Archidiacon. Marsiburg.

Lipſiæ & Martisburgi, ap. Jo. Gottfr. Schubartum, 1717, 8.

Alph. 1 plag. 3.

POSTEAQUAM venerandus hujus scripti Autor ante omnia originem tum vitæ monasticæ, tum variorum ordinum, præcipue vero ordinis *Augustiniani*, ejusque regularum, quas vocant, vitamque Lutheri breviter carptimque expoſuit, id ſibi præcipue negotii dedit, ut in cauſas, quæ *Lutherum* ad vitam monasticam ordinis inprimis *Augustiniani* ineundam commoverant, ſtudioſe inquireret. Illud videlicet neque paupertate, neque otii cupiditate, nec etiam metu adactum feciſſe *Lutherum*, comprobat, ſed ſuperſtitione eorum temporum, qua is DEO rem gratam peragere credebatur, qui ſe clauſtris condebat. Cuculle igitur indutus primum *Martini* cum *Augustini*, ordinis ſui parentis, nomine commutare, & dein, ut obedientiæ votum præſtaret, cloacam expurgare neceſſe habuit, donec anno 1507 Presbyteri dignitate ornatus *Augustini*, *Hieronymi*, *Scholasticorum*, *Scoti* præ aliis omnibus, legendi ſcripta licentiam indipiſceretur. *Wittenbergenſi* dein Academia a *Friderico III* condita inter alios illius temporis doctrina clariffimos *Lutherus* quoque illuc evocabatur, que cum

C. I.
II
III, IV.
VI.
VII

VIII.

IX.

se contulisset, a societate sua, ut carnem jejuniis diebus, urgente necessitate, edendi licentiam a summo E. R. Episcopo exoraret, Romam mittebatur, quo negotio egregie feliciterque perfuncto Doctoris in Theologia honores, sumptibus a *Friederico* Electore erogatis, a *Staupitzio* conferebantur. Quos cum primum vel idéo, quod imbecilli tenuique esset corporis valetudine, cui hora decretoria quotidie instat, recusaret, respondébat *Staupitus*:

P. 145.

mir a rerum conversio instat, ad quam opus erit strenuis & laboriosis doctoribus; sive ergo vivas, sive moriaris, Deus in consilio suo quam requirit operam. Ex eo igitur tempore dilaculum, primum

C. X. nuncia evangelicæ veritatis lux, paulatim suboriebatur, ita ut *Lutberus* A. 1516; qua tempestate *Staupitii*, *Generalis Vicarii*, vicibus & munere fungebatur, tum ordinis sui socios in variis *Misnie* & *Thuringiæ* monasteriis invisens serio & studiosissime eosdem hortaretur, ut Scripturas sacras diligenti opera studioque lectitarent, cum habita de viribus & libera hominis voluntate sine gratia disputatione, acriter jamjam fidei suæ confessores pungeret, eosdemque sibi redderet infensos. Cum deinde A.

XI.

1517 *Jo. Tezelius* gratiam divinam pro numis venderet & peccata delictaq; selestissimare & pecunia dilui posse, hominibus persuaderet, *Lutberus* tantam istius temeritatem publica quadam disputatione impugnabat, quo factum, ut tum *Augustam Vindelicorum* ad colloquium, cum *Cajetano* in eundem, tum *Wormatiam* ad Comitium, a *Carolo V* indicata, evocaretur. DEI vero causam tuendam unice suscepisse *Lutberum*, accurate Noster demonstrat, adeoque nec invidia, nec odio in Leonem X, nec ambitione, multo minus consiliis & suasu Principum id egisse,

XIII.

luculenter probat. Hisce igitur confectis, posteaquam varia circa *Lutheri* negotium curamque Scripturæ sacræ in patriam linguam vertendæ Cl. Editor monuit, scripto huic brevi & succinctâ methodi *Augustiniani* historia imponit colophonem.

XX.

VITA JOHANNIS TEZELII, QUÆSTORIS Sacri, edita a GODEFR. HECHTIO, accedunt Epistola *FREDERICI MYCONII* ad *PAULUM EBERUM* auspicio emendatæ religionis illustrans.

Vitænb. apud God. Zimmermann, 1717, 8.

Blag. 10.

Leben

Leben des Päbstl. Gnaden-Predigers oder Ablass-
 Exämers Jo. Tezels etc.

h. e.

VITA PONTIFICII INDULGENTIARUM NUN-
 dinatoris JOHANNISTEZELII, Lipsiensis; Autore M. JO-
 HAC. VOGELIO, Lips. Pastore in Panitzsch;

Sommerfeld & Alsbeyn.

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Braur, 1717, 8.

Alph. I pl. 2.

Nullus fere rerum in *Germania* quondam gestarum adeo erit
 ignarus, ut hujus sacri Quæstoris seu rectius Nundinatoris
 facinora egregiumque de Ecclesia Romana merendi studium
 non legerit nigroque vel a fidei suæ sociis notatum calculo de-
 prehenderit. Cujus memoriam duo apud nos scriptores hoc
 Jubilæi Evangelici tempore renovarunt, quos hoc loco conjun-
 gendos putavimus. Et primus quidem Cl. *Héchtius*, qui scholæ
 Lucensi in Lusatia inferiore præest, antè decem jamjam annos
 publica quadam dissertatione vitam ejus & merita, si Diis pla-
 ceant, exposuit, quam multo luculentiorē hęc dedit, dum
 præter originem veniarum, quas indulgentias vocant, ex scri-
 ptoribus studiosius nunc ab ipso perveſtigatam, & additam ad
 scripti extremum *Fridèrici Myconi* ad *P. Eberum* scriptam episto-
 lam, ea quoque, quæ *Jo. Frid. Mayerus* ad posteritatis memoriam
 quondam perquam proficua observavit, una cum curis suis hinc
 ad Gregorium M. sed ad Bonifacium IIX esse referendam, ante
 omnia docet, quæ divinæ gratiæ mercatura non minori studio a
 Leone X fuit exercita, ad quam eo feliciter peragendam opera
 Jo. Tezeli utebatur. Hic autem infelicissimus nundinarum
 sacrarum præco Pirnz, ut Noster cum plerisque statuit, quo an-
 no quibusve parentibus incertum, in lucem est editus. Doctri-
 nam ejus ex sæculi, quo vixit, ordinisque, cui se addixit, Prædica-
 torum ingenio poteris metiri; eloquentiæ vero, seu potius stent-

P. 4, 5.

I 5, 18.

19.

- tores cujusdam garrulitatis laide apud plebem magni semper est habitus; modo ni vitia, quibus sceleratus istius scatebat animus, eandem admodum inquinaverint, quorum quædam, adulterium, impudentia, insatiabilis auri argenti que cupido & omnis voluptatum lerna heic recensentur. Postea vero quam in variis Germaniæ præsertim Misniæ urbibus & vicis, Annæbergæ, ubi per tres integros fere annos hæsit, Cygneæ, Fribergæ, Lipsiæ mercas suas venales exposuerat, venit tandem Jutrebocum, oppidum tribus milliaribus a Wittenberga distans, quo cum tota fere Wittembergensis civitas gratiam divinam smercandi causa afflueret, ægre id tulit Lutherus, & id quod mente sua jamdudum forte volverat, est executus. Felicissimo videlicet & auspicate XXXI die Octobris, disputantium more, respondendi munus gerente Joachimo Curzo, propositiones XCV templi ad arcem ficti valvis adfixit, summa mentis humanitate omnes, quotquot eode negotio sententias suas cum ipso cuperent conferre, invitans, eosque, qui ob locorum intervalia præsentem esse nequeant, ut per literas secum agerent, rogavit. Arduum & difficile hoc negotium neque ex invidia, neque rixandi præsultu suscepisse Lutherum, contra Serarium, Varillasium & Maimburgium Cl. Autor egregie comprobavit. Magno autem vulnere, quo Romana ecclesia adhuc conficitur, academica hæc controversia materiam dedit & alimenta. Cum enim litem hanc summo E. R. Pont. Leoni X dirimendam traderet Lutherus, putans, veritatem a Petri Successore iri stabilitum; paulo post, tueri Pontificem mendacia, imò ordinasse ea, cum summa animi sui ægritudine resciscit, jussus præterea, Roman ut veniret causamque suam ipse ageret diceretque, quod cum jure Martinus recusaret, Augustam Videlicorum, ut Thomæ Cajetano, E. R. purpurato, doctrinæ suæ rationem redderet, est evocatus. Heic igitur cum Lutherus neque comminationibus & diris, neque blandis sesamoque & papavere conspersis compellationibus & promissis ad commutandam animi sui sententiam posset adigi, eo tandem res devenit, ut Lutherus a Pontifice male informato ad Pontificem melius informandum audacter provocaret. Nec alio rerum exitu colloquium, quod Carolus Militinus jussu Pontificis Altenburgi cum Luthero

in-

instituit, nec illud Luthericum D. Jo. Eccio Lipsiæ A. 1519 habitum est peractum. Hoc igitur minus auspiciato nundinarum p. 98. suarum successu Tezelius admodum fractus confectusque Lipsiæ, 104. Julio an. Augusto mense, incertum, A. 1519 animam expiravit, corporis vero exavis Templo D. Pauli Lipsiæ sunt commissæ, licet easdem alii Pirnz velint vindicare. Eadem hæc, quæ modo ex Hechtiano scripto recensuimus, alia tamen ratione, proponit Reverendus *Vogelius*, qui tamen in hoc suo negotio exequendo multo prolixior Cl. Hechtio fuit atque operosior, omniaque sua, quæ profert, ex genuinis fideque dignissimis confirmat & stabilit argumentis. In eo tamen a Cl. Hechtio omnibusque reliquis, quotquot Tezelii mentionem fecerunt, dissentit, quod ipsum non Pirnz sed Lipsiæ natam esse adseveret. Provocat scilicet ad 191. Matriculam, quam vocant, Rectoratus, cui A. 1482 Rectore M. Martino Fuhrmanno, se Johannem *Tezelium* de *Lipsia* appellans, civem se dedit. Nec hoc solo nititur argumento, sed plura non contemna in medium producit. Reliquis vero hinc excerptis superfedemus.

A TREATISE OF ALGEBRA, IN TWO BOOKS.

hoc est,

TRACTATUS DE ALGEBRA, DUOBUS LIBRIS constans, quorum prior partem Arithmeticam, posterior Geometricam pertractat, Auctore PHIL. RONAYNE.

Londini, apud Wilhelmum Innys, 1717, 8.

Plag. 25.

CL. Autor titulo libri adscriptit illud Ecclesiastæ I, 9, *nihil sub Sole novi*, dubio procul significaturus, quod non animus sit nova publicare inventa, sed ab aliis tradita in tyronum gratiam repetere. Libro primo, præmissis nonnullis de notatione quantitatum & signis analyticis, una cum axiomatibus communibus, quibus reductio æquationum continetur, calculum literalem explicat, cum in integris, tum in fractis, additis ubiq; regularum demonstrationibus. Succedit calculus potentiarum, ubi simul theoremata *Newtonianum* de binomio ad dignitatem indefinitam evolvendo illustratur, una cum extractione radicum exponentis

tis cujuscunque gradus, itemque æquationibus affectis. Additur calculus irrationalium & omni Algorithmo sic absoluto, æquationum doctrina vulgaris traditur. Hinc usus calculi literalis in quantitatibus, arithmetice, geometricæ & harmonice proportionalibus, monstratur, & origo æquationum ex inventis *Harrioti* altius repetitur, una cura eandem solutione, non neglectis *Cardani* (quas vulgo vocant) regulis pro æquationibus cubicis affectis, & subjunctis methodis diversis extrahendi ex æquationibus altioribus radices tam rationales, si quas habent, quam in casu opposito prope veras per approximationem. Docet deinde Autor particulariter summare series potentiarum, quarum radices in progressionem arithmetica progrediuntur, & hanc doctrinam applicat ad numeros polygonos de seriebus convergentibus & Logarithmis, de computatione usurarum, problematibus indeterminatis ex *Diophanto*, tandemque de alternationibus & combinationibus quantitatum. Multum similitudinis habet liber præterea cum parte prima Synopsos palmariorum Matheleos, quam edidit *Guilielmus Jones*, & de qua diximus in Actis A. 1717 p. 178, quamvis etiam contineat quæ in Synopsi frustra quæsieris.

Initio libri secundi Cl. Autor utramque Trigonometriam succincte demonstrat, & inde ad problemata selecta progreditur, quibus æquationum simplicium & quadraticarum, constructiones geometricæ illustrantur. Tandem methodum Exhaustionum exponit, & ad tangentes Sectionum conicarum, faciles aliquos quæstiones de maximis & minimis quadraturas quarundam curvarum & cubationes quorundam solidorum applicat, ubi vestigiis *Archimedis* atque *Euclidis* aptissime insistentis, quam Geometris recentioribus fieri solet, per tædiosas ambages quærit, quæ calculus *Leibnitianus* nullo negotio offert. Quamvis vero suaderi minime possit, ut quis methodo adeo proluxa utatur; ejus tamen usus non contemnendus apparet, quod per eum methodus *Leibnitiana* atque recentiorum rigorem consequantur.

Ceterum Noster in aliis quoque per ambages incedit, quæ ab aliis & brevius & universalius demonstrantur.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Aprilis Anno MDCCXVIII.

THE GENUIN WORKS OF ST. CYPRIAN.

h. e.

OPERA GENUINA S. CYPRIANI, ARCHIEPISCOPI Carthaginensis, & universe Africæ Primatis, martyrium passi pro fide Christiana A. D. 258, una cum Vita ejus scripta a Diacano ipsius PONTIO. Omnia Anglice translata ex editione Oxoniensi, & variis notis illustrata. Accedit Dissertatio de Hereticorum & Schismaticorum baptismo, ad sœnem Concilii Carthaginensis, habiti A. D. 256, cujus Acta pariter hic publicata sunt. Autore NATHANAELE MARSHAL, LL. B. Rectore unitarum Londini parochiarum S. Vedasti, & S. Michaelis Le Quern, & Regiæ Majestati a sacris ordinariis.

Londini, apud W. Taylor & H. Clements, 1717, fol.

Alph. 6 plag. 20.

Quod de Cypriani Operibus Anglice transferendis Celeberrimus Hiccius aliquando in votis habuit, (vid. Act. Er. 1708 p. 113) hoc jam Rev. Marshallus, iisdem forsitan causis impulsus, reapse præstitit. In proluxa Præfatione illis præmissa partim conatus sui rationem reddit, partim librum suum de Pœnitentiæ disciplina, A. 1714 ἐκκονύμωσ editum, nobisque in Actis A. 1715 p. 197 sqq. recensitum, ab objectionibus quorundam vindicat. Conatus sui rationem reddens primo quidem declarat, se Patris hujus vertendi consilium iniisse, quod inter Laicos etiam aliquos esse confisus sit, qui mentem Ecclesiæ antiquissimæ atque purissimæ de rebus curæ &

p. III.

T

cu-

P.V. custodiæ ejus commissis cognoscere cupiant; quodque sensus Scripturæ melius ex praxi & monumentis, quæ proxime tempora, quibus consignata illa sit, attingant, quam ex recentioribus commentariis intelligi possit. Neque hic objici debere minoris momenti errores, ut de ætate mundi, accedente die novissimo, millennio, & ætate Servatoris nostri, qua passus sit, in Patribus Antè-Nicænis notatos. Hos enim singulares privatorum quorundam fuisse. Sed de doctrina & disciplina Ecclesiæ publica non ita facile errare illos potuisse. In capitibus illis, in quibus erroneam Patres sententiam prodiderint, tradendis procul dubio nec Apostolos ita sollicitos fuisse, nec in iis propagandis illos, qui ab Apostolis illa acceperint, quam utriusque de majoris momenti doctrinis atque præceptis extiterint. Et licet Scriptura sola nos ad salutem sapientes reddere possit, neminem tamen affirmare, quod alia adjumenta nos non sapientiores reddere valeant, vel quod religio e sola Scriptura æque bene intelligatur, quam ex omnibus aliis præter illam libris. Neque recentiores libros hic antiquorum loco esse posse. Quamvis enim illi usum suum habeant & ab Autoribus in antiquitate Ecclesiastica verfatim scripti sint, tamen modernis illos notionibus repletos, & pro Autorum præjudiciis exaratos esse. Scripturam præterea non de se ipsa testimonium ferre posse, sed derivare illud debere ab illis, qui propius ætati divinorum scriptorum accedentes multa ex iis loca citaverint, eoque ipso effecerint, ut minime errare de illis possimus. Se quidem detrahere nolle internæ sacrarum Litterarum evidentia, sed cum externa illam maximum pondus habere. Cumque prior magnam partem exactæ & criticæ observationis requirat, posteriorem unicuique utique facile in oculos incurrere, atque adeo majoris usus esse. Fatendum esse, quod nonnulla Scripturæ loca Patribus explicata sint modo quodam, qui nobis hodie novus videatur & singularis; sed conclusiones eorum recte sese habere posse, etiam si modus ratiocinandi secus sese habeat. Et quæcunque Christus tradiderit Apostolis, & Apostoli Ecclesiis, omnem de illis litem diremisit. Ita Tertulianum, cum hæreticis de sensu Scripturæ disputantem, ad palmam adsertam in Apostolicis Ecclesiis fidem provocasse. Et hoc qui.

VI.

VII.

quidem illis temporibus jure factum esse, hodie vero de traditionibus Pontificiorum longe aliter se rem habere. Licet enim Ecclesia traditiones suas a patre ad filium & nepotem incorruptas servare valeat, tamen minus probabile esse, quod ita etiam ad decimam tertiam usque, quartam & quintam generationem propagare illas possit. His aliisque argumentis Rev. Autor usum lectionis Patrum primitivæ Ecclesiæ commendat, & objecta diluit. Deinde ad quæstionem, cur Patrem Latinum transtulerit, qui illis, qui lecturi illum sint, in fontibus potius legendus præsumatur, respondet, quod, si ista valeat argumentatio, nullus plane Patrum sive Græcorum sive Latinorum lingua vernacula publicandus sit; siquidem, qui Latinam linguam calleat, facile etiam sensum Patrum Græcorum ex versione illis ut plurimum addita assequatur. Sique post lectionem Scripturæ lectio Patrum antiquissimorum quamplurimum conferat ad religionem eo rectius intelligendam, post versionem Scripturæ etiam Patrum illorum versionem maximum usum promittere & neutram lectori Anglo invidendam esse. Imo ipsis etiam minorum gentium eruditis, qui nec Latina lubenter & cum voluptate legant, nec facile mentem Autoris introspiciant, & Africanæ dialecti plane ignari sint, versionem Cypriani usum præbere posse, ut alia prætermittamus. Porro Cyprianum Autor se præ aliis vertendum elegisse ait, quod nemo Patrum majori utilitate se commendat, neino pleniorem temporum, quibus vixerit, & variatarum rerum, quas ob oculos habuerit, conspectum suppeditet. Tandem etiam, quid præstiterit in illo, declarat. Sensum nempe illius se iis verbis expressisse scribit, quæ convenientia maxime inveniunt, atque aliquando paraphrasi usum esse, si arctior versio explanandæ menti Autoris non suffecerit. Quod si vero dubius de illa fuerit, se dubii hujus rationem in notis exposuisse. Titulum Sancti nominibus Apostolorum & Evangelistarum præfixum, nec Cypriano additum, inopinato sibi excidisse. Interdum etiam mentem Cypriani verbis Scripturæ redditam esse, licet ipse ad illam non respexerit; sed tum in margine locum, ut alias factum, non citatum esse. Argumenta & introductiones singulis epistolis & libris, ad quos pertineant, se præmittere, quam juxta

XII sq.

XIV sq.

XVII.

XVIII.

- Oxonienſem editionem ad modum annalium ſeorſim ponere maluiſſe. Illa interim vel ex annalibus illius, vel ex Pamelio, pro- ut viſum ſit, deſumpta eſſe. Notas partim proprias, partim ex Fello, Rigaltio, Pamelio, & Dodwelli Diſſertationibus Cypri- anicis ſe addidiſſe. Hic etiam docet, quænam utiliſſima ſint in Operibus Cypriani, adſerens, doctrinas quasdam ubique inter- ſperſas eſſe, duos autem priores libros de gratia Dei, & de vani- tate idolorum, cum minori detrimento prætermitti poſſe. Tres libros Teſtimoniorum præcipue æſtimandos eſſe ob authenti- cam evidentiã variorum Scripturæ locorum in illis citatorum.
- p. XIX. Proximos, de unitate Eccleſiæ, & de Lapſis, in priori parte fami- liam ducere. In poſteriori Epistoſas dogmata & praxin eccleſiæ ſeculi illius purioris clare & plene nobis repræſentare. Quæ No- ſter addit de Diſſertatione ſua Concilio Carthaginenſi adjecta, & Vita Cypriani a Diatono ejus Pöntiõ ſcripta, & operibus hiſce
- XX-XXVII. Anglice pariter præmiſſa; jam ex titulo didiciſimus. Cum vero ſæpius in notis ſuis provocaverit ad librum ſuum de Pœnitentiæ diſciplina, inde occaſionem captat, illum contra eos, qui autori- tatem ſacerdotum ultra terminos in illo evectam judicarunt, de- fendendi. Ceterum de notis Interpretis indicandum, quod præ- terquam quod ſæpius in illis loca Scripturæ Cypriano allegata tam cum textu authentico; quam cum antiquis verſionibus, & in Veteri Teſtamento LXX. maxime interpretum, quos Cypri- anus ſequi ſolet; conſerat, alias etiam obſervationes, ſacras præ- fertim & ad antiquitatem eccleſiaſticam ſpectantes, præferat.
- p. I. Et aliqua ex illis ſpecimina. Sic obſervat, Cyprianum Lib. II
47. Teſtim: adv. Jud. *ἰματίον βεβαμμένον* Apoc. XIX, 13 vertere *asperſam veſtem*; atque inde concludit, verba *immergere & asper- gere* non valde diſcrepantia a ſe invicem Cypriano fuiſſe. Et de Cypriani ſententiã de aſperſione loco immerſionis in baptiſmo citat epistoſam ejus LXIX. Offendit porro; Cyprianum & Orige- nem Pontificiis primatum Papæ defendentibus minus favere.
97. Locum 1 Joh. V, 7 genuinum eſſe probat; ex eo præfertim,
99. 100. quod Cyprianus de Unit. eccleſ. diſerte fateatur, ſcriptum eſſe de Patre, Filio & Spiritu Sancto, quod hi tres unum ſint. Notat et, 105. Cyprianum 1 Cor. XIII, 7 pro *πῶς ἴσταις* legiſſe *πῶς ἴσταις*,

cum vertat, *omnia diligit*; eamque lectionem laudat. Eundem de Orat. Domin. §. 2 I jam Trinitatis vocabulo usum fuisse: nec solum Cyprianum de Plag. sed etiam Justinum Martyrem Dial. cum Tryph. & Irenæum Lib. V c. 5 statum animarum intermedium post mortem non agnovisse. Clementis Romani, Ignatii, Irenæi, Tertulliani, Origenis, Cypriani loca producit, quod Episcopi pro successoribus Apostolorum in ordinariis officii partibus habiti sint.

p. 152.
161.

P. II.
8.

Restat, ut Dissertationem Reverendi Marshalli nostri de Baptismo Hæreticorum & Schismaticorum, Actis Concilii Carthaginensis in priori parte additam, perlustremus. Sub initium explicata ratione, qua Concilium illud Balsamoni & Zonaræ omnium antiquissimum dici potuerit, erroris illos accusat, qui adferunt, quod sub Decio istud habitum sit, cum ille quiaq; annos ante jam diem suum obierit. Deinde, cum baptismum vel Laicorum, de quo hodie disputetur, vel Episcoporum in quaestionem in Concilio isto minime venisse docuisset, accurate causam, propter quam illud habitum sit, delineat. Nempe schismate Novatiani exorto, nonnulliq; qui illud fovebant, cum ecclesia unionem anhelantibus, quaestio oriebatur, an baptismus, quem a schismaticis & hæreticis illi acceperant, esset validus. Et de hac quid senserint antiqui, Autor examinans probat, (1) quod omnes, qui fecerint cum Cypriano, arbitrati sint, neque hæreticorum, neque schismaticorum baptismum conferre Spiritum Dei & remissionem peccatorum, & licet non omnes statuerint, quod talis baptismus in illis, qui in Ecclesiæ sinum transferint, iterandus sit, omnes tamen efficaciam ejus a reditu in Ecclesiam derivaverint: (2) quod reditus ille fieri debuerit quadam poenitentia disciplina, & solemnibus Episcopi confirmatione adhibita: (3) quod ad minimum concessio vel improbatio baptismi illius ab utraque parte pro disciplina habita fuisse videatur, quam ecclesia pro arbitrio vel relaxare, vel restringere potuerit. Denique diversas opiniones & praxes, quæ in variis Ecclesiis de valore baptismi schismaticorum & hæreticorum obtinuerint, considerat.

256.

258.

260.

p. 261 sq.

263 sq.

265 sq.

268-278.

THE CONSTITUTION OF THE CATHOLICK Church, and the nature and Consequences of schism set forth in a Collection of Papers.

h. e.

CONSTITUTIO ECCLESIAE CATHOLICAE, item natura & consequentiae schismatis, delineata ab HIKESIO, collectione scriptorum post mortem ejus facta.

A. MDCCXVI. 8. pl. 22.

Controversæ illæ, quæ inter Ecclesiæ Anglicanæ membra ab aliquo tempore vigerunt, varia abhinc biennio pepere-
runt scripta, quod ii, qui juramentum fidelitatis Regibus ab ali-
quo tempore in Anglia rerum potentibus præstare detrectant,
vulgoque Nonjurati audiunt, adversarios suos editis duobus
præcipue libellis tanquam schismaticos traductos ad defensionem
sui provocassent, interque hos iterum novæ essent ortæ lites cir-
ca modum defensionis. Quorum ad manus nostras quæ per-
venerunt, breviter recensimus, ordinem temporis, quo eadem
prodierunt, quantum de eo nobis constat, sequentes, postquam
primum hujus generis librum (alter est Laurentii Howell, de
quo proximo Mense) ad cognoscendas paulo propius Nonju-
ratorum sententias, aliquanto fustus prosecuti fuimus. Est hic
Hikesianorum scriptorum Collectio, quorum primum paulo
post illud tempus, quo Episcopi illi Nonjuratorum antesignani
dignitatibus suis abdicati fuerunt, Wilhelmo regnum Angliæ
obtinente, concinnatum est, scilicet cum Autori ruri agenti in
sermone cum nobili quodam viro de rebus Ecclesiasticis habito
quæstio proposita fuisset, an liceret homini Christiano publicis
& solennibus precibus pro Principe, qui vialienum jus & ditiones
usurparet, suas jungere? Ad quam adeo conatus est respondere
primo breviter; deinde sub incudem revocata materia XL pro-
positionibus prolixius constitutionem, quæ sibi videbatur, ve-
ram Ecclesiæ Catholicæ tanquam societatis alicujus spectatæ
schismaticisque indolem delineavit. Secundum ex his scriptis
Hikesianis est epistola ad Nelsonum, cujus hæc fertur occasio;
Episcopo nempe Norvicensi, qui ex abdicatorum erat numero,
mor-

mortuo cum præcipue Dodwellus assereret, schismatis nunquam existere, ubi legitimus ex mente eorum Episcopus decessisset, & schismaticum cœtum evadere Catholicum per mortem aut voluntariam cessionem Episcoporum dignitate motorum, Hikelius Nelsono hanc sententiam tanquam rationi & veteris Ecclesiæ praxi adversam dissuadere officii sui esse duxit. Tertium locum occupant responsiones Hikelii ad dubia quædam contra illam epistolam mota, quæ quidem ab ipso propter corporis infirmitatem absolvi non potuerunt, unde ab amico quodam ejus, qui tamen ipsi scriptum suum relegendum dederat, perfectæ, & ad nobilem virum, qui dubia proposuerat, missæ dicuntur.

Quantum adeo ad contenta primi scripti, ad quæstionem incasu quodam speciali conceptam hujus sententiæ: *an, si Dux Sabaudia a Rege Gallia provincis jure sibi debitis exturbatus esset, cæterisque quæ religionem concernunt nullatenus mutatis, Rex injungeret novis subditis, ut in publicis precibus pro salute sua & victoria contra quosvis hostes adeoque & Ducem Sabaudia apud Deum intercederetur, illi pridem Sabaudia Duci subditi eidemque juramento fidelitatis astricti divinis hisce officiis interesse salva conscientia possint?* respondet Hikelius, simpliciter negando id fieri unquam posse, & nisi facultatem quis habeat publice gestibus verbisque testandi, se in divino cultu peragendo precibus hisce ei jungi solitis non consentire, plane eo cœtu abstinendum censet, nisi quis ad minimum velit idem peccatum incurrere, quod olim Libellatici admiserint. Ulterius circa id quod quæsitum ex se fuerat observat, si status etiam Ecclesiæ alteratus fuisset a R. G. Episcopique Duci Sabaudia fideles sede moti, nulla plane ratione cum cœtu Episcoporum in priorum locum suffectorum communicandum.

Cum ipsi amicus responderet, differentiam quandam videri inter Libellaticos, qui idololatriam ipsi professioni Christianæ e diametro adversam simulassent, & eos, qui pro Principe alterius jura usurpante, Deo interim sic permittente & disponente, præcarentur: nec non discrimen aliquod sibi statuendum videri, inter diœceses quarum pristini Episcopi abdicati adhuc viverent, & illas in quibus per mortem horum vacatio aliqua extiterit, adeo-

que

que etiam ab usurpatore provincie creatum Episcopum non simpliciter pro usurpatore Episcopatus habendum; itemque arbitrari se sufficere, si quis publice protestetur, se cum in genu flexione inter precandum usitata perseveret, eo tempore quo publice pro usurpatore preces fundantur, accommodare se saltem reliquo coetui in gestibus externis, nec tamen animum & mentis intentionem iisdem precibus pingere; ad hæc omnia replicat Hikesius, commendata initio lectione libri Dodwelliani, cujus titulus: *Defensio vindicationis Episcoporum loco motorum*, suppressi quidem regia autoritate cum jamjam esset edendus, cujus tamen trina exemplaria conservata sint, præterea commendatis aliis libris v. g. *Maximis Cypriani ævo observatis* (The Principles of the Cypriatic age) *Unitate Sacerdotii &c.* Inque ipsa replicatione cum nihil eorum, quæ amico videbantur, admisset, urgens præcipue, protestationem nullam valere contra factum, aliquas jam ex XL propositionibus de constitutione Ecclesie Catholice agentes insinuat, quas universas subsequenti peculiari tractatu suis deducit. Quarum adeo maxime notabiles excerpere nobis suffecerit, innuentes, Ecclesiam esse spirituale regnum, & seculari potestati nullatenus subjectum. Hujus regni subditos per baptismum fieri etiam Reges, qui per excommunicationem ecclesiasticam & apostasiam membra ejusdem esse desinant. Certe eos per baptismum nullum potius jus in Ecclesiam, ejusque adeo gubernatores & magistratus, scilicet Episcopos, sibi acquirere, quam quemvis alium; sed vi non jure factum videri, cum suprema potestas civilis supremam potestatem ecclesiasticam deponat, vel spirituales unionem inter hæc & illius gregem dissolvat. Eos quidem, qui ad gubernacula Ecclesie sedent, quædam, verbi gratia, convocationem synodorum, nominationem Episcoporum &c. aliquando concessisse seculari potestati, spe protectionis & promissione facta, quod in detrimentum ordinis eorum & ecclesie hæc nunquam sint cessura. Sed cum verti hoc deprehendatur in perniciem eorum, posse eosdem quoque revocare hæc cessiones. Quoniam vero nostris temporibus falsæ & periculose sententiæ circa hæc res in Anglia invaluerint, verbi gratia, quod jus Patronatus feudum sit seculari,

lare, Canones ab Ecclesia conditi sine Regis auctoritate non valeant, Rex vero sit summus Episcopus, inde esse, quod in apertum denique schisma omnia degeneraverint, ubi Reges auctoritatem sibi arrogassent. abrogandi Episcopos, quod factum non aliud nisi rebellionis adversus Christum nomen mereri asserit. Nec liberum esse contendit Episcopis abdicatis huic necessitati se submittere, e contrario vero omnes fideles obligari, ut in eorum communione perseverent. Ad ultimum concludit, ex praxi Apostolorum constare apertissime, eosdem potestate a Christo accepta usos, non consulto statu politico, eodem etiam invito, quæ potestas adeo derivata sit in eorum successores, nisi quis eandem expirasse dicat, cui tamen incumbat ostendere tempus quo idem contigerit.

Novis objectionibus, quæ contra hæc asserta a quibusdam factæ erant, peculiari opere, cujus quædam pars alio tempore edita est, respondit Hikefius, reliqua pars hic repræsentatur, continens responsionem ad objectiones sequentes, quod doctrina Autoris cum caritate Christiana non consistere videatur, quod in locum abdicatorum substituti sint Episcopi ejusdem religionis & fidei, & quod doctrina ejus legibus regni Anglicani contraria sit. Ad quarum secundam urget, fideles nihilominus Episcopis potius depositis, quam de novo constitutis, perque vim, ut ipsi videtur, intrusis, debere se jungere, vitium præsentibus Episcopis objiciens quod mox explicabimus. Nempe in secunda horum Scriptorum parte, sive epistola ad Nelsonum exarata, cum tria genera Antiepisporum fecisset, ad quorum primum refert eos, qui per intrusionem & vim fiunt, ad alterum hos, qui falsam doctrinam profitentur, ad tertium qui utriusque hujus criminis rei sunt: ultimo huic generi accensendos esse contendit Episcopos illos sex Anglicanos in locum depositorum a Rege furrogatos. Quoniam non solum vi intrusi, sed & doctrinas falsas professi deprehendantur, quæ sunt ipsi, quod Regibus resistere liceat, & depositio a Laico facta sit valida. Unde iterum ad incutendam conclusionem suam relabitur, scilicet nec communioni nec precibus eorum, tanquam plane execrabilibus, jungere selicitum esse, utpote cum iis lux tenebrarum nomine, tenebræ lucis titulo

U

veni-

veniant. Nec rationes, quibus Nelsonus obligatum se credebatur ad obedientiam præstandam Episcopis illis posterioribus, post mortem depositorum validas esse, pergit ostendere, nullamque ipsis tanquam transgressoribus & violatoribus jurium & consuetudinum diocesium suarum deberi obedientiam, auctoritate Leonis I Papæ, suffragio concilii Antiochenfis, allegato etiam in partes suas Cypriano, evincere, nec ullam cum ipsis reconciliationem esse, nisi peccato suo agnito penitentiam agant, exemplis & veteri Ecclesiæ petitis confirmare conatur. Quod si adeo ipsi inter alia obijciatur, nullum adeo schismatis finem expectari posse, hoc Deo permittendum esse respondet. Si opponatur ipsi Ecclesiam adeo Anglicanam, cujus Episcopi nulli sint, fore Presbyterianam, respondet, potius nominandam eam esse Episcopalem ecclesiam, qualis est sede vacante. Si dicatur, Episcoporum, qui ipsi viderentur, orthodoxorum consecrationes esse clandestinas, nec ad notitiam fidelium pervenire, nec etiam publicis inferi documentis ad posteritatem transmittendis: prius quidem periculi metu excusat, & exemplo Eusebii Samosatensis defendit, qui, cum Valens Ecclesiam persequeretur, militari habitu sumto, Syriam, Phœnicem Palæstinamque percurrerat, ordinans & consecrans Presbyteros, Diaconos & Episcopos. Posteriùs defendit pariter exemplo primitivæ ecclesiæ sub persecutionibus Ethnicorum gementis, nec se siturumque præfidum acta & successione prodere ausæ. Cum porro obijciatur ipsi contradictio & dissensus a quibusdam Nonjuratorum conclusionibus Kenni Episcopi Bathoniensis & Wellensis, alias ipsorum partibus addicti, regerit, unius dissensum in provinciali synodo contra numerum plurimum votorum nihil valere, ipsiusque etiam auctoritatem sane pro exigua habet, quandoquidem animi quadam levitate & hæsitacione continua dignitatem suam contra sententiam reliquorum suorum collegarum resignare instituerit. Ad objectionem, quod posteriores illi utique veri Episcopi per consecrationem facti sint, cum actus ille ab Ecclesiasticis aliis personis factus non sit invalidus, sed ad minimum constituerit eos Episcopos alicubi locorum, respondet negando illud assertum, Cyprianumque iterum in partes suas vocando. Tandemque

cum

cum urgetur, doctrinam illam, quod Principibus resistere liceat, ab Ecclesia hæreseos esse damnatam, nec ejus professionem a reliquis Anglicanæ Ecclesiæ membris tanquam conditionem communionis exigere, ipse eo progreditur, ut quamvis falsam & periculosa doctrinam hæreseos nomine dignam censeat, & Episcopos reliques probrosæ levitatis arguat, quibus nempe parum referat, quo errore quibusve sententiis imbuti sint ii, quibuscum communicent, exemplum inter alia afferens Firmini aperte Arianismum & Macedonianismum professi, quem tulerit Tillotsonius Episcopus Londinensis sedentem in ecclesia eousque, dum *Gloria Patri &c.* pronunciaretur, tumque surgentem ut dissensum suum a doctrina de Trinitate testaretur. Reliquum hujus epistolæ impenditur exentiendis rationibus Dodwelli, quem ad communionem cum reliqua Ecclesia Anglicana post mortem sui Episcopi aspirasse supra diximus, & expositione aliquot verborum ex Optato Milevitano, de simili casu in Ecclesiâ Africâ ex Carthagenensi agentium, ipsaque tandem concluditur hac via ad finiendum schisma commendata, ut Episcopi presentes de novo a Rege se nominari faciant, successionemque immediate ab Episcopis dejectis suscipiant, quemadmodum Atticus eraso e diptychia Constantinopolitanis Arfacio, qui Chrysofomum expulerat, successionem suam immediate ab hoc susceptam esse indicaverit.

In tertia parte horum scriptorum, continente objectiones aliorum contra mox memoratam epistolam, responsionesque ad eas cujusdam Hikefii amici, imprimis ex Nicephoro Callisto confirmatur assertum de erasione nominis Arfacii ex diptychis. Subjungunturque ultimo loco duæ declarationes Joannis Lake Episcopi Cicestriensis & Joannis Kettlewelli, ante mortem ipsorum factæ, qua se in doctrina de resistantia non licita & obedientia passiva, ut loquuntur, constantes mori profitentur.

A SECOND LETTER TO THE LORD BISHOP OF CARLISLE &c. upon the subject of Bishop Merks, by occasion of Scizzing some libels particularly a Collection of Papers &c.

h. e.

U 2

EPI-

EPISTOLA ALTERA AD EPISCOPUM CAROLO-
lensem &c. scripta a WHITEKENNET.

Londini; 1716, 8.

Plag. 3.

PRiori scripto jungimus hoc immediate, quod pleraque ejus argumenta tangit, & directe idem confutare intendit, editamque est occasione factorum, quæ illa collectio Hikefianorum experta est, cum autoritate regia exemplaria ejus omnia abolerentur. In principio ejus meminit Autor prioris cujusdam epistolæ sub hoc titulo evulgatæ: *Epist. ad Episcopum Caroloensem de facto Episcopi Merki, occasione editi voluminis, quo jus hereditarium ejus qui pro hærede regni Anglici se gerit, asseritur*; qua fraudes malasque artes illius scriptoris detexerit, qui nationem Anglicanam rebellionis & proditionis, Wilhelmum Regem vero injustæ possessionis & usurpationis insinulaverat, Regiamque tum sceptrum tenentem non alio ex capite extorserat, quam quod propositum haberet resignandi diadematis legitimo hæredi tradendi. Cujus quidem libri exemplar ipsi Regina nobili quodam & in ejus gratia usque constituto viro ex non juratorum partibus affabre & eleganter compactum muneris loco in manus traditum fuerit. Institutum illud suum ait non omnibus, qui tum temporis favorem aulæ experiebantur, probatum fuisse, sed publice tamen ad epistolam suam responsum non esse. Inter scripta vero Laurentii Howelli, autoritate publica in fiscum redacta, repertum esse aliquot paginarum scriptum epistolæ in modum conceptum, quod ipse nunc confutandum imprimis sumit. Et primo quidem contendit, frustra sibi vicio verti quod Episcopi Merki, ejus exemplum tanquam laudabile & heroicum Nonjurati citare consueverint, taxasset, cum hi evidentissima luce positum sit, quod in priori epistola asseruerit, eum nempe non martyrem aliquem, qui bonam causam & hereditarium jus Richardi II, regno seipsum abdicare coacti, contra Henricum defenderit, habendum, sed pro Episcopo contra Canones instituto, qui nationis Anglicanæ commoda nullatenus cordi habuerit, sed solam exemptionem & independentiam a judicio

dicio laicorum armis & parricidio Regi intentato astruendam susceperit, carceri autem inclusus atque dignitate privatus, a Rege vero ipso capitali sententia in ipsum lata liberatus, tandem officium scribæ regii ex gratia obtinuerit.

Deinde conversus Autor ad ipsum scopum suum, tum in specie Hikefium, examinata ejus collectione modo memorata, perstringit, cujus acerbiter notat in Dodwellum (de quo peculiaria quædam ad ejus vitam pertinentia referuntur) Episcopum Kennium, & Kettlewellum, alias suis partibus addictos, cunctosque ceteros ab ipso dissentientes, tum in genere Nonjuratorum mores & scripta reprehendit; omnes suæ factionis pro martyribus venditantes, discordia tamen animorum & sententiarum inter se ipsos divisos; utpote quæ se exerat in diversis principiis, quæ separationis suæ a reliquo cœtu fundamenta allegent; in actionibus reliquis, dum quidam moribundi saltem sententiam suam aperiant, Kennius vero per totam vitam animi quadam anxietate & incertitudine inter voluntatem resignandi & non resignandi vacillaverit; in scriptis etiam, quibus mutuo se oppugnent: quale est illud cui titulus: *Character primitivorum Episcoporum* contra Hikefium directum, quod docet, magnam ejus inconstantiam apparuisse in eo, quod statuerit prius, omnibus legitimis Episcopis defunctis posse potestatem Episcopalem ad presbyteros tantisper devolvi, donec Episcopos ab exteris Ecclesiis accersere possint, adeoque novis consecrationibus opus non esse, postea vero, non consentientibus quidem aliis, se passus fuerit a quibusdam Episcopum suffraganeum Theotfordi consecrari. Alios porro eorum memorat fundamentum suæ discessionis accessere ab invaliditate depositionis a Laico factæ; alios ex eo, quod precibus publicis reliqui cœtus salva conscientia se jungere non possint, posteriorumque ex his sententia acriter reprehensa Autor ostendit, eorum distinctionem inter intentionale & finale præceptum magistratus; inventum ab his, qui asserant, etsi magistratus intentionem suam aliquo edicto significaverit, licere tamen eo usque ei reniti, donec appareat finaliter eum & serio in edicti executione perseverare; eam inquam distinctionem esse frivolum & ineptam. Porro cum, quisquis deum

erat illius scripti Autor, ex eo quod collectorum a Rymero Actorum publicorum volumina quædam inedita adhuc retineantur, argueret, sine dubio in iis esse, quæ ad statum Ecclesiasticum juraque regni pertineant, adversa sententiis & commodis eorum qui nunc ad gubernacula imperii sederent, artificioseque eadem ab ipsis occultari; offendit, nihil minus veritati consonum esse, quam hanc criminationem, cum non publico jussu, sed proprio instinctu eadem Rymerus edere noluerit, tanquam ad rem suam non pertinentis, sed ad summam controversias Ecclesiasticas minoris momenti coram Romana curia disceptatas comprehendit. Esse autem eorundem voluminum manuscriptorum copiam adhuc apud Bibliopolam, qui reliqua ediderit. Postremo ad criminationes Hikefii Tillotsono & reliquis Episcopis intentatas, de quibus nos supra mentionem fecimus, cum respondisset, verbi gratia Firmium illum Tillotsonio non ob singulares opiniones, quas profitebatur, commendatum fuisse, sed saltem propter ingenium & liberalitatem in pios usus factam, ceterum sæpius ab ipso admonitum, & quæ sunt alia; tandem concludit, optans, ut ad schisma hoc in Ecclesia sanandum magistratus politici, ad exemplum veterum Angliæ Regum, Wilhelmi I. Richardi II. Henricorum H, IV & V, se accingat.

AN ANSWER TO AN IMPORTANT INQUIRY,
 whether it be Lawful for a Christian &c.

hoc est,

*RESPONSIO AD QUESTIONEM ILLAM
 magni momenti, an homini Christiano liceat simul cum aliis
 preces facere, pro Principe rerum summam tenente, quem
 injuste hæc potestate gaudere, in conscientia sua
 persuasus est.*

Londini, 1717, 8.

Plag. 2 $\frac{1}{2}$.

Epistola hæc, quod eandem questionem, quam supra Hikefius tractat, hic loci proxime eidem jungenda nobis visa est, sed plane in illa definienda abijt ab opinione Hikefii, docens nimi-

FIN

rum amicum ad quem directa est, non posse solum, sed & teneri Christianos pro Principe orare, qui rerum potiat, etiam si possessor sit non optimæ fidei. Idque confirmat non solum exemplis & dictis e-Scriptura & Patribus athenis, quibus in genere, preces fundere pro omni magistratuum genere, præcipitur; & fasas esse easdem a sanctis viris perhibetur, sed etiam probat ab Ecclesiæ sub imperio Romanorum Cæsarum, quo jure quave injuria mutuo se throno dejicientium, existentis exemplo & praxi, adeo quidem constanti, ut de hac re nunquam controversia vel schisma in ea existerit. Imprimis vero urget, Christianam religionem nunquam aliquem progressum facturam, aut Principes emulatos vel persecutionis causam non prætexturos fuisse, si suarum partium esse eadem præ se tulisset, de jure, quod haberent Principes, disceptare & definire; hoc enim omne pertinere non ad officium Christiani, sed politici hominis.

SALOMONIS PROVERBIA ET ECCLESIASTES.
Uterque liber Metaphrasi Epica explanatur, præfixis Capitum lemmatibus, subjunctoque parallelismo verbali ac reali, notisque Patrum inseris. Accedunt Sacra anniversaria. Autore D. JOACH. JUSTO BREITHAUP, Abbate Magd. Berg. Regii Consist. & Theol. Fac. Seniore, Gen. Superint. Direct. Semin. Theol. & Sac. Hildersleb.

Magdeburgi, in officina Salfeldiana, 1717, 4.

Alph. 2 pl. 10.

Quod multi olim in Ecclesia fecerunt; ut pœticam suam facultatem ad sacra transfèrent argumenta, integrosque libros Biblicos carmine exprimerent, idem placuit Reverendissimo Autori, dum aggressus est heroicis versibus elegantissimis repræsentare *Proverbia & Ecclesiasten* Regis omnium sapientissimi. Quæ addita sint huic Metaphrasi ornamenta, ex ipso Operis titulo discere licet. Unum id ex Præfatione adjicimus; Autorem in assequendo vero verborum sensu ducem secutum esse præstantissimum Commentatorem *Geierum*, non tamen nun-

quam

quam instituisse vestigiis *Seb. Schmidii*. Subiuncta sunt decem Carmina, eaque satis longa satisque terse, in Nativitatem & Passionem Christi, in Festum Paschatos & Pentecostes, composita omnia versibus heroicis, excepto octavo, quod *Scæzon* est. Ne Lectores nostri Specimen desiderent sacre hujus poeseos, audiamus Salomonem a meretriciis amoribus. *Cap. VI v. 24 sqq.* ita dehortantem:

*Jam vero, prædicta tibi, deformia monstra
Evitaturus, primum præque omnibus illud
Inculco repetens, iterumque iterumque monebo,
Ut ere vindicibus mandatis, ante cavenda
Cætera, in hoc uno, ne te unquam ceperit ulla
Fæmina, facta malo, nec te pertentet iniustus
Vulneribus mæcha blandum os, quo perfida sævit,
Conjugis, atque viri alterius, communis Erinnyis.
Illius ab tua ne cupiant vaga corda nitorem,
Hortor, ocellorum neutæ fulgore potentes
Arripiant tunica. Mulier meretricia flamma est,
Ob quam nec frustri Cæteris manet ulla potestas.
Nec corpus solum, verum & pretiosus una
Palpamentum, animam totam, venabitur illa,
Atque per hanc Belial.*

Libet etiam audire vocem Sapientiæ, qua *Cap. IX* convocat omne genus mortalium,

— — *Nam, inquit, quis sibi pectore simplex
Apparet? Velit huc, quisquis sit, amicus amatum
Ferre pedem! Et vacuum corde, ac virtutis egentem
Advocat exfortis digitis, clamatque: Venite!
Ite, redite, meas, si quis pudor, ite sub ades!
Panis, quo vescor, vester cibus ille: bibetis
Vina mea: en vobis ea mixta salubribus undis!
Deserite errores fatuos, & degite vitam
Promissis dignam cælestibus: ite, viarum
Rectarum lati, consula quo sanæ sequentes*

JOANNIS CASPARI SUICERI SYMBOLUM
*Nicæno - Constantinopolitanum, expositum & ex anti-
 quitate ecclesiastica illustratum.*

Trajecti ad Rhenum, apud Guil. Broedelet, 1718, 4.

Alph. 2 pl. 9 $\frac{1}{2}$.

AUtor, aliis jam scriptis, maxime præclaro illo *Thesauro Ec-
 clesiastico*, dudum clarus, præsentis Opere, quod nunc iterata
 editione prodit, ex antiquitate ecclesiastica expositurus Symbo-
 lum in Concilio Nicæno editum, & in Constantinopolitano re-
 petitum atque auctum, Prolegomena quædam *Capite primo* ex-
 hibet: in quibus docet, Symbolum hocce jam ante Concilium
 Nicænum in usu fuisse, ceterum ad refutandam Arii hæresin
 quædam tunc ei adjecta esse, & quidem Imperatoris auspiciis, pe-
 nes quem olim fuerit & convocandi synodos & confirmandi po-
 testas. Ad autoritatem hujus Symboli quod attinet, ostendit,
 semper quidem eam in Ecclesia magnam fuisse, idque merito
 suo: negat tamen, id vocari debere *principium Theologiae*, idque
 confirmat cum rationibus, tum ipsorum præcæ Ecclesiæ docto-
 rum suffragiis. *Cap. II* agit de Fide, qua credimus in DEUM,
 ac, postquam varias *fidei* notiones exposuit, de ejus natura, pro-
 prietatibus & effectibus luculenter disserit, ubique acervatim
 addens testimonia Patrum Ecclesiæ Græcæ, & inter hæc plura
 producens Patrum Græcorum loca, quibus *soli fidei* justificatio-
 nem diserte tribuerunt. *Cap. III* de unitate essentia divina, &
 de trinitate personarum, eadem methodo usus disputat doctissi-
 me. De ipso nomine *trinitas* sive Trinitate refert, eruditos Viros
 statuere, id primum receptum fuisse in prima synodo Alexandri-
 na, id est, A.C. 317. Videtur tamen ipsi vetustior esse illius vocis
 usus, cum Lucianus in *Philopatri de* satis perspicue proponat do-
 gma Christianum de Trinitate. Subjungit etiam argumenta Græ-
 corum Patrum, quibus dogma illud stabiliunt & confirmant.
Cap. IV de DEO Patre agit, itemque de omnipotentia DEI. *Cap.
 V* de creatione disserit, ac de angelis speciatim fusius agit. Cur
 Moses in historia creationis nullam injiciat angelorum mentio-
 nem, duas affert causas ex Græcis Patribus. Ostendit quoque,

Gregorium Nazianzenum, Damascenum, Basilium, Cæsarium, & ex Latina Ecclesia Hilarium, Hieronymum, & Ambrosium statuisse, angelos ante mundum fuisse creatos. Putat tamen Cl. Autor, hanc opinionem partim loco *Jobi XXXVIII, 7* perperam intellecto niti, partim e schola Platonica profectam esse. Ipse assentitur iis, qui primo die conditos fuisse angelos credunt. Notat hinc errorem Patrum complurium, quem admiserunt, *Genes. VI, 2* per *filios DEI cum filiabus hominum congressos* capientes angelos: eamque interpretationem refellit ex Patribus aliis acutius cernentibus. Nec minus de *Angelorum* hæresi quæ in præcis occurrit monumentis, expromit. Progressus inde ad mundum visibilem, docet, eum non *κατ' εὐχαι* interiturum, sed in melius reformatum iri, summo consensu statuisse Græcos Doctores, eorumque verba recitat ipsissima. *Cap. VI* Christi nomina erudite explicat, finemque contendit, *σωτήρα* male verti *Servatorem*, rectissime *Salvatorem*. *Cap. VII & VIII* de generatione Filii DEI disserit, ubi & profert sententias Patrum de illo dicto *Proverb. VIII, 22*, ubi Sapientia ait: *ὁ Κύριος ἐκτίσεν με*. *Cap. IX* de divinitate Filii DEI agit, alletis argumentis, quibus eam doctores Græci propugnarunt. Copiose etiam profert Patrum responsiones ad objectionem, petitam e verbis ipsius Christi, se dicentis ignorare diem extremi iudicii. *Cap. X* de consubstantialitate Patris & Filii agit, quæ occasione vocabulum *ὁμοῦς* pluribus expendit, ejusque historiam diligenter persequitur. *Cap. XI* de incarnatione Filii disputat, ejusque varias appellationes adducit, & quæ vetus Ecclesia de ista doctrina tradidit contraque hæreticos asseruit, ob oculos ponit. *Cap. XII* veterum sententias de passione, sepultura, & resurrectione Christi producit. *Cap. XIII* doctrinæ Theologorum nostrorum de ascensione Christi, sessione ad dextram Patris, redituque ejus ad iudicium, illustrantur suffragiis Patrum Græcorum. Ceterum de descensu Christi ad inferos altum hic silentium. *Cap. XIV* Autor de Spiritu Sancto Græcæ Ecclesiæ doctrinas proponit, simulque historiam de processione Spiritus Sancti edisserit. *Cap. XV* de Ecclesia agit, doctèque ostendit, eam Ecclesia cœperit appellari *catholica*. *Cap. XVI* de baptismo disserit, observans, etiam laicis atque

atque mulieribus baptizare licitum fuisse in casu necessitatis, adducens etiam varias formulas baptizandi. *Cap. XVII* agit de resurrectione mortuorum & futuro sæculo. Denique *Cap. XVIII* de anathemate hæreticis impacto disputans, differentiam exponit inter *αἰνός* & *αἰνός*.

SYNTAGMA CRITICUM VARIORUM AUCTORUM, ex Bibliotheca JO. HERMANNI SCHMINCKII

Marpurgi, apud Phil. Cal. Müllerum, 1717, 4.

Alph. 3 pl. 15.

Magnam haud dubie ab eruditis inibit gratiam Cl. Editor, dum denuo typis subjicienda curavit trium doctissimorum Virorum opera critica, quæ jamdudum in tabernis librariis desierunt esse obvia, cum tamen plurima veterum loca in iis partim illustrata doctissime, partim emendata, exhibeantur. Primo igitur loco ad exemplar Parisiense A. 1597 hic procedunt Gul. Ranchini, Jcti, *Variarum lectionum libri III*, ex quibus pro specimen adducimus, quod *lib. I Cap. 15* docet, Francicæ historiz, quæ sub Aimoini nomine exstat, quinque esse Auctores; *lib. III cap. 11 & 12* disputat, an periculum rei venditæ & nondum traditæ pertineat ad emtorem; prætereaque complura loca Festi, Gellii, Suetonii, Senecæ, aliorumque emendat. Subjunctum his libris apparet *Sabvii Juliani Edictum Perpetuum* a Ranchino restitutum: de cujus Edicti Autore & nomine legisse quoque juvabit, quæ Cl. Schminckius in Præfatione disserit. Sequitur *Iusti Zinzerlingii*, Thuringi, *Criticorum juvenilium Promulsus*, ad exemplar Lugdunense 1610: quo in libro complura Ciceronis, Taciti, Ovidii, Senecæ, Statii, Claudiani, aliorumque loca sive emendantur sive illustrantur. Sic e. g. *Cap. IV* docet, veteres paulus dixisse pro *parvus*, & hinc locum quendam Ovidii suæ restituit integritati. *Cap. XVI* pluribus exemplis probat, *mare* etiam ablativo casu dici solitum, & inde medicinam facit eidem Ovidio. *Cap. XXII* de particula *cum maxime* præclare disputat. Accedunt duæ Dissertationes philologicæ ejusdem Auctoris, quæ-

rum priore disquirat, an in carmine finalis syllaba in brevem desinens, producenda sit propter sequentem *sc*, vel *sp*, vel *β*? & utramque in partem exempla producit; posteriore tria illustra metaphoræ reciproæ exempla exhibet. Sequuntur *Jani Gebhardi Crepundiorum seu juvenilium curarum libri III*, in quibus ope MSS. bibliothecæ Palatinæ quam plurima veterum scriptorum loca emendantur atque illustrantur. Libet etiam hinc Lecturibus nonnulla propinare, ut sitim excitemus inspiciendi quoque cetera. *Lib. I cap. 1* multa exempla afferuntur, ubi *præcipere* positum est pro *antecapere*. Quintilianus & Ovidii Metamorphoses ex MSS. Palatinæ bibliothecæ quamplurimis locis emendantur; apparetque ex *lib. I cap. 6*, Autorem in animo habuisse, omnia Ovidii opera ex vetustissimis & optimis modo laudatæ bibliothecæ codicibus emendata evulgare. Pariter *cap. 15* meminit, se adornasse commentarios criticos atque philologicos in Propertium. *Lib. II cap. 2* voculam *Ha* restituit compluribus locis Ovidio, Tibullo, ac Statio. Nam in vulgatis editionibus editum est *ab*, quod Nostro displicet. Quid apud Plantum sit *tractissangere*; e Pindaro docet *lib. II cap. 10*. *Cap. 12* Isidori glossas pluribus notis amittitur pristina restitueret integritati. *Lib. III cap. 10* Phædri aliquot loca emendare conatur, sed, ut collatio editionis Burmannianæ manifestum facit, infelicitè. Agmen claudunt ejusdem *Gebhardi Libri duo antiquarum Lectionum*, e quibus nihil adducimus, propterea quod pariter hic exhibentur emendationes veterum Autorum, susceptæ ductu codicum MSSorum, quibus illa tempestate Palatina bibliothecæ præ cæteris superbiebat.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAM MENSI Julio Aët. Erud. superioris anni insertam, una cum solutione Problematis in ea propositi. Accedit geminum problema Clarissimo Epistolæ Autori vicissim propositum a CAROLO ERNESTO OFFENBURGIO.

Fortunatus fuit Autoris epistolæ Clarissimi apud Bibliopolam suam Gallum Bononiæ ingressus, cum imagines Divorum Divarumque pro amico sibi comparaturus, in postrema Commen-
tario

tarformm Reg. Parisenf. Scientiarum Academiæ volumina forte fortunæ incidit, inque illis problemata illa duo circa vires, quas vocant Centrales in isani & in pleno, quæ se primum proposuisse Geometris & persolvisse generalissime arbitratur, a *Transalpinis* quibusdam, ut scribit, *Viris eximis* luculenter explicari, extricari, erodarique copiosissime, vidit. Quantam enim ex beata hac inspectione voluptatem cepetit, in Epistola ipse affatim exponit; sed quinam sint Viri illi *Transalpini*, non indicat. Et quanquam postremis Actorum Societatis Parisiensis Tomis deslittur, unde id discere potuissem, ex recensione tamen horum voluminum, quæ in Actis Eruditorum occurrunt, non obscure colligere licuit, per *Viros illos Transalpinos Eximios* in Epistola intelligi celebratissimos Geometras, *Johan. Bernoullium* & *Petrum Varignonium*, utpote qui soli de problematibus illis duobus egisse illic dicuntur. Exultat ergo Autor noster Clarissimus, quod putet nobile istud celeberrimorum virorum par aliquam laudis suæ partem in probandis & explicandis, hoc est, commentariolo ornandis lucubrationibus suis quævisisse. Ut vero ex jucunda hac opinione conceptam ipsi lætitiâ minime invideo, quin potius prolixè gratulor, ita dissimulare nequeo, id ab omni veri specie tantum mihi recedere videri, quantum quod maxime; summos in Geometricis Viros eo se demisisse, ut sepositis propriis meditationibus, quas peritioribus in deliciis haberi solere ignorare nequeunt, in aliis tamen speciminibus explicandis humilem diligentiam ponerent, & illius quidem, qui paucis abhinc annis in alteri utriusque ædibus sub discipuli schemate aliquandiu commoratus, Præceptoris documenta avidè mente excepisset, & publice professus esset, hujus luminibus id omne se deinceps acceptum esse relaturum, quod in scientiis hisce in posterum præstiturus esset. Sed putarim potius, alterum alteri de hisce problematibus nonnulla privatim scripssisse, eerta ipsius ad id nata occasione, & utrumque postea solutionem suam publici juris fecisse. Quicquid sit, hoc saltem extra omnem dubitationis aleam positum existimo, vanissimam esse Clarissimi Autoris nostri opinionem, cum putat duorum illorum problematum solutiones a Celeberrimis Viris datas ex suis formulis ita de-

sumtas esse, ut aliud quam explicationes earum cenferi non debeant. Hoc ut probem, sequentia tria demonstranda assumo. I. Autorem Epistolæ notissimum Canonem pro viribus Centralibus in vacuo ex duabus propositionibus formaliter contradictoriis, tanquam simul veris, infeliciter eliciuisse. II Problemata inversum virium centralium in vacuo ne quidem in particularissimo casu, quo vires istæ sunt in reciproca duplicata ratione distantiarum mobilis a centro, ab ipso solutum fuisse, cum æquatio quam pro casu isto dederit ex numero curvarum quæsito satisfaciendum, excludat *Ellipsin & Parabolam*. III Regulam ejus pro viribus centralibus in pleno exhibitam absolute falsam & erroneam esse.

Hæc demonstrare suscipio, tum ut plagii notam, quam Autor noster Eximius Viris inurere voluisse videtur, eluerem, tum etiam ut Autori ipsi ob oculos ponerem, quam inconsiderate summos illos Viros tanquam Pedarios suos propalare, profectusque eorum recentiore suo problemate in Epistola proposito tentare ausus sit.

Ad probationem primæ id solum Lectorem rogo, ut consulere dignetur §. 11 Sectionis IX Diarii Lipsiensis, quod inscribitur *Neuer Bücher-Saal von gelehrten Sachen*, qui articulus continet Articulum XIV Tomi III Ephemeridum Italicarum, sistitque schediasma quoddam Autoris Epistolæ circa vires Centrales in vacuo & in medio resistenti, nam in eome non indicante ultro perspiciet, quod Autor noster demonstraturus notissimum canonem virium centralium in vacuo, stabilire conatus sit, quod vis centralis dicta (f) sit in composita ratione ex directa spatii geniti EF (vide fig. 1 loco in Diario Lipsiensi citato) & reciproca duplicata ratione tempusculi (dt) quo generatur, assumendo has duas propositiones 1. *Quod velocitas (v) semper sit in composita ratione vis (f) & temporis (dt).* 2. *Quod eadem celeritas (v) sit in composita ratione ex directa spatii percurssi (EF), & reciproca temporis (dt).* Quis jam non videt, has duas propositiones contradictorias esse? Cum secunda necessario supponat motum in spatio (EF) absolute æquabilem esse, ita ut eadem sit mobilis celeritas (v) in ambobus spatii terminis EF omnibusque ejus punctis

Etis mediis; prima vero statuat motum in spatio EF acceleratum, & ita quidem acceleratum, ut initio temporisculi (*dt*) seu spatii E velocitas sit nulla, quæ tamen in altera propositione supponebatur (*u*), & paribus temporis intervallis paria augmenta capiat, usque ad celeritatem (*u*) quam in fine spatii EF mobili æquiri necesse est. Patet itaque secundum hæc duas propositiones simul positas, ut apud Autorem nostrum, *Unum idemque mobile uno eodemque tempore (dt), in uno eodemque spatio EF moveri motu accelerato (secundum primam) & motu non accelerato, sed absolute æquabili (secundum alteram) quæ proinde sunt contradictionem non involvant, nescio quid sit contradictio.*

Priusquam ad probationem secundi nostri assumti pergam, non possum non mirari, quomodo Autor in Epistola sua ad Geometras scribere potuerit, *se problema inversum virium Centralium in vacuo primum Geometris posuisse & persolvisse generalissime*, quando ignorare non potest, celeberrimum Newtonum 30 annis priorem posuisse hoc ipsissimum problema Geometris & solvisse generalissime, sensu saltem Autoris, in *Principiis Philoſ. Natur.* lib. 1 Pr. 41, cum Autor noster in schediasmate illo supra citato id egerit, ut consensum suum cum solutione Newtoniana probaret. Nec minus miror, quod cum æquationem suam differentialem $dy = dx : \sqrt{(nxx - 1 - 2xx\sqrt{fx})}$ ad casum particularem $f = b : xx$ applicuit, ulterius progressus non fit, ostendendo quemadmodum æquatio differentialis hoc casu oriunda $dy = dx : \sqrt{(nxx - 1 + 2bx)}$ construi debeat, atque ex ea Sectiones Conicæ quæ fito satisfaciennes eliciantur, sub hoc levi prætextu, *quod nimis facile fit ostensu, æquationem differentialem $dy = dx : \sqrt{(nxx - 1 + 2bx)}$ ad alias curvas, quam ad sectionem quandam Conicam non pertinere.* Cum tamen perspicuum sit, constructionem hujus æquationis differentialis difficiliorem minusve obviam esse, inventionis alterius suæ æquationis $dy = dx : \sqrt{(nxx - 1 - 2xx\sqrt{fx})}$ qua inversum problema virium centralium generaliter se solvisse arbitratur. Nam posteaquam Illustr. Newtono loco supra citato solutionem hujus problematis generaliter concepti exhibuit, non arduum fuit nec difficile ex solutione

ejus

ejus æquationem modo allatam elicere, medio a Nevvtoniano diverſo; ſed non perinde facilis judicari poterat conſtructio hujuſ æquationis particularis, qua curvas deſignari putat Autor, in quibus vires centrales ſunt reciproce ut quadrata diſtantiarum mobilis a Centro virium $dy = dx : \sqrt{(nxx - 1 + 2bx)}$ eaque independenter a quadraturis, quando ex Nevvtonianis nullum ad hanc conſtructionem, ſeu ad tranſitum ab æquatione differentiali curvæ ad algebraicam ejusdem, aſfulgere videtur lumen; & conſtructiones æquationum differentialium primi gradus petendæ ſunt *ex mæthodo tangentium inverſa*, in qua excolenda, quando quidem a perfectione ſua etiam nunc plurimum diſtat, præſtantiores Geometræ omnes nonnihil operæ collocare ſolent. Quodſi Autor prætenſæ facilitatis fundamentum in eo conſtituat, quod haud difficile ſit æquationem ſectionum Conicarum differentialem reſpectu alterutrius eorum umbilici invenire, eamque æquationi conſtruedæ comparare; ad inverſi problematis virium centralium naturam & genium parum attendiſſe eum oportet, cum talis modi comparatio maniſeſtiſſime tanquam *cognitum* aſſumat id, quod *queritur* atque adeo *principium* petat. Quare multum abeſſe cenſendus eſſet a plena completeſque ſolutione problematis inverſi virium Centralium in vacuo in caſu quo hæ vires ſunt ut $b:xx$.

Deinde ad perfectam ſolutionem non ſufficit dicere, æquationem $dy = dx : \sqrt{(nxx + 2bx - 1)}$ non poſſe ad alias curvas ſpectare, quam ad *aliquam* ſectionem Conicam; ſed oſtendi debet, pertinere ad *omnes*, hoc vero Autor non præſtat, cum æquatio algebraica ejus $ccpp - bbpp - bbqq + 1 = 2cp$ quæ ex differentiali $dy = dx : \sqrt{(nxx + 2bx - 1)}$ manat, & in qua p abſciſſas axis a centro virium ſumtas, q applicatas harum orthogonales, & $c = \sqrt{(bb + n)}$ deſignant, ad *ſolam Hyperbolam*, excluſis *Ellipſi & Parabola*, pertinere poſſit. Nam ſi pertineret quoque ad Ellipſin, oporteret cc vel $bb + n$ minorem eſſe quam bb , atque adeo n negativam, atqui n ſignificat quadratum celeritatis mobilis in alterutro puncto, in quo axis curvæ occurrit, quare hoc quadratum velocitatis foret hoc caſu *negativa* quantitas, cum vero radix quadrata ex quantitate negativa ſit quantitas impoſſibilis & imaginaria.

ginaria, velocitas ipsa in dicto curvæ puncto impossibilis & imaginaria esset, quod est absurdum, quare æquatio $ccpp - bbqq - bbqq + i = 2cp$ non est ad *Ellipsin*, neque differentialis $dy = dx: \sqrt{(xxx - i + 2bx)}$; sed neque etiam ad *Parabolam* esse possunt: alioqui oporteret esse $bb + n = bb$, adque adeo $n = 0$, ac per consequens celeritas mobilis in vertice parabolæ esset *nulla*, quod etiam fieri repugnat problematis natura. Quare liquet, æquationem $ccpp - bbqq + i = 2cp$ quam Autor Epistolæ dedit pro solutione problematis inverſi virium centralium in vacuo, ad solam esse *Hyperbolam*, & reliquas sectiones Conicas *Ellipsin*, *Circulum*, & *Parabolam* a solutione excludere. Quod erat secundo a nobis probandum: transeo ad tertium.

Ad problema virium centralium in medio resistenti, seu brevius in pleno, decretoria hæc sententia lata (cui quantum soliditatis inſit, ex præcedentibus haud difficulter judicabit intelligens Lector) viam sibi munit Autor noster Clarissimus: „Ceterum posteaquam duo celebres Mathematici (sunt ipsissima ejus verba ex Germanico idiomate Latine reddita) Isaacus Newtonus & Godefridus Guilielmus Leibnitius virium centralium mysterium jam a magno Christiano Hugenio in singularissimo suo tractatu de Horologio oscillatorio tam clare & docte revelarunt, Geometris incumbere videbatur, ut studia sua in aliud quoddam argumentum magis novum nec minus curiosum converterent, aut dictas saltem vires in aliis æque novis necessariisque circumstantiis contemplerentur ac ista: *invenire vim centralem mobili necessariam ad describendam datam curvam in medio fluido, cujus densitas variatur in certa quadam proportionem, resistatque mobili in quacunque alia ratione composita ex ratione sui ipsius, & qualibet alia multiplicata e velocitatis.* In hoc problemate itaque sibi mirifice placet Aut. doct. ejusque solutionem duabus æquationibus exhibuit, quarum prior ad Leibnitium

num designandi modum expressa, hæc est, $f = c \int \frac{dx}{1 - m}$

scilicet $\int \frac{m - 1}{sp dx} \quad \int \frac{1}{1 - m} \quad q dx$ altera ab hac non differt, nisi quod in ea Elementa dy conspiciantur, loco elementorum dx , quæ huic inſunt,

Y

sunt, literam a qua exponentes quantitatum exponentialium & coefficientem z m intra vinculum divisit, ut pote unitatis loco positam, brevitatis gratia hoc loco omisi. Posuit m pro $\frac{1}{2}n$, & n est exponentes celeritatis u , determinatque resistentiæ fluidi rationem in parte velocitatis, c est quantitas cujus logarithmus est unitas dicta a , literæ p , q denotant quantitates datas per x , y aliasque constantes, pro casuum diversitate varie permixtas. Formularum suarum nullam analysin aut demonstrationem apposuit, utpote quam alii & magis idoneæ occasione reservavit. Nam quod Autor sub rubrica *Analysis problematis virium Centralium in pleno*, in Epistola habet, nihil minus quam analysin hujus problematis exhibet, utpote quod ad hoc unum redit, ut dicatur, esse $f dy - u r dt = u du$ quod tantum est alterum principium, cui solutionem suam superstruxit; non autem methodus solvendi, quæ per analysin intelligitur: & quia medioriter cuique in hisce studiis versato in propatulo versari puto, Autoris errorem, quando in hoc paragrapho epistolæ scribit, in pleno esse $f = f - r$, eum silentio nunc brevitatis causa prætermitto, ad plenam analysin ex principiis Autoris tradendam, accedens.

Ita formula Autoris $f dy - u r dt = u du$ (videantur Acta Erudit. ann. sup. p. 315) designando elementum curvæ per ds , quia $u dt = ds$, & $r = u^n Z$ assumpta Z pro nomine densitatis fluidi, substituo hos valores, adeo ut hinc emergat $f dy - u^n Z ds = u du$. Et cum a Cl. Hermanno demonstratum sit §. 154. *Phoron.* quod quadratum velocitatis mobilis in quolibet curvæ puncto æquivalet factæ ex radio circuli osculatoris in vim curvæ perpendicularem ex centrali derivatam, erit $uu = fr dx : ds$ seu scribendo b pro $rdx : ds$, $uu = bf$ & differentiando $zudu = bdf + fdb$ seu $\frac{1}{2} bdf + \frac{1}{2} fdb (=udu) = f dy - u^n Z ds$ (vel quia $n = b \frac{1}{2} f$) = $f dy - b \frac{1}{2} f \frac{1}{2} Z ds = f dy - b^m f^m Z ds$; quare erit etiam $bdf + fdb = 2f dy - 2b^m f^m Z ds$, hinc dividendo per bf & transponendo, reperietur, $\frac{df}{f} = \frac{2dy - db}{b} - 2b^{m-1} f^{m-1} Z ds$. Fiant $\frac{2dy - db}{b} =$

pdx

$$pdx = \frac{dA}{A}, \text{ \& } zb^{m-1} Zds = qdx, \text{ eritque } \frac{df}{f} = \frac{dA}{A} - f^{m-1} qdx.$$

& integrando $\text{Log } f = \text{Log } A - \int f^{m-1} qdx$, ponamus $\int f^{m-1} qdx = \text{Log } B$ eritque $\text{Log } f = \text{Log } A - \text{Log } B$, atque adeo $f = AB^{-1}$, & $\int f^{m-1} qdx = \int A^{m-1} B^{-m} qdx$ quare $\int A^{m-1} B^{-m} qdx = \text{Log } B$, & differentiando $A^{m-1} B^{-m} qdx = B^{-1} dB$, & $A^{m-1} qdx = B^{m-2} dB$, & integrando, $B^{m-1} = m-1 \int A^{m-1} qdx$, hinc $B^{-1} = (m-1 \int A^{m-1} qdx)^{1:1-m}$ & $f = (AB^{-1}) = A(m-1 \int A^{m-1} qdx)^{1:1-m}$. Hæc formula eadem est cum ea quam Autor dedit in Diarii Lipsiensis loco supra citato, excepto solo coefficiente $m-1$ intra vinculum, cujus loco Autor scripsit in sua $1-m$, sed per errorem calami, ut puto; oportet enim esse $m-1$ & non $1-m$. Etenim A nobis idem quod Autori $c \int pdx$, cum posuerimus $dA: A = zdy - db: b = pdx$,

$$\text{\& consequenter } \text{Log } A = \int pdx \text{ \& } A = c^{\int pdx} \text{ \& } zb^{m-1} Zds = qdx.$$

Noretur, quod hæc formula Autoris $f = c^{\int pdx} (m-1 \int c^{m-1} \int pdx qdx)^{1:1-m}$ facile transformari possit in æquivalentem, nullis quantitibus exponentialibus expressam. Sit enim k perpendicularis ex centro virium in tangentem curvæ, & radius osculi r , eritque $r = ydy:dk$ & $dx:ds = k:y$ atque adeo $b = rdx:ds = kr:y$, & $b = kdy:dk$, quare $dA: A (= zdy - db:k) = zdk:k - db:b$, adque adeo $A = kk: b = c^{\int pdx} = yydx: rds$, restituendo loco k & b earum valores. Propterea erit formula Autoris

$$f = c^{\int pdx} (m-1 \int c^{m-1} \int pdx qdx)^{1:1-m} = \frac{kk}{b} (m-1 \int k^{n-2} b^{1-m} qdx)^{1:1-m} \\ = \frac{kk}{ds^{3-n}} (n-2 \int k^{n-2} Zds)^{1:1-m} = \frac{yydx}{rds} (n-2 \int y^{n-2} Zdx)^{1:1-m}$$

que ejusdem valoris cum Autoris formula. Adæque falitate unius ostensa falitas alterius simul innotescet.

Jam in hac postrema si Z fiat $= 0$, quod contingit in vacuo, tota quantitas intra vinculum $(n-2 \int y^{n-2} Zdx)^{1:1-m}$

æquivalebit unitati, & canon *Vis centralis* in vacuo erit $f = \frac{yydx}{rds}$.

Quod autem hic falsus sit, nemini ignotum, ne quidem Autori ipsi, utpote qui initio suæ dissertationis hæcenus citatæ, legem virium centralium definivit hæc æquatione $f = ds^3 : r y y dx^3$, & recte quidem, etiamsi in hoc falsus sit, quod (ut supra ostendimus) putarit eam derivari posse ex duabus propositionibus contradictoriis. Quare liquet & ipsam regulam Autoris pro determinatione virium centralium in pleno $f = \int p dx (m-1) \int c^{m-1} p dx q ds)^{1:1-m}$ falsam esse, Autorisque adeo *industriam* in hoc suo problemate *cessasse*.

Ut eo minus de hoc dubitare possit, applicet regulam particularem pro casu, quo *resistentiæ* mediæ fluidi sunt ut *uuz*, ad aliquod exemplum particulare; exempli gratia, ad *spiralem Logarithmicam*, & videbit eam nil nisi falsa producere. *Æquatio* huiusmodi spiralis esto $dx = ady$; quare posita $b = \sqrt{1+aa}$, erunt $ds = bdy : a$; $r = by : a$; $dr = bdy : a$, $ddx = addy$, & $dds = bddy : a$; & substituendo hos valores in Autoris formula $Lf = f(2ydr^2 + rdxdds - dxdrds - rdsddx - 2Zr dx ds^2 : r dx ds)$ Vid. pag. 685 Diarii Lips. Neuer Bücher & Saal, proveniet $\text{Log. } f = f(dy - zyZds : y)$; faciamus denique $z = c : aby$, eritque $Lf (= \int dy$

$-cdy : y) = r - cLy$; atque adeo $f = y^r$. Et subducendo porro calculum juxta regulam primam Autoris pro determinatione *Resistentiæ* mediæ, inveniatur $R = cf : zb$, seu $R : f = \frac{1}{2} c : b$. Consultatur jam Prop. XV Lib. II *Princ. Phil. Natur. Col. Newtoni*, eritque nostra b seu $ds : dy$ in figura ejus = o P : OS, & *Resistentia* (A) ad vim centalem (f) ut $\frac{1}{2} c$. OS ad OP. Esto nunc $f = y^2$, ut in dicta Propositione, hoc est $c = 3$; & reperietur per Autoris nostri formulas $R : f = \frac{1}{2} OS : OP$. A Newtono vero ostensum est Coroll. 3 ad hanc Propositionem, esse $R : f = \frac{1}{2} OS : OP$. Sin vero ponas $c = 1$, erit quidem $R : f = \frac{1}{2} OS : OP$, sed falso emergit etiam $F = y^2 = 1$, hoc est *vis centralis* erit constans, cum tamen esse debeat *reciproce* ut quadratum distantie a Centro.

Facia-

Faciamus denique cum Ill. Nevvtono Prop. XVI Lib. II Princ. Noviss. Editionis f ut y^{n-1} , eritque nunc (omnia enim quæ in hac propositione primæ editionis erronea erant correxit) $R : f = 1 - \frac{1}{2}n$ OS : OP, at' vero principia Autoris Epistolæ præbent $c = 2 + n$, atque adeo $R : f = 1 + \frac{1}{2}n$ OS : OP.

Sic in omnibus aliis exemplis, Autoris prætenfa solutio semper ducet ad conclusiones a veritate alienissimas. Quare tertium meum assumptum solide stabilitum esse existimo.

Videamus nunc quale & quantum sit illud problema ad eujus *sedulam* culturam Autor tam confidenter hortatur *Eximios illos Viros Transalpinos*, id hæc a Proponente verbis concipitur. *Funiculum sive catenam, extremis suis ita fulcro alligatam, ut probabi minime possit, infinita potentia datam servantem legem, paribus intervallis, ad pares angulos, pellunt, aut trabunt: queritur earum formula habita ratione ponderis Funiculi, sive Catene.* Non solum solutio hujus problematis prout Autor id concepit, sed infinita generalior, jam per integrum biennium innotuit ex *Phoronomia* Cel. Hermanni, in cujus Appendice §. V pag. 381 binæ æquationes, secunda nempe & tertia plenissimam problematis solutionem continent. Nam in æquationibus prima & secunda elementa dp potentias quaslibet curvæ perpendicularares ex obliquis eliciendas denotant; jam secunda præbet $dp = r ds$: r si pondus catenæ seu funiculi negligitur, sin vero ejus ratio etiam habenda sit, erit $dp = r ds$: r , $-cdy = (tds - crdy)$: r , ubi c significat quantitatem constantem, & quia, ut in citato loco *Phoronomiæ* dictum, est $dq : dp = k : a$, invenientur potentia quæ sit $dq = (kr ds - ckr dy)$: ar , in quo canone cum t sit transcendenter data per r & ds , ex æquatione tertia, quæ est $\log. t = sbds$: ar , valor ejusque dq per indeterminatas curvæ r , & ds , saltem transcendenter datus est. In Problemate Autoris b & k seu *tangens* & *secans* complementi anguli in quo potentia ad curvam inclinata sunt, sunt constantes; quare est casus tantum particularissimus hujus generalis solutionis in qua b quantitatem quamcunque per indeterminatas curvæ datam significare potest, nec potentia in paribus a se invicem intervallis infinitimis,

ut in Autoris problemate, sed etiam in *quibuscunque* in curvam agere supponuntur. Non obstante hac, quam vidimus, limitatione Autoris, qua Problema suum particulare reddidit, & quod nos generalissime solvimus exscribendo tantum ex erudito Phoronomix opere, duas æquatiunculas, tam benigne tamen de eo sentire videtur Autor Epistolæ, ut non solum id dignum reputaverit, quo *Principum Geometrarum* industriam & profectus exploraret, sed (quod æque jucundum lectu est, in Epistola) quod solum id esse arbitretur, quod ad innumerabilia ac prælara quæsitæ aditum *Mathematicis*, ut putat, ante clausum, recludere, curvasque *catenarie*, *Velarie*, *lintei* liquore pleni, *musculique* Spiritu inflati, in apicum proferre possit, in quibus non modo *veterum* sed & *recentiorum*, quibus ceteroquin tot mirabilia debeamus, industria cessaverit, oblitus haud dubie, illustrissimos Geometras, *Leibnitium*, *Hugenium*, & *Johannem Bernoullium* jam a viginti sex retro annis *Catenariam*; & par nobile fratrum *Bernoulliorum Velariam*, *curvam lintei* & *musculi* inflati præter tot alia *mirabilia* jam ante complures annos in Actis Erud. Lipsiensibus exhibuisse, qui cum inter recentiores numerandi sint, quomodo Cl. Autor indefinite scribere potuerit, *Recentiorum* in his Problematibus *cessavisse industriam*, ego quidem non capio.

Sed cessat Autoris nostri Problema in *Catenaria*, cum directiones potentiarum in dato ad curvam angulo inclinatæ ponat, quod in *Catenaria* nunquam fieri potest, siquidem directiones gravium parallelæ sunt, aut in centrum quoddam convergunt, adeo, ut in eodem ubique angulo curvæ occurrere nequeant.

Cessat etiam in solutione sequentis Problematis non inellegantis, atque analogi theoricæ *virium centralium*, ut adeo mirer, Autorem de eo non potius cogitasse, quam de altero suo, cum omnis Geometra prius quærere occipiat, qualis curva ex hac aut illa potentiarum lege nasci debeat, quam quænam potentiz in dato angulo applicandæ, cuilibet curvæ competant, & non nihil plus industriæ requirere videatur, quam suam, ad cujus examen Viros eximios hortari sustinuit. Problema vero de quo loquor est ejusmodi; *Data lege vis centralis, ad centrum finita distantia*

cen.

tendentis invenire catenariam; idque Autoris nostri Clarissimi examini commendo, hoc unicum nunc indicans, quod quæstio recte tractata generaliter semper ducat ad æquationem differentialem primi gradus, quæ infinitis casibus ad æquationem Algebraicam sit reducibilis.

Quodsi vero hoc non sufficiat illustrandæ suæ *industriæ*, tentet, si placet, solutionem sequentis & elegantis itidem problematis, quodque a nulla re minus quam a facilitate sua contemni potest, cum difficilius sit omnibus illis problematibus, quæ Autor hactenus tractavit, estque hujus tenoris: *Testudinem hemisphæricam tot semestris ovalibus, quot libuerit, perforare, sed iis tamen, quarum unaquaque peripheriam habeat absolute rectificabilem independentem a rectificatione arcuum circularium.* Quæritur autem constructio non transcendens (quod præstitum facile) sed algebraica, quæ omnino in potestate est. Ut hoc problema non minus elegans esse videtur Problemate Viviano de *testudine quadrabili*, quod dignissimum tamen visum est maximis Geometris *Leibnitio, Wallisio, Bernoullis, Marchioni Hospitalis* aliisque, ut ad ejus examen se accingerent, & quas invenissent solutiones cum publico communicarent, & de quo Autor ejus Celeberrimus, & si quisquam alius, in veterum Geometria versatissimus *Fivianus* integrum tractatum, omissis tamen demonstrationibus, conscriberet, (quas deinceps R. P. *Grandus* docto commentario abunde supplevit in suis Vivianeis) ita solutum eo difficilius est, cum nemo hactenus docuerit, qua ratione in superficie Sphærica linea duci possit *absolute rectificabilis*, tamen si jam a Pappo nonnulla spatia in superficie Sphærica absolute quadrabilia indicata sint, aliaque passim a Geometris Recentioribus exhibita.

Historische Gedächtnis-Münzen ꝛc.

i. e.
THESAURUS HISTORICO-NUMISMATICUS
Annorum 1706, 1707, 1708 & 1709. Accessere Supplementa inde ab A. 1700 ad A. 1709; nec non Index rerum memorabilium.

Nori

Noribergæ, sumtibus heredum Jo. And. Endteri, 1714. 1717, f.
Const. Alph. 7 & ctypis numerum plurimis.

Postquam de prioribus partibus, quæ numos exhibent inde ab
A. 1700 ad 1705 cufos, subinde in Actis nostris dictum est,
par erit ut nunc reliquarum etiam, quibus integrum decennium
atque adeo primus operis Tomus completur, paucis mentio-
nem faciamus. Inter alios vero, qui numerum ctypos Cl. Edi-
toribus transmiserunt, commendantur imprimis Christianus
Junckerus, jam tum A. 1714 d. 14 Junii exstinctus, & Vir variz
doctrinæ laude clarissimus Carolus Gustavus Herrus, Confil. &
Antiquarius Cæsareus, qui ut alios in Supplementis conspicuos,
ita numi aurei, qui inter modernos maximus & sedecim auri
marcarum ac ultra valorem complexus, Augustissimæ Imperatri-
ci, postquam Juventutis Principem enixa esset, a statibus Austri-
acis Brisgaviæ, Arlbergæ & Sueviæ oblatuſ est, ctypum elegan-
tissime delineatum communicavit. Sed ne nihil speciminis
producamus & feliquis, paucos hoc loco seligemus numos, qui-
bus Academiarum vel Virorum doctorem memoria consecra-
tur. Sic inter numos Anno 1706 conflatos Henrici Cocceji
p. 656. icon representatur in numo, additis: HEINRICVS A COC-
CEIVS REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIUS INTIMVS ACADe-
MIÆ VIADRIÆ ORDINARIUS ET ANTECESSOR PRIMARIUS;
& paulo inferius: ANNO ÆTATIS LXI. Aversa infigne ejus exhibet
cum infer. VIRTUTE NON SANGVINE. Marginem im-
plet lemma: AVSPICE CUNCTA DEO. Sequenti pagina jungi-
tur huic CHRISTIANVS THOMASIVS ICTVS VNIversitatis
HALLENSIS CONSILIARIUS REGIVS. ANN. ÆT. LI. Aversa
regionem cum erectis passim inter virgulta pyramidibus, aliis-
que monumentis, quorum unum anni 1706 numero signatum,
exhibet. Luna orbe pleno radians, stellis plurimis circumdata,
noctis tenebras illuminat. His addita est inscriptio: LVCE T
NON ARDET. Sequitur JOHANNES SAMVEL STRYCKIVS
p. 658. ICTVS SERENISSIMÆ VIDUÆ SAXO-ISENACENSIS CONSILIA-
RIUS AVLICUS PROFESSOR JVRIS PVBLICUS HALLENSIS; in imo
ANNUS ÆT. XXXIIX, cum numero anni 1706 subjicitur. Aversa
sagittam recta sursum tendentem, stellarumque in cælo mi-

can-

cantium mediam potentem ostendit, additis: RECTA NON CVRVA SCOPVM TANGIT. Hos excipiunt numi duo Magliabechii honori dicati, quorum alter quem traximi moduli dixeris, præter iconem ejus & nomen: ANTONIVS MAGLIABECHIVS, in averfa librum apertum cum lemmate: OMNIBUS OMNIA, alter iconem pariter & nomen: ANTONIVS MAGLIABECHIVS FLORENTINVS, addito etiam sculptoris ANT. DE JANVARIO nomine, in averfa vero exhibet Magliabechium inter libros sub umbra arboris confidentem, librumque lectitantem, dum haud procul fenecio quidam inter rudera collapsarum ædium obambulat, addito illius symbolo: SCIRE NOSTRVM REMINISCI. Observatur & anagramma, quo ex nomine *Antonius Magliabechius* eliciuntur hæc: *Is unæ bibliotheca magna*. In numis anni 1707 imprimis ille memoratu dignus videtur; quo actus Academiz nostræ Lipsiensis maxime solennis, die sexto Augustive 26 Julii st. v. h. e. ipso die *Anna*, institutus, celebratur. Nam cum paulo ante in Anglia felicibus ANNÆ Reginz auspiciis potentissima Regna, Anglia & Scotia, ætissimo fœdere fuissent unita, decrevit Academia ejus rei memoriam publice celebrare, munusque Oratoris dedit Johanni Burchardo Menckenio J. U. D. Hist. P. P. & Societatis Reginz Britann. Socio, eoque Legatos splendidissimos, qui tum Lipsiæ ob turbas Suecicas commorabantur, M. Britanniz nimirum Reginz Jo. Robiafon, qui & festum eum diem habuit, tum Borussia Regis, Statum Fœderati Belgici, aliosque invitavit. Cernitur itaque in hoc numo effigies Reginz coronatæ cum inscr. ANNA Dei Gratia MAGNÆ ET VNITÆ BRITANNIÆ FRANCIZ ET HIBERNIÆ REGINA; in averfa Lipsia eminens conspicitur delinecta, sed cominus biga sceminarum, Angliz & Scotia Regna representans, duasque corollas conjungens, cernitur: subscriptum his: VIVAT ANNA. Superne legitur: ET EXTERIS ETIAM GRATA; in imo: IN ACTVM LIPSIENSEM

p. 659.
660.

692.

D. ^{26 JULII} ANNO MDCCVII. IN HONOREM MAGNÆ
^{6 AVG.}
VNIONIS AC CELEBRATIONIS Diei NOMINALIS AN-
NÆ

Z

NÆ Magnæ Britannæ Regiæ HABITVM CVRARE FECIT
 C. WERMVTH; in extrema margine quærit Inventor: QVÆ
 p. 756. BELLO PACEQVE MAJOR? Tandem addimus numos binos
 757. in honorem Tentzelii, Dresdæ 1707 die 24 Nov. defuncti, cu-
 fos. Icon & inscriptio WILHELMVSE RNESTVS TENTZE-
 LIVS in utroque eadem; aversa vero alterius monstrat ele-
 phantem Soli proboscidem obvertentem, dum anferes collis
 elevatis circumstrepunt, cum verbis: NON CURAT VUL-
 GI SIBILOS-MENS CONSCIA RECTI; alterius vitæ quod-
 dam compendium exhibet; scil. NATVS GREVSSENÆ VI.
 JVLII MDCLIX PATRE JACOBO TENTZELIO D. THE-
 OLogo, SVPERINTendente SCHWARZBurgico MATRE
 SOPHIA ELISABETHA LYSERIA PRIMVM DVCALIS
 POSTEA REGIVS ET ELECTORALIS HISTORIOGRA-
 PHVS NEC NON CONSILIARIVS SAXONICVS ERVDI-
 TIONE AC SCRIPTIS PER ORBEM LITERATVM PO-
 EYHISTOR CELEBERRIMVS DENATVS DRESDÆ
 XXIV NOVembris MDCCVII ANNO ETatis CLIMACTe-
 rico XLIX IBIDEMOVE AD D. SOPHIÆ Beati PROAVI D.
 POLYCARPI LYSERI SVPRemi CONCIONATORIS AVLI-
 GI TVMVLO ILLATVS.

Entdeckung der wahren Ursache von der wun- derbaren Vermehrung des Getreides ic,

hoc est,

*VERA CAUSA MULTIPLICATIONIS FRU-
 menti admiranda, omnem plantarum vegetationem una il-
 lustrans, detecta a CHRISTIANO WOLFFO, P. R. B. Confil-
 aulico, Mathem. & Natur. P. P. O. Societatum Regia-
 rum Britannicæ atque Borussiae Sedali.*

Halæ Saxorum, sumptibus Rengerianis, 1718, 4.

Plag. 9½.

IN vulgus notum est, culmum frumenti internodiis modullâ
 pleais distingui, in quibus folia terminantur. Reperit Cel. Autor,

in

in singulis internodiis novum latere germen radicibus actis in aristam excrefcens, si internodium humum contingat, antequam indurescat. Duo prima internodia non longo intervallo a se invicem nec multum a radice distant. Quod si ergo granum paulo profundius sub terra condatur, culmus primarius ex duobus infimis internodiis protrudet duos secundarios, qui ad latera deflectentes, cum firum ad horizontem perpendicularem æque ac primarius affecteat, denuo aliquot internodia prope humum vel in eodem servant, sicque culmos secundarios alios emittunt, & ita porro in infinitum, quamdiu tempestat faret atque solum. Capite recenset Autor, qua occasione de causa multiplicatarum ex uno grano aristarum meditari cœperit. Nempe cum A. 1708 *Vallemontii* Curiositates Naturæ & Artis circa vegetationem prodissent, de quibus dictum est in his Actis A. 1709, Autor easdem perlegens subdubitabat, utrum fasciculi aristarum, qui ex uno grano excrevisse dicuntur, revera ex uno prodierint, nec ne, imprimis cum causa a *Vallemontio* assignata nil probaret. Systemate involutionis, quo cum *Malebranchio* passim utuntur recentiores in theoria generationis, perperam ad præsentem casum applicato. Quare cum non inutile ipsi videretur, & effectus hujus realitatem, & causam veram nosse; ipsemet ad utrumque indagandum se accinxit. Qua ratione & quo successu progressus fuerit, c. 2 exponit. Scilicet A. 1709 duo avenæ grana in horto terræ commisit, quorum utrumque non nisi unico folio progerminabat, quemadmodum suspicatus fuerat. Aliquo tempore elapsè vidit, ex uno quoque prodisse integrum fasciculum aristarum, peculiaribus culminis insistentium & granis plenarum gravitate specifica ea superantibus, quæ eodem anno in agro creverant. Quælibet arista propriam sibi habebat radicem. Post messem nova conspiciebatur seges, cui denuo alia post festum Michaelis succedebat. Agnovit adeo, macerationem frumenti, quæ a *Vallemontio* aliisque Autoribus præscribitur, non esse veram multiplicationis causam. Cùm adeo ipsi constaret, culmum non nisi unicum ex semine immediate prodire, omnes autem secundarios suis radicibus in terra defigi, non tamen multum per ambitum diffusus, quod alias accidere solet, ubi stolones emittuntur,

tur, ex culmis anterioribus posteriores progerminare collegit. Perpendens ulterius, culmum frumenti esse vacuum, nonnisi internodiis medulla repletis, ubi folia annectuntur, & ad pediculorum foliorum extremitates in arboribus aliisque plantis gemmas emitti; internodia quoque culmorum frumenti gemmis gravida judicavit, sicque in theoriam incidit, quam paulo ante descripsimus. C. 3 docet, quomodo hanc theoriam, dum eam, *Leibnitio* tam per literas, quam ore tenus intelligente, examini subiecit, A. 1716 & 1717 experientia consonam deprehenderit. E. gr. unum avenæ granulûm reddidit 6000, hordei unum 2090, etsi ob æstium solito majorem arisæ complures exaruisissent. Gravitatis specifica hordei hortensis erat ad agrælis gravitatem in ratione paulo majore quam 15 ad 14. Bullulæ, in quas spumescit sub microscopio granum dissectum, minores apparebant. Longitudo aristarum erat trium pedum, & una ex internodio 24 granis maturis plena creverat, etsi radice destitueretur. C. 4 falsas uredinis causas passim allegatas refutat, & fide microscopiorum docet, grana uredine affecta esse monstra tricorneporea, in quibus succus ob impeditam circulationem stagnans corrumpitur: Memoratu dignum est, quod ex eodem grano avenæ atque hordei prodierint arisæ & bonæ, & uredine affectæ, quodque utraq; sui similes continuo multiplicaverint: quod hoc in primis commodum Autori attulit, ut uredinis vestigia in rudimentis aristarum beneficio microscopii detegere licuerit. C. 5 ad usum inventi in agricultura descendit, cujus imperfectionem ab exigua agriculturæ fertilitate demonstrat. Inter alia ostendit, vix tertiam seminis partem germinare. Nimirum profundiori sub terra intervallo condi & longiori a se invicem distare debent seminis grana, quam vulgo fieri solet: id quod cum faceret, ingentes fasciculi aristarum ex singulis granis provenerunt. Quamvis autem ipse in horto experimentum sumserit, idem tamen in agro evenire, observationibus aliquot probat. Monet autem, ad perfectionem agriculturæ adhuc alia superesse, in quæ inquirendum, antequam demonstrativa evadat. Tandem c. 6 recenset, quam lucem ipsi affuderit hoc inventum in omni vegetationis materia. Generalem scilicet reperit hanc theo-

theoriam, quod, ubi folium cauli annectitur, ibi lateat aliquod plantæ rudimentum, & ad eum maturandum a natura folium destinari. Immo (quod mirum) eandem ad ipsas plantas bulbosas suo modo extendi didicit, quemadmodum in posterum, cum plura observationum circa vegetationem specimina dabit, se distinctius explicaturum promittit. In semine non admittit nisi radicem, duo folia & gemmam unam, quæ illorum beneficio ad maturitatem perducta explicatur, ulteriora incrementa ad gemmas referuntur ex medulla erumpentes, ut adeo semen saltem non eodem perfectionis gradu contineat integram plantam. Omnibus autem gemmis in quocunque plantarum genere attribuit radices, quas in gemmis arborum pluribus rationibus adductus A. 1707 agnovit, quamvis tum temporis sibi persuaderet, easdem jam a *Malpighio & Grewio*, ob Anatomiam plantarum celeberrimis, fuisse observatas, unde in sua de hieme A. 1709 dissertatione tanquam de re nota iisdem locutus. Vi theoriz suæ medullæ est generare, foliorum maturare gemmas.

HISTORIA MEDICINÆ UNIVERSALIS, AUCTORE ANDREA OTTOMARO GOELICKE, M. DOCT. & antebac in Fridericiana Regia, deinde in Teutoburgensi Clivia, nunc vero in Alma Viadrina P. P. ordi.

Francofurti ad Viadrum; apud Joh. Godofr. Conradi, 1717, 8.

Plag. 13.

EX quo Clarissimus Gœlicke Historiam Anatomiz & Chirurgiz antiquam pariter ac novam feliciter absolvit, Medicinæ Historiam universalem pandere nunc aggreditur, cum nulla gens tam barbara fuerit, quæ non sive fortuito in utilia quædam artis inventa incidit, sive prorsus absoluta quadam necessitate coacta fuerit ad medicinam vel inveniendam vel incrementa ejus quomodocunque promovenda. Eum quidem ordinem servabit in hoc opere, ut quales quolibet seculo medici virtutem quandam consecuti sint, qualia scripta ediderint, quæ nova inventa detexerint, quas novas hypotheses effinxerint, vel

quas novas sectas stabiliverint, quas innovationes systema medicinae diversis temporum intervallis passum fuerit, & quae sunt plura alia memoratu digna, simpliciter & temporum maxime rationi accommodata methodo enarret, adjectis hinc inde observationibus criticis. In varios distribuet opus Tomos, in quorum primo quatuor distinctis periodis describet universum medicinae statum, qualis a condito mundo & primis artis originibus ad Hippocratis usque tempora fuit, ita quidem ut prima periodo universae gentis Hebraeae res Medica declararetur; in secunda Phoenicum, Assyriorum, Babyloniorum, Indorum ac praecipue Aegyptiorum fragmenta exhibeantur; in tertia Graecorum, & quidem nimis prolixitatis vitandae causa a temporibus Aesculapii ad bellum usque Trojanum, & in quarta ad tempora usque magis Hippocratis universus Medicinae status sistatur. Impresensientiarum binae priores saltem periodi exhibentur. Quamvis autem obscurae sint primae Medicinae origines, nihilominus tamen summa saluberrimae medendi Artis necessitas dubitare non finit, quin a tristi prius Parentum lapsu sua statim ceperit primordia ad posteros propagata, & ipsius Philosophiae partem quandam constituerit, circa dietam potissimum atque chirurgiam tantum occupata. Medicinae quidem inventio Deo est tribuenda, quod etiam paganos non latuit, salva tamen hac divina providentia afferere licet, multa remedia primis hominibus innotuisse partim casu & experientia, partim vero ratiocinatione. Ex Hebraeis ergo, qui Philosopho-Medici extiterunt, potissimi sunt, Adamus, Noachus, ejusque filii, Abrahamus, Isaacus, Jacobus, Josephus, Moyses, Mirjam & Salomo. Post hujus autem tempora res Judaeorum magis magisque tam quoad politiam, quam quoad sapientiae studia in praecipua ruere ceperunt, donec tandem captivitate Babylonica subsecuta penitus extinguerentur. Promotus est scientiarum interitus, postquam more ethnicorum in sectas quoque abierunt Hebraeorum Philosophi, inde alii Pharisei, alii Sadducei, & alii denique Essaei vocati fuerunt; ab his ultimum nihilominus Medicinae studium fuit ex cultum, secundum eminentiam ea propter Therapevtae dictis. In tanta igitur Republicae, morum studiorumque corruptione restauratore certe opus

Period I.

P. 34.

73.

opus erat, qui fuit MESSIAS, Salvator mundi, verusque Medica. Tantum vero abest, ut Judæi refractarii mellissimam ejus sapientiam fiterint amplexi, ut potius eadem obstinate repudia-
 • suis tantum fabulosis commentis sese pascerent, ridiculas tra-
 • ditiones sectarentur, & Arti medicæ ita incumbere, ut præter
 • superstiosa amuleta, nominaque angelorum illi præsidentium
 • vix ulla medicinæ a Judæis excultæ reperiantur documenta. Post
 • Hebræos nullus æque populus antiquitatis fama illustrior fuit,
 • quam Phœnices, Assyrii, Babylonii, atque Ægyptii, ad quos ab
 • Hebræis non pauca doctrinæ semina propagata sunt. Nec ullâ
 • gens est, quæ majori solertia studium Medicinæ excoluit,
 • quam iidem Ægyptii. Sacerdotes autem potissimum erant, qui
 • universam non solum Philosophiam præstabant, sed ipsam
 • quoque medicinam exercebant. Quapropter etiam victum,
 • quo utebantur, tam studiosè eligebant, ut mentem puram sanam-
 • que in corpore sano servantes tam studio sapientiæ invigilare,
 • quam Artis Iatricæ sacra tractare possent. Physicam in specie
 • quod concernit, rectius sensere Ægyptii de quantitate lunæ ac
 • terræ, illiusque Eclipsibus; de principiis rerum, de mundi ori-
 • gine, interitu & figura, de stellarum substantia, & effectibus, de
 • immortalitate animæ; multa quoque præstiterunt in reforman-
 • dis lapidibus, imitandisque per artificium gemmis naturalibus, &
 • in cicurandis bestiis, ut calices Alasfontes, ipso auro pretiosio-
 • res, nunc taceamus. In Physiologia & Pathologia Medica lau-
 • dabiles fuisse Ægyptiorum comatus, vel ex eo constat, quod ipsi
 • quoque Reges mortuorum corpora ad scrutandos in morbos secue-
 • rint. Ceterum ex quatuor elementis omnia animantium cor-
 • pora conflata esse; masculum in opere generationis habere se-
 • active, femellam vero passive; frequentissimam morborum
 • causam in cibo, vel potius ciborum copia residere, crediderunt.
 • Imo tota de annis climactericis doctrina illis in acceptum est re-
 • ferenda. Quæ vero de nervulo quodam a corde ad digitum sini-
 • stræ manus minimo proximum & de divisione corporis humani
 • in triginta sex partes comminiscuntur, ipsis tanquam primis Me-
 • dicinæ inventoribus in prima ista artis infantia condonanda sunt.
 • Materie Medicæ sedulam quoque eosdem navasse operam, ex

p. 82.

Period. II.
89.

93.

FOZ.

115.

119.

inde.

- inde colligere licet, quod *Ægyptus* variarum plantarum & ad medicum & domesticum usum aptarum feracissima sit, varia animalia ferat, quorum partes in usum Medicum venerunt, terram alat, viribus medicamentosis foetam, nec mineralibus destituitur, e. g. sale ammoniaco, nitro, alumine, magnete, coralliis, succino, lapidumque pretiosorum fragmentis. Circa medendi rationem primi clysmatum introduxerunt usum, vomitoria, emplastra, cauteria admovebant, sanguinem mittebant, per venas, arterias, cucurbitulas, imo variarum partium specialium, v. g. aurium scarificationibus utebantur. Imo nec hospites eos in Chirurgia fuisse, inustiones docent, quas variis in partibus instituebant. Ipsam Praxin Medicam magna non solum dexteritate sed & successibus haud infelicibus exercuerunt. Singulorum enim morborum singuli constituebantur Medici; & artificio vix a quopiam imitabili munias parabant. Atque hæc primaria velut specimina sunt, in quibus universa *Ægyptiorum* medicina consistit. Primi vero statores ac velut antesignani, quorum imprimis industria atque solertia salutaris medendi scientia hæc cepit initia & qualiacunq; incrementa, fuerunt *Hermes seu Mercurius*, *Bacchus*, *Assyriorum*, *Indiarum* ac *Lybie Rex*, *Hammon*, *Zoroaster*, *Bactrianorum Rex*, *Osiris* atque *Isis*, antiquissimus Rex & Regina *Ægyptiorum*, *Athosias*, *Sesorthus*, *Apollo*, *Asclepius*, seu *Æsculapius*, *Prometheus*, *Noecephus*, *Petofiria*, & *Jachenes*. Sed saltus adhuc faciendus est ad *Indias orientales*, ubi imprimis *Sinensium* incolæ occurrunt, qui præter Philosophiam naturalem ac moralem a *Confucio* acceptam & in ipsa Medica arte laudabiles fecere progressus, quorum dogmata huc fere redeunt: vitam ac sanitatem hominis consistere in certa calidi innati & humidi primigenii contemperazione; humanum corpus in tres ventres dividi, intra quos tamen artus quoque, comprehendebantur; ex incongrua qualitatum conjunctione aut violenta separatione sanitatem corporis primum alterari, & languere, deinde dissolvi, ac tandem prorsus extinguï. Pulsuum imprimis accuratissimi sunt observatores *Sinenses*, & miri artifices, quorum theorix totam quoque medendi rationem perficiunt, & proprie non morborum sed pulsuum curam habent,

bent, imo vero morbos per pullus curant; ut taceamus universam semioticam, tam diagnosticam quam prognosticam, in eadem doctrina fundatam. Gaudent insuper opulentissima materia Medica, ex qua rhabarbarum & corticem Chinæ nominasse sufficiat. Præ aliis remedium formulis potionibus, pilulis atque pulveribus omnibus malis mederi conantur. In dicta vero præscribenda accuratissimi sunt. Tantorum beneficiorum primos veluti datores & inventores venerantur Imperatores suos Ciningo vel Xinum, & Hoamii.

MOTIVI DI DUBITARE INTORNO LA GENERATIONE de' Viventi sensitivi secondo la comune opinione de' moderni &c.

h. e.

RATIONES DUBITANDI CIRCA GENERATIONEM viventium sensitivorum secundum communem modernorum sententiam, prolata a JOSEPHO MARIA VIDUSSA.

Venetis, 1717, 12. plag. 8^{1/2}.

Deturbatam folio Philosophiam Peripateticam, monet in præfatione Cl. Autor; non quod ratio eidem defendendæ defecerit, sed quod nemo amplius eam fuerit tutatus. Novus ergo futurus Aristotelis propugnator cum Vallisnerio potissimum & Nigrifolio in arenam descendit, propterea quod omnia animalia ex ovo oriri asserentes generationem ex putri penitus negarint. Laborem in quatuor capita disperitur, quorum primum contra Bassum dirigitur, qui impossibilitatem generationis spontaneæ etiam admisso Aristotelis systemate demonstrare datis ad Vallisnerium literis allaboravit. Notat ergo, Peripateticos, quando animalia in perfecta atque imperfecta distribuunt, neutquam ignorare opera naturæ esse perfecta in suo genere: negari tamen non posse, insecta, habito ad majora animalia respectu, multis modis his esse imperfectiora. In plurimis enim organa generationis deficiunt, multa nullam sexus differentiam præ se ferunt, quidquid etiam innixus fallaci aliorum experientia

P. 5.

6.

7.

2.

- p. 9. Nigrifolius crepet. Alia sensu quodam carent, aut stulta sunt atque indocilia. Complura vero ita propagant speciem, ut foetus semper imperfectiores prodeant, imo post secundam tertiamve
10. generationem pereant: ut adeo prudenti admodum consilio natura, eorum species conservatura, eadem ex putredine etiam
11. producat. Sunt nempe in omni putredine salia activa & passiva, quæ diverso cœli, secundum p. 42 sensu aliquo vegetativo instructi, influxu adjuncta, agunt & reagunt ad invicem, sicque fermentum formant disponendæ movendæque materiæ ad recipiendam alicujus insecti formam adoptatum. Hæc cum ad minimum tanquam præsupposita Peripateticorum admittenda sint, incumbet Basso hinc deducere generationis spontaneæ impossibilitatem. Juvat illas veterum speculationes consideratio culicum, seu muscarum minorum, ante bis mille & quod excurrit annos, cum mustum conficeretur, primo in conspectum prodeuntium: quarum ovula delituisse alicubi & musti proventum expectasse in quo excludi possent, nullam veri speciem habet.
24. Illustrat hæc proventus pediculorum, qui multos ita infestant, ut omnem se ab iis liberandi industriam ekudant, unde a particulis e corpore nostro emanantibus consari eos interdum, facilis
25. Nostro conjectura est. Nec Nigrifolii fictionibus opus, ovula
28. illorum cutis nostræ poris intrusa excludi. Porro reperti sub-
29. inde in receptaculo sacri panis vermes sunt, haud dubie a putredine prognati, quoniam præclusus insectis aditus & negata commoratio est, quæ vero inter pinsum irrepsere ovula, calore iterum destructa videntur. Incertum præterea, num omnia insecta in creationis principio fuerint creata. Etenim quædam exemplo purpuræ, granorum Kermes, margaritarum, ornamenta nobis præbent, alia pœnæ loco sunt, cibum alia ministrant & medicinam: quales usus in statu innocentæ locum minus habituri fuerant: ut adeo non actualiter sed potentialiter eadem
75. creata putet Autor. Capite secundo disquirat, num ex observationibus recentiorum fluat propositio universalis: omnia insecta ex ovo, & impossibilis generatio ex putri; atque ostendit
83. contra Nigrifolium, nondum omnium animalium detecta esse ovula: & hoc quidem exemplo animalculorum ex moscho ad-
88. ulte-

alterato prodeuntium, itemque vermium in manna putrescente olim repertorum, quippe quorum ovula nemo adhucdum conspexit. Existimat ergo *Cl. Vidusse*, maulcas, vespas, papiliones & hoc genus insecta, quæ ex chrysalidibus & nymphis vermium, erucarum &c. prorumpunt, ex putredine horum insectorum in istis capsulis defunctorum generari, & diversæ omnino ab iis speciei animalia esse. Neque enim a se impetrare potuit, ut crederet, insecta illa aurelius inclusa deliquio tantum diuturno detineri & demum sub nova quadam forma prodire. Capite tertio docet, vermes in corpore nostro, si, ut erudite ostendit *Vallisnierius*, nec cum aere hauriantur, nec cum cibis deglutiantur, necessario a putredine prognasci. In primis enim parentibus jam procreatos credere, nulla positiva ratio suadet: cum *Pererii* iudicio hoc ipsum alienum a felicissimo hominis statu futurum fuisset, cujus sanitati & conservationi alio modo prospexerat creator. At vero vermes illos tot machinas minores majori facilius movendæ destinatas esse, ingenium magis *Vallisnierii* quam ipsam veritatem sapit, cum externo ejusmodi motore non indigeamus, interno, anima nempe, dotati. Quarto Capite negat, recentiorum observationes circa generationem animalium perfectorum, præcipue hominis, sufficere ad demonstrandam horum generationem ex ovo: hominemque ex mixto parentis utriusque semine oriri fuisse contendit. Sequi enim alias dicit, liberos non esse de substantia Patris, cum hic tantum ut causa efficiens, non ut materialis concurreret. Sicque nec dari morborum hæreditariorum rationem posse. Dein in Codice sacro semen audit principium conceptionis, quæ locutio locum apud recentiores non habet, qui fœtum in ovo ad minimum initiative ante conceptionem delineatum tradant: atque ita improprie dicant: filius est de vel ex Patre, perinde ac statua est ex artifice. (p. 139) Quin imo conceptio ne quidem in utero fieret, si ad *Nigrifolii* mentem eadem jam peracta esset ante quam ovulum descendat in uterum. Qui vero ita stabit allocutio angeli ad *B. Mariam*: concipies in utero? Accedit quod necdum inter se conveniant recentiores, qualia & quanta sint illa ova & per quam viam in uterum ferantur.

p. 97.

108.

116.

119.

121.

122.

124.

125.

128.

129.

133.

134.

135.

137.

149.

153.

154. insectbrum, alii cotharnicum ovula referre observant: pisces ergo & insecta inde excludi debeant: majora enim & magnitudini hominis respondentia requirit Cl. Autor; qui in sequentibus semen mulieribus adstruit, quoniam scilicet emitterent femina in coitu, tuncque venerem sentirent, pollutionibus etiam nocturnis laborarent. Preparando huic femini testes & vasa certa destinatum. Cardoso; ovula ergo incerti adhuc usus, forte & præter naturam esse concludit. Tandemque Nigrifolii assertum, naturam in suis operationibus semper esse eandem, ita limitat; eam animalia vivipara ex commixtione seminis, ovipara ex ovis, insecta mediante generatione spontanea producere, hasque leges perpetuo observare.

EXCERPTA EX LITERIS HENRICI LINCKII ad V. CL. J. WOODWARDUM, Medicum & Philosophum in Anglia acutissimum.

DAmus hic descriptionem lapidis fissilis: ex instructissimo museo Henrici Linckii, Pharmacopolæ apud nos solertissimi, qui sceleton animalis, crocodili similis, refert, quo nullum perfectius hæcenus ab illarum rerum curiosis observatum, possessor credit. Utemur autem ipsius verbis, ex epistola ad Cl. Woodwardum, qui ingeniosissimo conatu, & pulcro successu in abdita montium viscera solertiam Philosophorum immisit.

Non terrebit Musas Tuas hic crocodilus, Acutissime Woodwardi. Neque enim e Nilò canibus hominibusque formidandus, sed ex medietate Germaniæ montibus venit. Quanquam nec ejus magnitudinis est, ut valde ab eo quis metuerit. Ego vero Tibi cum confesco, cum quod omnium callentissimus harum rerum arbiter sis, tum ut gratum Tibi animum tester, qui ex Tuis divitiis museum nostrum non mediocriter ornasti. Habemus jam alias ejusmodi lapidum delineationes, sed omnes facile huic cedunt. Est vero hic lapis ex fissilium nigricantium genere, quos vernacula Schiefer appellamus. In longitudinem 2 ped. Rom. vet. & 8 poll. extenditur. Medium secat animalis spina dorsi, cum reliquis tenuium costarum, cujus omnes articuli facile distinguuntur.

M. Apr. pag. 188.

Longitudo Lapidis ped: 2. poll. 8.
Latitudo. ped: 1. poll. $5\frac{1}{2}$.



scuntur; (a. a. a.) conspicua est nigredine sua, eaque reliqui lapidis colorem vincit. Alicubi tamen (da) dissecto lapide excussa fuerunt ossium fragmenta: idque in lapide prodit coloris diversitas. Qua in caput desit, abruptus est lapis, ita ut pars tantum capitis (f) conspicatur. Forte & in intima parte nonnulla desunt. Agnosces praeterea ossa scapulae duo, (bb) & tres pedes, (ccc) quorum singuli in 5 digitorum secantur, digiti singuli in 4 articulos. In uno tamen 5 articulos discernere datur. Penes caput alia figura conspicitur, (g) quam spinam caudae piscis cuiusdam interpretor, quem in eandem cum hoc scelero massam casum coniecit. Ceterum superficiem lapidis violavit passim ferrum fossoris, quas notas lit. b: indicat.

NOVA VARIORUM SCRIPTORUM COLLECTIO, tam editorum, quam ineditorum, rariorum etiam, & recens elaboratorum, quae omnia integra dantur.

Fasciculus I, II & III.

Halae, ex officina Kengeriana 1716, 1717, 8.

Alph. 3 plāg. 9.

PROdiit jam antea Halae Librorum rariorum Collectio, cujus Fasciculos III ab H. A. Groschupfio primum editos, quartumque & quintum postea a Godofredo Tilgnero, superiori anno apud nos tristi aulo xepia extincto, superadditos fuisse, publice constat. Hujus continuationem quamvis intermittere postea decreverit Bibliopola, visum tamen fuit hoc institutum aliis dignum, quod promoveretur. Nova ergo nunc collectio, diversa tamen paulo ratione, prodire coepit. Cum enim antiqua monumenta typis denuo exscripta moderni seculi curiositati minus satisfaciant, non antiqua tantum, sed recentia etiam, vel nondum edita, vel a viris saltem fama notis, & haud pridem mortuis, vel adhuc viventibus elaborata huic collectioni inserere constitutum est. Neque tantum Germanorum sed & exterorum eruditorum libelli breviores, dissertationes item academicæ, aut nondum editae lucubrationes, tum & quæ ex omnibus eruditionis partibus

Aa 3;

ido.

idonea videbuntur, locum hic invenient. Rogantur itaq; cujus-
 cunque ordinis eruditi, ut symbolas conferre haud dedignentur.
 Nos jam Fasciculos tres priores haecenus editos leviter perlus-
 travimus. Primum in primo fasciculo locum occupant Joh. Phil.
 Heinii, in Gymnasio Halensi P. P. observationes sacræ, ex qui-
 bus nonnulla afferre operæ pretium duximus. Prima observa-
 tione loco Gen. III, 22 lux affunditur. Ironiæ specimen aut
 sarcasum in hisce verbis adhibuisse Deum, prorsus negatur,
 hæc eorum versione substituta: Dixit Jehovah Deus: Ecce Ada-
 mus erat instar unius nostrum, donec cognovit bonum & ma-
 lum. Probatür ista interpretatio ex vocum Hebræarum natura,
 quandoquidem vox דָּמָה non factus est sed fuit, & in vocabulo
 מְדָה præfixum הַ per usque dum, donec exponi possunt. Capite
 observationum secundo de etymo Ægypti, tertio de causa addu-
 ctorum Adamo animantium, quarto de ara Mosaica exteriore
 agitur. Quinta observatio probat, Cadytin, magnam Syriæ ur-
 bem, utique esse Hierosolimam. Mentionem ejus fecerat He-
 rodotus L. II. c. 159 & L. III c. 5, qui locus diversimode ab erudi-
 tis fuit expositus. Simsonius sub hoc nomine urbem Carche-
 min, Clericus Kedesch Galilææ, Perizonius Kedesch Barneam,
 Relandus Gath latitare sibi persuadent. Singulas vero eorum
 rationes argumentis non ineptis rejicit Autor, unice hoc nomen
 de urbe Hierosolyma explicans. Amplexi sunt jam ante eum
 docti quidam interpretes istam sententiam, quorum vestigia pre-
 mit, additis autorum qui idem sentire videntur, locis. Capite
 6 Judæorum in antiquitatibus imperitiam, eorundemque
 crassissima mendacia detegere, scriptaque hujus gentis suspecta
 reddere allaborat. Secundum in hoc fasciculo locum tenet
 Hermannii Conringii assertio juris Moguntini in coronandis Re-
 gibus Romanorum. Cum enim anno 1653 Ferdinando IV Ro-
 manorum Regi diadema imponendum esset, non levis inter Co-
 loniensem & Moguntinum Electores de eo oriebatur contro-
 versia, utri hoc potissimum jus competeret. Et quamvis iste
 actus a Moguntino tum exerceretur, scriptis tamen inde de jure
 disputatum est. Hac etiam occasione præsens Conringii opuscu-
 lum

lum prodit, quo asserere allaborat, istud jus Moguntino ratione Primatus, quo in Germania gaudet, non posse non esse proprium. Sequitur hoc scriptum docti C. Sagittarii Diss. quam de nomine Westphalix Jenæ 1686 habuit, qua docet, Westphaliam idem esse ac Westwaldiam, *Westenwald*. Agmen tandem binæ Fr. Florentis dissertationes claudunt, quarum una originem & auctoritatem juris canonici exponit, altera vero methodum & auctoritatem collectionis Gratiani tradit. Alter fasciculus J. P. Heinii secundum observationum sacrarum librum primo loco offert, ubi de Saulis ætate, ænei maris diametro, Judæorum erroribus, Azazelis appellatione & Ononycheto nonnulla disputantur. Pergit Clariss. Autor in manifestandis Judæorum circa sacras antiquitates erroribus, atque inter alia de hircu Azazel quædam eorum figmenta explodit. Scilicet in eo quid vox Azazel significet, non consentiunt eruditi. Judæi per istud nomen Diabolum, Abarbenel populum Israeliticum rebellem, alij montem, unde hircus emissarius præceps dabatur, Bochartus locum desertum, Deylingius locum in desertis Arabicis intelligunt. Horum quidem expositionibus rejectis, eorum subscribit sententiæ Autor, qui existimant, Azazelem ipsum esse hircum emissarium. Hanc vero sententiam ut tueatur, principem locum Levit. XVI, 8: *Et dabit Aaron super duos hircos גורלות sortes. Sors una ליהמה, Lajehovah; sors altera לעזאזל Laazazel*; ita exponit: *Aaron dabit (ponet) sortes super duos hircos: Sors una (seu schedula in qua sors notata erat) inscriptum habeat vocabulum, ליהמה, Domino. Sorti alteri inscriptum esto: לעזאזל Laazazel*. Videtur enim Deus pro numero hircorum schedulas duas parari voluisse, quibus schedulis fors diversa & fatum hircorum inscriptum erat. Alteri harum schedularum insculptum erat Azazelis nomen, & hoc indicabat, sortem illam super utrum tragorum ceciderit, esse hirci abeuntis, quo ille in desertum emittendus constituebatur. Hac explicatione varie illustrata, scrupulum, quem versus ejusdem capitis 10 injicere videtur, tollere molitur. Videbatur enim in isto versu per Azazelem clarissime aliud quid indicari, quam caper ipse. Ver-

ba

be ita se habent: *Hircus alter, cui fors Laazazel obvenit, vivus coram Domino sistatur & emittatur* חִרְצוֹן in desertum. Nihil tamen minus Autor ostendit, hircum ab Azazele non nisi nomine distare, adeoque duplici modo respondet: primo ḥ esse pleonasticum & notam Dativi; secundo quoniam nominibus Hebræorum propriis ḥ sæpe ab initio apponatur, hirco emissario nomen quasi proprium fuisse impositum Laazazel, & ḥ suam significationem hac ratione amittere, tertio esse verbum substantivum omissum, quod si forte hunc in modum substituatur חִרְצוֹן לְהִירְצוֹת nihil quod sit obscurum, hoc in loco restare. Ultima hujus fasciculi observatio in veram lectionem Ononychoti idoli apud Tertullianum Christianis afficti inquirat. Isle enim de eo in Apologetici Cap. XVI hæc scribit: *Nova jam Dei nostri in ista civitate proxime editio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum ejusmodi inscriptione: DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITES. Is erat auribus asininis, altero pede unguulatus, librum gestans & togatus. Risimus & nomen & formam.* Exercuit hic locus hætenus eruditos hujus Patris interpretes, quorum nimirum Cl. Autor tredecim conjecturas affert. Omnes vero istas a scopo abluere, multis rationibus evincit, tandemque suam addit sententiam. Substituit pro ononychite ὄνονυχῶλος, vocabulum conflatum ex, ὄνος asinus οὖζ unguula, ἄς, ἄρος auris; quæ vox cum vulgari lectione convenit, & in formatione nihil habet anomali. Ea vero omnia ut lectoris disquisitioni melius pateant, idoli a Tertulliano descripti effigiem æri insculpi curavit. Altera fasciculi pars complectitur priorem partem libri rarioris, quem Paganinus Gaudentius de Philosophiæ apud Romanos initio & progressu docte conscripsit, cujus vix opus fuerit specimina afferre, quod liber eruditis jam pridem innotuit. Pari ratione altera hujus libelli parte, quæ tertium harum Observationum Fasciculum absolvit, recensenda facile superfedebimus.

ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsiæ
Calendis Maji Anno MDCCXVIII.*

**JURISPRUDENTIA VETUS ANTE-JUSTINI-
anea, qua continentur quæ supersunt ex CASI Institutionum
Libris IV, JULII PAULI sententiarum receptarum ad Fili-
um V, & fragmentum ex Institutionum Lib. II, Tituli ex cor-
pore ULPIANI XXIX, Codicis Gregoriani & Codicis Her-
mogeniani Fragmenta, quæ inventa hæcenus fuere, omnia,
Mosaicarum & Romanarum legum Collatio, Consultatio
Veteris cujusdam JGi, PAPIANI responsorum Liber, DO-
SITHEI Magistri Liber III, continens sententias D. Adriani
Imp. cum Commentariis, Notis & Interpretationibus Viro-
rum doctorum integris; ex recensione & cum notis ANTO-
NII SCHULTINGII, Job. Fil. JC. & Antecessoris Lugd.
Bat. cujus & Orationes duæ ad veterem Jurispruden-
tiam pertinentes accedunt.**

Lugduni Bat. apud Jo. van de Linden, juniorem, 1717, 4.

Alph. 6.

DEbemus igitur tandem editionem operis hujus ele-
gantissimi, tot annos pressi, curis præcipue D. Gerardi
Noodt, qui gloria doctrinæ & Jurisprudentiæ nulli est
secundus, negotiumque hoc apud Clarissimum JC.
D. Antonium Schultingium, Cognatum hunc suum & Colle-
gam, imprimis urserat, & nunc de letissimo successu consilio-
rum suorum sibi pariter ac toti reipublicæ literariæ impense gra-
tulabitur. De Alarico, Wisigothorum Rege in partibus Gal-
liæ trans Liguriam atque Hispaniæ, deque Gojarico, Comite illi-
us ac quodam veluti Triboniano, atque Aniano tandem, Viro
spectabili, conservatoribus præcorum fragmentorum Juris,
omnem nobis dicendi causam præcipit excitator cupido, sta-

Bb

tiam

- tim ingrediendi in interiora operis ipsius. Nam nec de interpretibus Caji recentioribus, Hieronymo Aleandro & Jacobo Oiselio, quidquam hic præmittendum duximus, qui copia doctrinarum, quas ubique spirant hi libri, tantum non obruuntur. Secure affirmabant illi: omnes populos legibus moribusve vivere.
- P. 2. D. Schultingius autem statim monstrat, non id dixisse Cajum, sed exclusisse populos reliquos, quibus sola Principum arbitria pro legibus sunt, vel ex optimatum etiam voluntate gubernantur. *Omnes, inquit, illi populi, qui legibus & moribus reguntur, illi etiam partim suo proprio, partim communi hominum jure utantur: sed non omnes in universum. Neque etiam Jus Romanum non scriptum, quod solo usu constat, a Lacedæmonibus derivari. Horum enim ἔννεκεν nitebantur expressa autoritate Lycurgi, & accedebant adeo magis ad jus scriptum. Rhetras vocavit Latinus Plutarchi interpres, neq; exhaustit mentem scriptoris, ἔννεκεν ἀνόμοισιν, ὡς παρὰ τῷ θεῷ νομιζόμενα καὶ χερσὶ μὲν ὄντα, quasi a Deo sancitas leges & oracula.* Idem Aleander videbatur sibi ritus manumissionis recte absolvisse. Noster autem: *ferri non potest*, quod existimat, servum libertatem eo ipso vindicasse, quod dominus apud magistratum dixisset se velle hunc liberum esse. Non enim potuisse servum aliquid in jure dicere aut vindicare. Alia dixisse Prætozem, alia addixisse: ad ultima hæc pertinuisse cessionem in jure.
12. Cedebantur res & jura nostra, sed inter illas res non erat libertas personalis. Iterum Aleander dixerat non pauca de lege Junia Norbana, & de Latinis Junianis ad differentiam Latinorum Colonariorum; Noster vero, *multa*, inquit *notavit hic Aleander, qua nec ipse forte satis intellexit, nec studiosi erunt facilia, & quæ sequuntur.* Cumque iste attulisset Latina verba ex Dosithei fragmento, docet Noster, rectius se habere Græca, quæ ex Salmasio prostant infra p. 805, & mox recitantur ab Oiselio.
13. p. 14. Aleander Italus ediderat notas ad Cajum Venetiis, 1601, Vitamque ejus perscripsit Jan. Nic. Erythræus, *Pinacoth. part. I p. 45.* Post mortem illius præmaturam, demum 1656 sequebantur commentarii Oiselij, JC. Batavi, ad eundem Cajum. Sed ille Aleandri editionem non viderat, nec ullum exemplar poterat nancisci. Itaque dum penter alterius libros cognovit, nec
17. legit,

legit, in utroque desiderat eo plura, ac subinde illos vellicat Noster. Sic negat contra Ofselium, de numero manumittendorum fuisse legem tam antiquam, latam scil. ceu ille cum Rævar-
do contenderat, A. U. C. lxxxvi. Ante Dionysium Halicarnas-
fensem id non esse factum, qui de nimio abusu manumissionum
ac nullo tunc jure coercito, adhuc conqueritur, remediumque
a Censuribus vel Consulibus exoptat, *Lib. IV c. 24.* Is vero cum
scripserit demum anno lxxxlv, non sine ratione legis Caninæ
originem collocari in annum lxxxii, quo Caninius Gallus Consul
suffectus erat. Quis huic additus, Augustoque suffectus fuerit,
in fastis non apparere. Circa hoc tempus latam etiam legem
Æliam Sentiam, anno lxxxvi. Si ita adscripta testamento fue-
rit manumissio servorum, *i. e. in circulo*, ut qui prior, qui poste-
rior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem va-
lere, ait Cæjus. Aleander & Ofselius illa verba, *i. e. in circulo*,
Aniani esse existimant, & non suo loco inculcata. Confundi
nomina, si scribantur in orbe tereti, vel triangulari vel alia figu-
ra: qua non apparet quis prior quis posterior sit. Noster con-
tra: forte & ista verba esse ab ipso Cæjo, sed ordinem verborum
invertisse Anianum. Commodius sequi hoc modo: *Si non possit
agnosci, id est, si manumissio adscripta fuerit in circulo, nulli va-
lere.* Ita vero non manumitti confuset. Et si enim in circulo
non appareat, quis prior quis posterior sit, discrete tamen nomi-
nantur singuli. Si igitur justus numerus etiam observatus sit,
omnes unanimituntur; hoc casu enim sufficit, certos esse &
nominatos. Non distinguere hæc Merillium. Nec pertinere
huc Inscriptionem Oxoniensem, a Seldeno & Jac. Gothofredo
allatam, quorum sententiam recte improbet Reinesius noster,
class. 1 Inscript. 108. Notantur præterea Wowerius & Mauffae-
cus. Ultima verba: *si agnosci non potest, qui prior &c.* quia his
occurrunt, expungi volebat Aleander. Tolerat tamen ea Cl.
Schultingius: forendum enim hoc esse in Aniano, idque alibi et-
iam ab ipso fieri. Nunc autem omissum ab eo arbitratu Noster
rojus vel facultas, in his: *sed distringendi in servos dominis pro-
sua potestate permittitur;* aut dicere debuisset, *distringere.* Mens
tamen Aniani aperta. Dixerat, in potestate dominorum esse

p. 24.

26.

29.

- fervos. Et hanc potestatem habere omnes gentes. Sed per-
 mitteri dominis distringendi in fervos tantum (tertia vice hic no-
 lebat dicere, *iur vel facultatem*;) scripsit tamen, permitti illis
 distringendi *pro sua potestate*, non etiam occidendi licentiam.
 Minus utique concinne. Ergo & hoc in eo ferendum. Per Di-
 vum Antoninum in his verbis Caji intelligebat Alexander Mar-
 cium Antoninum, L. Veri fratrem. At illa constitutio de non
 occidendis sine causa servis diserte adscribitur Antonino Pio.
30. Jam ab utroque dissentit Noster. Verba enim: *legitima sunt
 nuptia, si nuptiis interveniantibus, vel consensu* &c. non videri
 Caji esse sed Aniani; uti jam olim censuerit P. Faber. Caji tem-
 pore vel per in manum conventionem, vel sine ea inibantur
 nuptiæ. Posterioris generis erant frequentiores. Ac voluisse
 Tribonianum prioris vix ulla extare vestigia in Digestis & Co-
 dice, animadvertit Schultingius. Oiselum iterum stringit circa
 legem Hebræorum, *Deuter. XXV, 5*, Viduam fratris a superstite
 plane ducendam fuisse, citra libertatem dotandi. Sic enim fie-
 ret uxor *יְתוּ אִשְׁתֵּי*, LXX *μη ἐγγύζουσι*, sed *ἀδελφίας*, uti vertit
 vocem Hebræam Aquila & Theodotio alibi. Montsfaucou
Hexapl. Orig. b. l. f. 189. Dixerat Oiselius, adoptionem esse
 actum legitimum sive legis actionem. Noster: adoptio quidem
 in specie est legis actio, & pertinet adeo ad actus jurisdictionis
 voluntariæ. Ab illis autem differunt actus legitimi, sive solennia
 negotia. Arrogatio ad jurisdictionem non pertinet, sed su-
 preme potestatis auctoritatem desiderat. Iterum Oiselius defen-
 di putabat lectionem pr. l. quib. mod. jus patr. pot. solv. ex Caji
 Tit. 6, neque adeo, *per emancipationem*, glossæ videri. Forte
 Tribonianum verba hæc sumxisse ex Cajo. Noster contra: non
 sine causa abesse illa a veteribus libris. Nec vero ab simile, ali-
 quem illa adjecisse ex Nov. 81, 2. Cajum autem etiam aliorum
 modorum tollendi mentionem forte fecisse. Generalius etiam
 conceptum §. 1. *de hered. qual. & diff.* Quid ergo, *inquit*, labo-
 ramus in defendendis verbis, quæ sensum faciunt pejorem, nec
 certæ sunt auctoritatis. Paulo post Alexander male dicitur ac-
 cepisse L. 6 C. de sent. pass. de simplici restitutione, ubi filius
 remanet sui juris. Reversa illam esse plenam, quia absque re-
 stric-

friffione indulgetur, *L. ult. d. t.* & reducit filium in potestatem
 patris. Ibidem Oifelius verba : *si pater in exilium missus fuerit,* P. 47.
 habuit pro genuinis Caji ; Noster autem veretur , ne hæc exili
 mentio fit ab Aniano. Cajum locutum forte de interdictione
 aquæ & ignis, vel saltem de deportatione. Locum Suetonii de
 Julio Cæsare etiam Hofmanno citari, sed nihil facere ad depor
 tationem hanc. Nam hanc Cæsari fuisse incognitam, & Augusto
 demum deberi. Idem Oifelius dixerat, testamentum a filio con
 ditum patre apud hostes adhuc vivente & illic postea moriente,
 valiturum, ex mente Papiniani, tanquam a patre familias fa
 ctum, *L. penult. D. de suis & leg. hered.* Quid audio ? inquit hic
 Noster. Certe illud tantum docuisse Papinianum, patrem illic
 morientem habiturum heredem ; postquam de morte ipsius
 constabit, ab intestato. Filius ergo de morte patris nondum cer
 tus, non erat patria potestate in plenum liberatus, nec status ad
 hæc sui conscius, nec sciebat, se esse patrem familias. Dubitans
 autem de statu non potest testari. Nunc Aleandrum laudat etiam
 Schultingius, quod præclarum Caji fragmentum ex Boethio
 collocaverit non alibi, quam hic libro primo Caji. Contium,
 & Oifelium retulisse id ad librum secundum & finem tit. 1. Sed 50.
 & ibi tamen non negat Noster, Cajum nonnulla de mancipatione,
 de qua antea egerat, tradidisse, quæ interciderint cum aliis. Ani
 anum enim hæc omnia omisisse, tanquam ipsius ævo & illis mo
 ribus inusitate. Post laudem istam notatio statim quædam
 sequitur. Dicebat Alexander, ex jure Quiritium acquisitum fuisse
 tribus tantum modis, mancipatione, in jure cessione, usucapione.
 Credo, ait Noster, id hausisse illum ex Ulpiano Tit. 1 §. 16 (p. 52.
 567) sed ibi non negari, rem traditam aliis quoque modis 53.
 transire posse in dominium Quiritarium. Neque ceteros me
 dos solemnitate mancipationis comprehendî. Nam aditio he
 reditatis, vel cretio, & acquisitio hereditatis ab intestato, emptio
 sub coram, & sectio bonorum, quæ publice veneunt, quid ha
 beant commune cum mancipatione, vellem, *inquit,* explicatum
 ille dedisset ; Manceps quoque : (qui Festo ita dicitur, *quod ma
 nus capiatur*) ubi Cl. Dacerius *capitur.* Ante Dacerium etiam
 Joseph. Scaliger, ab ipsomet Dacerio allatus, Vossius emenda
 bat

bat: *mancipium, quod manu capiatur*. Etymol. f. 307. Oisellus verba Caji legerat ex Salmasii correctione, *is qui mancipio accipit, et tenens ita dicit*. Noster: non dubitavi quoque ego hanc

P. 52.
53. Salmasii lectionem in contextum admittere. Verum in *L. 4 D. de cuius*. constanter retinet, qui *mancipium* vendidit. Saepe quidem dicere veteres res mancipio datas & acceptas, illas autem lectiones, *mancipio vendere & emere*, nulla autoritate adstrui. Pro, *et tenens*, Jacobus de Ravani apud Boethium in verbis Caji deprehendit, *rem tenens*. Nec damnat hoc Noster, eum tamen qui mancipio accipiebat, *res quoque ait ostendisse*, cum diceret, *is mihi emptus est hoc ars*. Et hoc in loco codicem Boethii, quo usus est Ravani, rectiorem videri fuisse, quam nostros vulgatos. Jacobum illum expressisse Cynum ad *L. un. C. de usufructu transform.* Ubi eximie laudat Noster Virum Ampliss. Corn. van Bynckershoek, quod locum hunc Cyni ipsi indicasset. Quis crederet, Cynum sollicito legisse *Boethium* (ut coetior esset de verbis Caji,) *ad Ciceronis libros Topicorum?* aut quis credat, Jacobum de Ravani gloriari, quod illam lectionem, *rem tenens*, viderit in libris Caji? Nunc vero doctissimus Saxo Frider. Brummerus, qui de mancipatione in donatione olim adhibita ex professo egit *ad leg. Cinc. c. 24.* & inscriptiones aliquas Gruterianas attulit, tum hic tum alibi saepius laudatur Nostro. Nam & ubi non consentit ei per omnia, cum elogio nominatum invenimus. Oisellus observaverat, intervenisse in mancipationibus festerrium nummum unum, *assum quatuor*. Sed in veteri inscriptione Urbis Romae & apud Vitruvium ultima illa non repererat. Sola restabat formula, *L. ult. C. de donat.* Brummerus ergo cum Hotomanno eam glossae tribuebat. Non tamen, ait Noster, illa autem plane damnare; extant enim in ipsis Basilicis, *τέτταρα εἰς τὸν τριτάτον τεσσαράων*. Nihil hic de festerrio. Isidorus autem scholiastes, *δωρεμαί σοι τὸδε τὸ τετταρα festerrio numo uno assum quatuor*. Non negaret hic Brummerus, *ἕδος* illud quondam obtinuisse in donationibus. Id vero negat, fuisse partem formulae donationibus mancipi propriae individuum. Justinianus etiam id non asseruit, neque eam sustulit omnino, sed effectum *ἀπορίσθημα*, sive adesset sive abesset, tribui toti formulae noluit, neque

neque adeo illius appendici, *assum quatuor*. Nemo enim nescit, fessertium quatuor asses continuisse. Quid sit *antestari*, non definit Noster, ac dubitat, an rectius dicatur, facere testes, an vero convocare testes. Coincidere sane hæc videntur. Cum enim septem requirerentur cives Romani ad hunc actum solemnem, Libripens stateram tenebat, antestatus curam gesserat invocandi & rogandi testes, vel convocandi; imo impetrandi etiam ab iis, ut vellent testium personam suscipere. Dicitur hoc etiam præparare testes & destinare, & cum iis hæcenus velut contrahere, eosque adeo denique, si velint, facere testes. Invitum enim cogere non licebat privata autoritate. Hinc illud, *licetne antestari?* si respondisset, *licet*, jam siverat se antestari, nec poterat amplius præsentiam declinare. Impubes ergo nec libripens esse poterat, nec antestari. Nec impedit, testem jam rogatum, & qui negotium hoc in se receperat, vocari quandoque itidem antestatum, *aurum antestati tangito*. Antecedit enim, *antestatus* manum injicito, h. e. ubi repereris prius aliquem qui testis esse velit, tunc adversarium reluctantem & invitum in jus trahe. Ita concurret significatio activa & passiva in vocabulo antiquo. Non alia est mens Brummeri, Merillii, Salmasii, aliorumque. Neque alia vox, *amtestari*, & *antestari*; sed antiquior tantum scriptura in priori. Properandum nobis est ad alia. Oiselim enim circa lectionem L. 10 §. 2 D. de testam. tut. redarguit Noster: *cogit me*, inquit, *notæ ipsius satis proluxæ aliam addere longiorem, quam vellem alioquin*. Sed & de curatione furiosi aut prodigi, ad quam Lex XII Tab. agnatum vocat, si illis custos non esset, vel saltem esse non possit alius, cum eodem Oiselio disputat sub finem Libri primi Institutionum Caji. Eundem nunc ad Julii Pauli sententias receptas. Exemplum sententiæ primæ attulit Cujacius: *ut ecce de adulterio nec pacisci licet, nec transigere*. Giphanius contra sententiam hanc non credebat esse Pauli. Ab utroque discedit Noster. Quod enim de eriminibus dicat Cujacius, non esse hujus loci; nam ibi transigere & pacisci, révera non esse litem dirimere, ut remedium aliquod juris inde nascatur, sed adversarium corrumpere. Quod plene ostenderit celeberrimus JC. Gerardus Noodt in *Diocletiano & Maximiano*. Ostendere is

p. 58.

64.

67.

218.

con.

- conatur ibi c. 8, ex mente Ulpiani non concedi reo transigendi facultatem cum accusatore, ut transactio effectum legis habeat; sed ignosci tantum reo, quod eum corrumpit. Principum Decreto benignam interpretationem postea insecutam, ut pecunia accusatori data non criminis conscientia data existimetur. Nec posse accusationem a corrupto iterum repeti, c. 10, sed reum tamen ab aliis accusari: neque magistratum prohiberi, inquisitione uti, si nullus sit alius accusator. c. 11. Quæ omnia si quis reputet, videbit, supplementum ex eodem Diocletiano & Maximiano necessario annexendum esse ad opinionem Pauli. Regulam sententiamve secundam retinuit quidem Noster: sed addit, latius eam exponere ante laudatum D. Noodt *de Jurisdic. & Imp. Lib. l. c. 13*. Exceptio a Prætoribus postulatâ tempore Pauli opus non fuisse in judiciis bonæ fidei, quo pertinet Ejusdem c. XI *de Pact. & Transact.* Neque tamen ideo subsistit hic Noster. *Vereor*, inquit, *ne illa quatuor verba ab initio sententia cohaerens alii sententia præcedenti, qua hodie caremus. His rejectis*, optimus & verissimus erit sensus sententiæ in reliquis. Omne enim pactum tollitur pacto posteriore. Quatuor autem illa verba sunt: *in bonæ fidei contractibus*. De calumniatoribus pergit Anianus: *quis apud cinctos* aut privatos iudices &c. *Cinctos* exaudiunt Sirmondus & Salmasius de solis magistratibus militaribus. Noster ex mente Aniani, de aliis quoque. Ita *præcincti ex jure*, quibus aliquid defert cinguli autoritas. *L. 3 C. Theod. de postul.* Abire tamen hanc interpretationem Aniani a verbis Pauli. **235.** Publica enim judicia sunt quæ veniunt ex legibus publicorum iudiciorum, non, quæ apud magistratus peraguntur. Vis est major rei impetus. Cujacius mallet, *majoris* rei impetus: quomodo Græci *μεγάλη πρόγυμνος επίλευσις*. Nec repugnat Rittershusius, ob *L. 2 D. quod met. caus.* Hic Noster: ego non video causam, cur non utrumque defendi possit. Certe *impetus* non exhaurit *ἐπίλευσιν*. Talis est, si armati subito ingrediantur fundum meum, ac inopinanti superveniant, adeoque presentissimus sit impetus. *L. 9 pr. quod metus caus.* Similis est *ἐπίλευσις*, *ὅσα μηδὲν αἰσχροῦ ὑποστῆ αἰσῆς, ἢ γυνῆ, ἢ τέκνον.* *L. 8 §. 2 d. 1.* Ubi Paulus valde expressit religionem menti nostræ inscriptam: *quis*

quia viris bonis iste metus major, quam mortis, esse debet. Minorem adversus distractiones pignorum, quæ pater obligaverat, restitui in integrum posse, si non ita, ut oportuit, a creditore distracta sint, videtur Paulus docuisse. Eique ad stipulari Cujacius. Cl. Schultingius autem, *quo*, inquit, *obstant.* Ipso jure res minori est salva, si distractio non rite sit facta. Deinde nihil cum minore gestum dicitur, sed cum patre. Et concludit, *vercor, ne male contraxerit Anianus, qua distinctius exposuerat Paulus.*

p. 240.

Torqueri in alium non potest, ait Paulus, qui de se confessus est. Cujacius, Giphanius, Hotmanus, extendunt hoc ad confessos quocunque tandem modo, sive sponte, sive per tormenta. De convictis posse haberi quæstionem in alios. Sed ostendit Noster, etiam de sua sponte confessis id procedere. Quibus invitis enim extorta est confessio, hujam maxime adacti sunt ad desperationem, & naturali quodam deploratæ mentis affectu, moriantibus gratissimum est, commori. Rittershusius opponit L. 29. D. de pen. Respondet Noster, eam in genere loqui de damnantis ultimo supplicio & quæstionem præsentem non tangere. Ait

245.

Paulus: *cum, qui apud Acta exhibiturum se quem promissit, ad exhibendum cogitur.* Charondas, *cum quis.* Barthius, eques Saxo, defendit, *cum;* sumi enim pro, *si.* Noster: malo subintelligi, *quod ad eum, vel simile*, laudans de accusativis in initio periodorum absolutis Jac. Perizonium. Transpositio etiam tentari potest: *Qui exhibiturum se apud Acta quem promissit, ad exhibendum cum cogitur.* Iterum Paulus, *si quadrupes pauperiem fecerit — quod etiam lege Pesulania de cane cavetur:* Cujacius alibi invenit *Pesulania.* Ipse mavult, *Solonia*, intelligens legem Solonis. Quod placuit Ant. Augustino; quodque in contextum admisit Rittershusius. Dissentit Noster: nec enim videri Paulum in his fundamentis Juris breviter tradendis adducere legem Græci legislatoris. Recte id alibi fecisset Cajum, quum ex professo interpretaretur Leges XII Tab. inter quas erant aliquæ ex Solone hæstæ. Fieri etiam potuisse, ut lex Pesulania de canibus dedendis aliquid caverit, quæ non extat. Qui corpus perpetuæ sepulturæ traditum nudaverit & Solis radijs ostenderit, piaculum committit. Manifestam hic imitationem Phocylidis

246.

253.

262.

dis cum Cujacio agnovit Rittershufius *μηδ' αὐτὰρὰ δελζῆς ἡελίω.*
 Noster autem ex penu literaturæ suæ: idem quidem dici in illis
 versibus, non tamen ad illos respexisse Paulum. Carmina hodie-
 ra, quæ dicuntur Phocylidis, non esse antiquissimi illius Poetæ;
 sed recentis scriptoris & quidem Christiani, quod demonstraverit
 Joh. Scaliger *ad Euseb. n. 2480.* Multos judicium Scaligeri
 secutos esse, fatetur Cl. Fabricius noster *Lib. 2 Biblioth. Græc. c.*
XI. Sed non adeo multa videre se in hoc nostro carmine, quæ
 non potuerint scribi ab Ethnico æque atque a Judæo vel Christi-
 ano, puta de morticinio, &c. p. 437. Nobis sufficit, Phocylidem
 non scripsisse Carmen Heroicum perpetuum sed breves *ὑνά-
 μους*, exemplo Theognidis & aliorum veterum gnomologo-
 rum. Vestigium lectionis hujus occurrere in Novella Valen-
 tiniani de sepulturis, monuit Schultingius, *monstrari celo corpo-
 rum reliquias humatorum.* Æque est erudita, quæ statim sequitur,
 observatio ejusdem ad ista verba Tit. XXI: emptor non habet jus
 inferre mortuum in locis religiosis. Ad præcavendum enim
 omne incommodum excipi in venditionibus, si quid sacri sit aut
 religiosi, ut, si venditor iter ad sepulchra sibi excipiat, *L. 5 D. de
 sepulchr. viat.* Erat vero aditus ille necessarius etiam ad hono-
 res defunctis habendos, dandasque inferias, ceu notat Basilico-
 rum Scholiastes, *ibid.* Passim res rei mentio in antiquis lapidi-
 bus & monumentis, apud Cujacium; Salmasium & Casaubonum
 ad Capitolini Marcum Antoninum, c. 3, & Wilh. Goesium ad
 Siculum Flavum *de conditionibus agror. p. 132.* Ante oculos vide-
 tur hic habuisse Noster forte etiam Brummetum *ad L. Cinciam
 c. XIV p. 226 seqq.* ubi inscriptio illa celebris, *Et sic ad id monu-
 mentum itum, ambitum, adque haustum cessit.* Horum cessio
 prudenter conjungitur donationi monumenti, quia sine illis
 inutile sit, *d. l. 5.* Ibidem extant verba Capitolini in Marco, *quod
 sepulchra magistrorum suorum aditu, hostii, floribus semper or-
 narit.* Ubi vide, *inquit*, notas Salmasii & Casauboni. De jure
 aquæ-haustus esse inscriptionem Veronensem apud Cujacium
 Lib. 13 observ. c. 36, *ac jus ad putrum haustus aque.* Scilicet pro-
 pter usum aquæ, quam in inferiis seu sacrificiis mortuorum libare
 solebant, quamque Romani *arferiam* vel *adferiam* teste Festo

voce

B. 263.

vocabant. Ubi Joseph. Scaliger, ὕδαρ, τὸ ἐπὶ τῶν νεκροῖς σπιν-
 δόμενον, ex glossis veterum. Etiam lac, mel, vinum, & quæcun-
 que mortuis libabantur, *arseria* ab *adscrenda* dicta sunt, Daceri-
 us. Poterat ergo Brumnesus tuto ibi scribere, *aditum, ambitum,*
aqua haustum. Sed nobis hæc omnia dicuntur ob textum nota-
 bilem Modestini, *L. 44 D. de manum. testam.* Saccus, *inquit,* ser-
 vus meus & Eutychia, & Hirene, omnes sub hac conditione li-
 beri sunt, *ut monumento meo alternis mensibus lucernam accen-
 dant, & solemnia mortis peragant.* Appendebatur lucerna vel
 parvus lychnuchus busto, *σῆλη ταΦοεδῆ,* (in quo nomen de-
 functi scriptum) οἷον ἐν τοῖς μνημείοις κρεμάννεται. Dio Xiphi-
 lini de Domitiano f. 233. Julius Pollux ad *θεράπειαν* defuncto-
 rum καὶ τὰ νονομισμένα, retulit etiam, *Τριακοντάδας.* Lib. 3 c. 19
 & Lib. 18 c. 14. Finit Cl. Schultingius Pauli Librum I erudita alia
 observatione ad verba ista: *qui luget, abstinere debet ab ornamen-
 tis, purpura, & alba veste.* Firmat hæc locus Lactantii, *inquit,*
de mortib. persecut. c. 39, ubi vidua Augusta, quod tempus luctus
 nondum esset completum, in atris vestibus. Sed Plutarchi &
 Herodiani loca doctioribus cogitanda relinquit. Plutarchus con-
 cedit, viros in luctu gerere vestes atratas; & Herodianus perin-
 de. De mulieribus quæritur. Mens legis erat, etiam mulieres
 abstinere debere ab omnibus ornamentis, & purpura & alba ve-
 ste, in quantum purpura & alba vestis inter ornamenta referun-
 tur, & luctui repugnant. Plutarchus autem tota illa quæstione
 ostendere voluit, non pugnare omnem album colorem cum lu-
 ctu. *Nam & defuncti cadaver,* *inquit involvunt tegmine albo,* non
 pretioso sane, & ad ornatum faciente, sed tali, quod sit *λευτόν καὶ*
ἀπλῆν, vile omnino & simplex. Id vero omnium maxime deceo
luctum, τὸ μὲν λευτόν ἐν τέτοις μάλισσά καὶ τὸ ἀπλῆν πρέπει. Ad-
 dit Plutarchus rationem aliam, sed quasi rhetoricam. Omnia
 quæ colore infecta sunt, luxum & studium rerum inutilium ar-
 guunt; etiam nigra. Nam & hoc, quod ex se tale est, non qui-
 dem arte, sed tamen natura tinctum est καὶ μεμωγμένον τῷ σκια-
 δενέεινται. Non loquitur ergo Plutarchus iudicio legis & po-
 puli, qui ad ista sublimia non ascendit, sed philosophiæ suæ. So-
 lum album, pergit, optime convenit iis, qui sepeliuntur adeoque

P. 266.

& luctui. Nam & mortuus ipse factus est aliquid simplex & impermixtum & purum, omnisque ejus, quod ab arte est, expers, atque adeo nihil aliud, quam aliquid ab eo corpore separatum, quod erat ceu veneno indelebili imbutum ac tinctum. Xylander, vel Herm. Crusérius, *liberatus est a corpore, tanquam succo colorem inducente*. Tum vero de mulieribus, quæ circa defunctum sunt ac lugent, hoc tantum dicit Plutarchus, quod gerant *ἱμάτια λευκά, καὶ λευκὴς κεκευθάλυς*. Albæ autem vittæ sunt ei viles reticulæ, constringentes crines capitis, ne diffuant. Hæ autem non excludunt vestes reliquas atras. Dispar etiam est ratio τῶν ἱματίων. Similiter Herodianus Senatum totum describit atratum, matronas etiam nobiliores & filias, merentium schema & figuram habuisse. Nullæ enim earum aurum gestabat septem diebus neque monilibus ornabatur, sed vilissimis pannis vel linteis albis circumdabantur. Voluit utique Herodianus innuere, albedinem hanc ipsam fuisse partem luctus muliebris; quasi lex ita fuisset scripta: viri lugentes abstinere debent ab alba veste, sceminarum luctus non excludit vittas albas in crinibus & linteæ nullius pretii vel certe vilissimi. Illis enim ad luctum sufficit, abjecisse omnem ornatum & mundam supellectilem. De fama Ulpiani titulisque melius non poterat mereri Noster, quam erudita illa expositione verborum Lactantii, *divin. Instit. Lib. 5 c. 11*. Jam dudum enim Joseph. Isæus ibi provocat ad codices, ubi scriptum, *libro septimo*. Quod si Erasmus impar fuit emendandis omnibus, in quos inciderat, autoribus, seculo id imputabimus, non ipsi. Tertulliani locum Guil. Grotius a D. Gothofredo accepit, *de idololatr. c. XI*; neque adeo vel inspexit totum vel intellexit alteruter. Imperfecta lex est, *veluti Cincia*, quæ prohibet, sed non rescindit, quod actum est. Hic vero in nobili argumento suo sæpius a doctissimo etiam Schultingio notatum deprehendimus Brummerum. Forte pro *L. ult.* voluit scribere *L. 1 & L. ult. Theod. de sponsal.* Conjungit enim cum his *J. Sancimus. 34 L. 36 §. 3. C. de donat.* Nec secutus præterea est Ranchinum *2 Variar. 7*, quem nominat p. 181, 187, 188: Obrogavit tantum, *inquit*, Constantinus, non abrogavit. Lex Cincia primum non rescindebat, si plus donatum esset, improbe tantum erat factum. Idq; credebant tunc vinculum satis vali.

p. 561.

validum legis. Succedebat tamen poena arbitraria, donec Augustus ex imperfecta perfectionem reddidit, quo pertinet c. 3. Comment. ad L. Cinc. p. 37, 38, 40. Agnoscit etiam Brummerus actionem rescissoriam, c. 12 p. 187, per L. 21 D. de donat. Cumque illum textum ad L. Cinciam extendat etiam D. Schultingius, haecenus conveniunt. Diligenter excussit Noster locum Eusebii *Hist. Eccles. Lib. 8. c. 2* contra Valesium pariter & Dodwellum *Diff. Cypr. XI, 71*, quinam sint ibi ἀτιμοί, inhonorati, quive οἱ ἐν ὀκετρίοις, ostenditque, Jcti animadversionem mereritum hoc caput Historici, tum subinde alia similia. Sed & hoc laudandum arbitramur in eo, quod lectionis Basilicorum crebra videmus & accurata specimina, tum vero adversus Cujacium de excusatione tutorum legitimorum evidens instituitur ad istos fontes provocatio. Inter fragmenta G. Gregoriani occurrit caesura Jani a Costa, qui putabat, in textu Alexandri Lib. 4 Tit. 3 per *ornamenta* intelligi *arma*, quod rescribatur ibi ad militem. At Noster, etiam militem potuisse ornamenta in bonis habere, quae non sint arma. Non autem sermo videtur fuisse de ornamentis militis istius, ad quem rescribitur, sed ejus, qui a latronibus erat interfectus. Hujus ornamenta videntur latrones deposuisse apud quemcunque tertium. Potuit igitur miles ille fuisse vel ex heredibus depositarii, vel ex heredibus interfecti; de quo non constat, quod fuerit miles. Petrus Pithæus recte dixit, nondum satis liquere, quamam saecrorum librorum interpretatione collector Legum Mosaicarum & Romanarum usus sit. Verba Augustini *Lib. 2 de doctrin. Christ. c. 10, 11, 14* praeserunt ceteris interpretationibus Latinis illorum temporum Italiam. *Nem est*, inquit, *verborum tenacior, cum perspicuitate sententiae*. Eam videtur Hieronymo tribuere Cassiodorus, *divin. lect. c. 12, 14, 15, 21*. De reliquiis illius Italæ addendus Milius *in proleg. n. 838—856*. Textus primus Mosaicus contractus est ex Num. XXXV, 16, 17, 20, 21. *Si immiserit super eum aliquod vas ex insidiis*; per *vas* Hebraeos intelligere quoque arma & instrumenta omnia, ex Bocharto illustrat Noster. Ipse autem textus Graecus Codicis Alexandrini nobis sufficit. Nam v. 16 *ὁ σκέυος σιδήρεο*, v. 18 *ἐν σκέυος ἔγλην*, v. 20 *πᾶσι σκεύος*. Hexapla

P-728.

Origenis hic silent. Ibidem circa textum Ulpiani liceat nobis etiam, sicut aliis licuisse consentit D. Schultingius, qualiscunq; tentatio. Capite primo legis Corneliae de Sicariis cavetur, *ut is praetor judexve questionis, cui sorte obvenierit, querat de Sicariis ejus, quod in urbe Roma, propiusve mille passus factum sit: Et uti querat cum iudicibus &c.* Alias bis recurrit *questio*; duo autem caventur in illa lege. Ex utriusque querat librarius fecerat, *utique erat*, cum tamen geminetur. Ex fragmento Hadriani supplenda est L. 3 §. 3 D. ad L. Corn. de Sicar. Nam ibi non dicitur:

730.

Et qui hominem occidit, absolvi SOLET, — Et qui non occidit, sed voluit occidere, pro homicida damnatur, i. e. solet damnari. Sed Marcianus ait: *Hadrianum rescripsisse, eum qui hominem occidit, absolvi posse: Et qui non occidit, sed vulneravit ut occidat, pro homicida damnandum.* Mutavit igitur Hadrianus, quod hactenus solebat fieri: *Et ipsa itaque constituendum est hoc funditus*, inquit. Jam sequatur nova trajectio: Pro homicida damnatur, qui voluit occidere, etsi non occidit, *ex quo, i. e. postquam, ferro percussit ipse.* Nam si gladium instruxit, aut telo percussit, quid dubium est, quin occidendi animo percussit? Sin, i. e. Aliter, si lapide percussit, aut cucuma, (vase zneo, in quo aqua vel cibus coquitur, du Fresne f. 1189) aut ferro etiam, sed cum forte rixaretur, & non occidendi mente. Ergo hoc exquirite, & si voluntas occidendi fuit, non rixa, ut homicidam severo supplicio eum jure jubete affici. Sequitur in textu Pauli, quod

732.

si in rixa percussus homo fuerit, illius quoque ipsos contemplari oportet. Quod utique cum Ulpiano combinabimus. Mox fragmentum C. Gregoriani tale rescriptum dedit, i. e. ponit, *quod si dominum.* Laudat Noster ac probat conjecturam Viri doctissimi, Jo. van de Water Lib. I observ. c. 19. *Quod est Dioc. Maxim.* Poterat ergo tuto retineri, *quod sit.* Ex Dioc. Maxim. vero dominum eruas difficulter. Facilius legam, *quod sit Imp...* ut ita nomina Principum inciderint ibi in spongiam. Recte nunc incipit Rescriptum, *Ave Agathe Karissime Nobis.* Idem enim textus ita extat in Cod. Gregor. p. 706. In Tit. 5 nemo credet, in medio rescripti extitisse allocutionem: *Orienti Vicarie Karissime Nobis.* Quin potius inscriptio fuerit talis, *Ave Orienti, Vicario Urbis, Carissime Nobis.* Græcum Fragmentum

803.

regu-

regularum veteris Jcti, quod nunc sequitur, mallems recep-
tum fuisse in textum, & junctim exscriptum, cujus partes ex-
hibent hic annotationes D. Schultingii. Sententias vel Epistolas
D. Adriani primus edidit H. Stephanus, & Glossariis suis Græco-
Latinis inseruit 1573 f. 299. Eas vero plenius descripsit ex Co-
dice San-Gallensi Helvetius ipse Goldastus, atque Notas adjecit
1601 discipulus paulo ante Cunr. Rittershusii, tunc autem Jac.
Eactii, JC. Genevensis. Habebat Goldastus eo tempore annos
XX. Neque extat tamen forte in omnibus ejus operibus ullibi
tanta seges & copia bonæ literaturæ. Nunc unicum hoc roge-
mus, ut Dissertationes, quarum fit mentio p. 229, 248, 557, &
quæ sequentur in posterum, itidem nobiscum communicentur.
AVE SCHULTINGI, KARISSIME NOBIS.

p. 860.

BREVIARIUM HISTORICO - CHRONOLO-
*gico - Criticum; illustriorum Pontificum Romanorum gesta;
Conciliorum generalium Acta, nec non complura cum sacro-*
rum rituum, tum antiquæ Ecclesiæ discipline capita comple-
tens, collecta & ordinata studio & opera R. P. FRAN-
GISCI PAGI, Ordin. Minorum Conventualium S.

Francisci S. T. D.

Tomus I & II.

Antverpiæ, apud Jo vander Hart, 1717, 4.

Alph. 8.

Inter eos, qui Pontificum Romanorum vitas, resque ab ipsis in
Christianorum cœtu gestas dedita opera exposuerunt, Bar-
thol. Platina, Alphonſus Ciacconius, & Jo. Palatius præceteris
eminent, quorum ille exeunte sæculo XV, iste anno 1601, hic ve-
ro anno præteriti sæculi nonagesimo Romanorum Pontificum
historiam promulgavit. Neque tamen omnes ejusmodi studio,
quod ea in re posuerunt, doctioribus usquequaque fecerunt sa-
tis, siquidem non temporum modo rationes interdum turbantur,
sed & vera falsis interpeſtively inſcendo boni Historici officium
deseruisse visi sunt. His enim præcipue causis R. Franciscus
Pagi, Critici Baroniani Ant. Pagi nepos, se adductum fatetur, ut
Breviarium, quod vocat, Gestorum Romanorum Pontificum de-
nſio

nuo concinnaret, quo uberiores res Ecclesiasticæ lucem sibi lucrarentur. Hinc relictis, quibus alii mirifice delectati fuere, confictis narrationibus, solam ubique veritatem, a quocunque illa prolata fuerit, sibi curæ fuisse affirmat, & non solum decretales Pontificum Romanorum epistolas ad Pontificem usque Siricium, quas a Pseudo-Isidoro suppositas fuisse constat, aliæque scripta apocrypha, in ipsa operis præfatione rejicit, sed etiam librum Pontificalem, cujus Autor seculo octavo vixisse creditur, præterea Baronii, Norrii, aliorumque sententias sæpenumero emendat. Imprimis vero temporum, quibus quæque in Ecclesia acciderunt, tam accuratam se iniisse dicit rationem, ut non ad annum modo, & mensē, sed etiam ad diem, sicubi is forte e veterum monumentis erui potuit, notatu digniora retulerit. Ne tamen propter rerum, quæ ubique occurrunt, varietatem & copiam liber mole nimium excreceret, & alii propterea ab illius lectione detererentur, Imperatorum, Regum, & Principum facta, Concilia itidem provincialia, & nationalia, in quorum partem Pontifices Romani non venerunt, vel leviter tantum attingit, vel etiam, si cum Pontificum Romanorum rebus nihil commercii habere videntur, consulto prorsus omittit. Complectitur vero primum libri Volumen Pontifices Romanos nonaginta & septem, qui primis octo post natum Christum seculis rebus Ecclesiasticis præfuisse creduntur. Auspiciū operis facit Jesus Christus Servator mundi optimus & maximus, & Pontifex Christianorum æternus, cujus vitæ cursus, quem in his terris peregit, ab Autore ex historia sacra breviter describitur, eique statim Petrus adjungitur, qui, ut Autoris fert sententia, non sub Claudio Imperatore, quæ Eusebii opinio est in Chronico, sed imperante Nerone Romam venit, & per decem ad summum annos Romanam sedem tenuit. P. 40 sententia Baronii & Huetii refellitur, qui Philippum Arabem, & filium ejus Philippum a Fabiano Pontifice sacro fonte tinctos fuisse autumant, non solum quod plurimi scriptores ea de re prorsus silent, & hanc prærogativam Constantino M. reservant, sed quod in primis Philippus Imperator more istorum temporum profano ludos seculares magnificè & sumtuose celebravit, & exemplo Severi Impera-

peratoris gentium diis sacrificia obtulit. Quibus præterea accedit, quod in numis Philippi, quos Angelonius, Mediobarbus & Spanhemius afferunt, luculenta impietatis & superstitionis, quam Christiani a se procul semper abesse jubent, vestigia reperiantur. P. 70 fabula, quæ Constantinum M. lepræ contagio infectum Romæ a Sylvestro Pontifice baptizatum refert, expolitur, quoniam quamplurimi Patres Constantinum paulo ante mortem Nicomediz baptismum suscepisse commemorant. Nec ullam veri speciem habet, quod alii duplicem Constantiani baptismum comminiscuntur, & Romæ quidem a Sylvestro primum, Nicomediz vero postea ab Eusebio baptizatum dicunt, liquidem ante Vandali imperii tempora baptismi iteratio ne quidem tentata ab Arianis fuit, neque Eusebius Arianismi crimen sibi objici passus est. Iste Sylvester Pontifex primus est, cujus caput ab antiquis tiara insignitur, quam reliqui ante eum omnes nudo capite conspiciantur. Vulgus quidem ejusmodi ornatum capitis ex decantatissima Constantini donatione, quæ secundum Baronium, & Autorem conficta est, deducere solet; Papebrochius tamen Sylvestrum constituta per Constantinum Ecclesiastica pace, vel propria autoritate, vel Constantini jussu pileum sumfisse Romano more tesseram libertatis, eumque auro phrygio seu diademate exornasse arbitratur, ut significaret regale sacerdotium, sacerdotum principi a Christo collatum. Hinc Bonifacius VIII alteram postea coronam imposuit, ut utriusque regni corporalis, & spiritualis prærogativam hac ratione inueneret; triplicis vero coronæ tiaram ante annos circiter trecentos Urbanus V numeri forte mystici causa assumsit. P. 79 sinistram in conventibus Ecclesiasticis olim dextra honoratiorem fuisse, demonstratur concilii Chalcedonensis exemplo, & Bullarum plumbearum nongentorum circiter annorum, in quibus Paulus ad dextram Petri collocatus est, testimonio confirmatur. P. 84 materia & origo pallii, quod Episcopis dari solet, ex Cardinalis Bonæ libro describitur. P. 205 & p. 934 agitur de disciplina arcani, quæ seculis propemodum sex prioribus inter Christianos obtinuisse dicitur. Illa vero Gentilibus, Judæis, & Catechumenis seu non initiatis dogmata quadam, sacramenta,

& eorum ritus occultabat. Plurima heic ex Schelstratenio & Tenzelio, qui peculiaribus de ea dissertationibus exposuerunt, disputata inveniuntur. Ex hujus vero arcani ratione Autor factum existimat, quod primis seculis nullus liber de septem sacramentis, quæ Pontificii agnoscent, conscriptus fuerit. P. 274 Monachorum Ascœmetarum mentio injicitur, qui ita appellati dicuntur, non quod infomes & conniventes oculis perpetuis se vigiliis exercebant, sed quod divina eorum in Ecclesia hymnologia nunquam interciderere solebat. P. 374 narratio, quæ Trajanum precibus Gregorii M. ex inferno liberatum dicit, refellitur. P. 519 commemoratur, quod Gregorius II Pontifex Eudoni Aquitaniz Duci adversus Saracenos pugnaturus spongiam, quæ Pontificis mensa absterfa fuit, loco benedictionis miserit, quæ tanta polluerit virtute, ut nec vulneratus, nec mortuus fuerit, qui particulam ex ea secum habuerit. Adducuntur eam in rem versus Frodoardi, qui ita :

Externos etiam benedictio lata triumphos
 Concelebrat Papæ victores spongia Francos
 Dum reddens Agarenorum tutatur ab armis,
 Participes ferri neque læsos vulnere tantum
 Prostratis tali vacuis pro tegmine paucis.

P. 548 Zacharias Pontifex de forma baptismi, quam Sacerdos quidam Bavarus *in nomine Patriæ, Filii & Spiritua Sancta* ministraverat, ita rescribit ad S. Bonifacium: *Si ille, qui baptizavit, non errorem & hæresin introducens, sed pro sola ignorantia, Romana latinicatis infringendo linguam, baptizans dixisset, non possumus consentire, ut denuo baptizentur. Quia, quod bene conceptum habet Tua sancta Fraternitas, quicumque baptizatus fuerit ab Hæreticis in nomine Patris, Filii, & Spiritus S. nullo modo rebaptizari, sed per solam manus impositionem purgari debet.* P. 563 extat epistola, quam Stephanus II exemplo ante & post eum inaudito ipso S. Petri nomine, cum acris a Longobardis obfideretur, ad Pipinum, Carolum, & Carolomanum scripsit, & ut afflictissimæ Ecclesiæ succurrerent, vehementer obtestatus est, *quoniam, ut inquit, omnes gentes, quæ ad Francoorum fortissimam*
 gen.

gentem refugissent, salva facta sunt. Sed satis, ut opinamur, de hoc volumine dictum est. Quæ enim de ipsis Pontificum vitis, ac rebus ab iis gestis, de ritibus Ecclesiasticis, disciplina Ecclesiæ primitivæ, imprimis vero de mutationibus in Pontificum Romanorum Electionibus copiose in hoc libro, qui rerum Ecclesiasticarum studiosis admodum utilis esse poterit, dicuntur, ea ex ipso libro accuratius cognosci queunt. Quamobrem etiam prolixiore alterius Tomi recensione merito superfedemus, si hoc modo addiderimus, quod is gesta Pontificum Romanorum LXVII a Leone III usque ad Innocentium II complectatur & ab anno DCCXCV ad annum usque MCXLIII pertingat. Uniusque vero operis Tomo indices, qui dicuntur, alphabetici, & Chronologici Romanorum Imperatorum tam orientis quam occidentis Romanorum, Pontificum, ac scriptorum, qui utroque Tomo citantur, præmissi sunt. In fine denique tabula annorum Christi, ac in iis literarum dominicalium, Paschatum, & Indictionum cuilibet anno convenientium, & Index rerum la-culentus subjiciantur.

THE CASE OF SCHISM IN THE CHURCH
of England truly stated.

h. e.
NOTIO SCHISMATIS IN ECCLESIA AN-
glicana recte formata, & distincte exposita per LAU-
RENTIUM HOWELLUM.

Londini, sæpius recusa, 8.

Plag. 2 $\frac{1}{4}$.

Alter libellus, quo magis etiam quam Hikefianorum scri-
ptorum editione accensæ sunt controversiæ inter Anglica-
næ Ecclesiæ membra invicem dissentientia, superiori Mense a
nobis memoratæ, est præsens hic Laurentii Howelli. In quo Au-
tor primo asserit, schismaticos esse non paucos illos, qui amore
veritatis & incorruptæ doctrinæ, quam ab antiqua Ecclesia An-
glicana accepissent, A. 1688 se segregaverint a majori numero
membrorum Ecclesiæ Anglicanæ, sed ipsos illos majorem nume-
rum efficientes. Eosque pro argumento bonæ causæ suæ alle-

Dd 2

gare.

gare non debere magnitudinem cœtus sui, cum bonum sæpissime vincatur a malo, & schismaticorum in Scotia major etiam copia deprehendatur, ubi scilicet Episcopale regimen Ecclesiæ publice abolitum.

Deinde cum brevibus notasset, quam funesta sit schismaticis natura, status nempe periculosissimi hominum a corpore illo ecclesiæ, ad quam solam promissiones & gratia divina pertineat, separatorum, & quam procul ab his, qui eodem infecti essent, fugiendum, monuisset, totus convertitur ad objectiones eorum omnes diluendas, qui in ceteris quidem sententiam Nonjuratorum sequerentur, sed tamen crederent licite se reliquo cœtui Ecclesiæ Anglicanæ associari posse.

Primumque eorum argumentum cum sit, quod Clericos sequantur & pastores legitimos, utpote ab Episcopis Canonicis pridem ordinatos: respondet legitimos eos fuisse pridem, nunc non item, & obedientiam, quæ ipsis pridem debebatur, præstare, nunc crimen esse.

Secunda est objectio eorum, qui profitentur multa quidem sibi displicere in Clero suo parochiali, sed offendi ipso acta separationis, adversariæque & oppositæ communionis institutione, quam sine peccato suscipi non posse credant. Quibus respondet communionem suorum non esse adversariam factionem nuncupandam, sed prioris orthodoxæ continuationem.

Ad objectionem tertiam, quod vitiosæ illæ preces Liturgiæ adjectæ non sint ab Ecclesia, sed malis hominibus, neque adeo ad Ecclesiæ communionem pertineant, liceatque adeo, modo quis dissenfum suum ab illis testetur, reliquis officiis divinis interesse; respondet inter alia: Cornelii & Novatiani tempore cœtus utriusque ad hærentes plane iisdem precibus usos, & nihilominus illos omnes, qui posteriori conjuncti fuerint, judicatos esse schismaticos.

Ad quintam, quæ est: officia' positiva cedere officiis naturalibus, cumque adeo communicatio illa sit naturalis officii, devotio autem schismaticorum positivi, ideo potius cum schismaticis, quam plane non communicandum; post quædam alia respondet distinguendo inter ea, quæ sunt in communione officii
gatu-

naturalis, & ea, quæ positivi. Ad illud refert preces, laudes divinas, celebrationem nominis divini, spem in Deum, &c. sed hæc privatim exerceri posse, ad positiva officia pertinere exercitium horum actuum in publico faciendum, quod adeo possit omitti.

Cum quinto objicitur: Abjatharem a Salomone Pontificatu privatam, nec tamen schisma ortum in Ecclesia Judaica; regerit, crimen ejus fuisse notorium, politicum læsæque majestatis. Videri etiam Zadokum potius jus ad Pontificatum habuisse quam Abjatharem. Præterea digniores esse Episcopos Christianos quam Pontifices Judæorum.

Septimo, cum opponitur: durante persecutione Ariana, postquam reliqua templa orthodoxorum occlusa erant, quosdam ex Orthodoxis cum Novatianis schismaticis communicasse, quibus tria templa Constantinopoli relicta fuissent: reponit, fuisse eos paucos, præterea a Novatianis ad preces saltem admissos, non tamen ad perceptionem sacramentorum. Pariter cum ex historia Ecclesiastica objicitur: Orthodoxos etiam cum Arianis, qui Doxologiam alteraverant, communicasse, hoc solum discrimine, ut cum una pars cætas eam ita efferret: *Gloria sit Patri per Filium in Spiritu Sancto*, altera uteretur hac formula: *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*, neque hanc praxin ab Ecclesia esse damnatam; regerit: factum hoc esse solum Antiochiæ; præterea illa alteratione Doxologiæ Arianos illos non tam adversarios se doctrinæ de Trinitate manifesto declarasse, utpote hypocritico more sensum suum diu dissimulantes, quam potius suspectos saltem eadem re se reddidisse, quod schismati causam sufficientem nondum dederit.

Porro si exemplum Naamanis ex I Reg. V afferatur, qui postquam agnito vero Israelis Deo religionem Judæorum susceperat, nihilominus permittente etiam Elia publicis sacrificiis in templis idolorum interfuerit, ipse urget, instantiam hanc plus probare quam probare debeat, eodem argumento enim defendi posse eum, qui Missæ Pontificiæ vel cætui idololatriæ Indorum nostro tempore interesse velit. Deinde Naamanum non cultus idololatriæ faciendi causa in templis adfuisse, sed ut Regi appareret. Præterea sensum verborum etiam ferre, ut Naamanum lo-

qui dicamus de tempore præterito, quo pridem Regi suo in præstando hoc cultu adfuerit, nihil autem de futuro significare.

Ultimo tandem loco, quæ superius dixerat, confirmaturus, allatis verbis Canonis II Ecclesiæ Anglicanæ liquido & diserte ex iisdem evinci contendit, excommunicationi esse subjectos omnes, qui ullatenus Regum Angliæ legitimorum potestatem & autoritatem in Ecclesiasticis imminuant, quales sint ii, qui Wilhelmum Regem in folio collocaverint, Jacobo vero legitimo Regi ejusque filio, eodem nec minori jure gaudenti, se opponere non dubitarint. Summe deplorabilem autem statum tam Clericorum quam Laicorum excommunicatorum esse, etiam ulterius inculcat, utpote cum illorum actus omnes ministeriales sint invalidi, nec benedictio publica sit autoritativa, hi vero a cœna non solum dominica & congregationibus omnibus Ecclesiæ excludantur, præterquam ab iis, in quibus sermones habeantur ad populum, sed etiam a civili conversatione & societate optimo jure removeri possint.

THE ESTABLISHED CHURCH OF ENGLAND VINDICATED from the Imputation of schisme &c.

h. e.

VINDICATIO ECCLESIAE ANGLICANÆ
legibus constituta ab imputatione schismatis &c.

Londini, apud Joh. Myat, 1716, 8.

Plag. 2½.

INter scripta, quæ adversus modo recensitum Howelli librum directa sunt, visum est nobis hoc primo loco ponere, epistolæ in modum exaratum. In quo quidem Autor malitiam & ingratitude adversariæ factionis demiratur, quæ Deo nunquam ob liberationem religionis suæ ab imminente exitio ante annos 29 præstitam dignas habuerit gratias, sed etiam cum nuper rebellionis nihil se officere posse videret, jam ad extrema decurrat, & scriptis saltem editis turbare regni & incolarum ejus quietem contendat. Deinde ad omnia membra Ecclesiæ Anglicanæ convorsus serio eadem hortatur, ne fidem pessimæ huic cri-

criminationi, qua ipsa schismatica esse arguuntur, habeant, inque Howelli libello attendere eadem jabet ad subdola ejus artificia & ad levitatem argumentorum ejusdem. Nam quantum ad primum; esse quidem ejus tractatam invitationem ad conventicula Nonjurantium frequentanda, factio autem ipso eo tendere, ut in partes ejus qui regnum Angliæ sibi debere prætendit pertrahantur, cujus hyperaspisten manifesto se profiteatur Howellus. Quantum ad alterius membri probationem satis distincte explicat, non solum falsum esse, quod Episcopi depositi unicam & solam absolutamque autoritatem in Ecclesia sua habuerint, ita ut cum iis eadem ex Ecclesia migrare debuerit, sed etiam omni, si qua fuerit, potestate ipsos per legitimam depositionem (utpote a Rege supremo Ecclesiæ capite, justisque de causis factam) privatos fuisse; quæ præterea etiam judicio doctissimorum inter eos, qui prius separati fuissent ab Ecclesia Anglicana, simul cum morte eorum expiraverit.

Indeque e contrario infert, eos ipsos qui depositis Episcopis multa jam autoritate pollentibus adhæserint contraque receptam Ecclesiæ Anglicanæ sententiam potestatem clericalem ipsiusque Ecclesiæ monstrosam deplorandumque in modum supra principes ad monarchicum quoddam & Pontificium fastigium evehere atque extendere gestiant, humilisque & pacifici præceptoris sui Jesu Christi doctrina ad evertendam regnorum quietem ntantur, illos inquam ipsos esse schismaticos. Postremo sensum Canonis II Ecclesiæ Anglicanæ explicat, ostendens, ex eodem posse potiori jure probari, Nonjurantes sub excommunicationis pœna constitutos, cum ipsi omnem Regum in Ecclesia potestatem tollant, quam in solis Episcopis suis residere contentant, eundemque ita intelligi debere: quod huic qui legitimus Rex sit, quousque talis permaneat, supremam Ecclesiasticam potestatem negare non sit licitum, sed eum, qui in temporalibus jure imperii exciderit, nec Rex amplius haberi possit, eo ipso simul in Ecclesiasticis aliquod jus habere desinere.

THE SIN OF SCHISM MOST INJUSTLY

and groundlesly charged by the Nonjurors upon the pre-

sent establishd Church of England.

h. e.

h. e.

*EPISTOLA DEFENSORIA AD CLERICUM
ex Nonjurantibus scripta, qua crimen schismatis injuste
& præter rationem Ecclesiæ Anglicanæ a Nonjurantibus
imputari, eosdemque ipsos hujus criminis
reos esse evincitur.*

Londini, apud Rich. Sare, 1716, 8.

Plag. 3.

Altera hæc est epistola contra Howelli libellum directâ, in qua Autor ostendit, nihil minus eum quam ortum & naturam schismatis Anglicani distincte exposuisse, ipseque adeo rem ab ovo quasi deducturus, facta omnia, quæ ab initio Nov. 1688 contigerunt, recenset, ex quibus omnibus ultimo concluditur, voluntariam fugam Jacobi, susceptam cum nihil amplius Wilhelmus Aurantiz tum Princeps peteret quam liberi Parliamenti convocationem ad discutiendas controversias exortas, conjunctam cum obstinata voluntate contra tenorem legum Angliæ fundamentalium imperium administrandi, nec unquam ejusmodi liberum Parliamentum convocandi, abdicationis cujusdam loco habendam. Unde jus fuerit proceribus & populo Anglicano, natura, ratione, Scriptura idem suadentibus, non solum conventionem sic dictam, quæ vicem Parliamenti suppleret, colligendi, sed & conventionem illius voluntate & decreto Regem Wilhelmum proclamandi. Et cum regeri quidem posset: aliquod procerum concilium constitui debuisse, cui administratio regni committeretur, non secus ac in casu minorennitatis Regis alicujus, Autor rursus observat, post abdicationem patris voluntariam, dubiis imprimis existentibus natalibus filii, ipsoque illo in exterâ oras abducto, & præceptis doctrinisque, patriæ, religioni & consuetudinibus regni interitum allaturis instituto ac educato, supremam legem, salutem nempe populi, nullum aliud remedium dictasse. Ex quibus porro deducit, omnes regni incolas obligatos fuisse, ut huic novo Regi se submitterent. Cum vero quidam Episcopi fidelitatis juramentum, ut Regi præstaretur injunctum, detrectaverint, se, cum secundum edicti tenorem digni-

dignitate privati essent, a communione ceterorum segregaverint, schismaticque adeo autores extiterint, cujus ne finis unquam esset, creatione & consecratione clericorum novorum ex suo numero efficiere tentaverint, remque adeo hanc omnem sine omni legitima causa susceperint, apparere quam apertissime, eosdem peccati, cujus alios infimulent, reos agendos. Quantum ad sæpius inculcatam objectionem de depositione Episcoporum contra Canones facta, ostendit, relictum ipsis quod ex institutione divina haberent, facultatem nempe Evangelii prædicandi, nihilque ablatum, quam quod humano jure habuerint, nempe exercitium functionum suarum in certa diocesi, quod qua ratione ad humanum jus pertineat, ulterius deducit. Canones autem ipsos, qui Parlamento legitimo hanc potestatem conferendi quod est sui humaniq; juris denegent, ostendi sibi peti. Tandem ex positis etiam, quamvis non concessis fundamentis injustæ modernorum Angliæ Regum possessionis & depositionis Episcoporum illegitimæ argumentatur, ostendens, omnes decere nihilominus preces fundere pro Rege & a communione præsentis Ecclesiæ se non segregare. Nam neque interesse auditorum, quæ controversiæ de ejusmodi rebus inter suos doctores agitentur, nec easdem ullo modo comparari posse cum iis, quæ inter Donatistas, Novatianos, Arianosque & Orthodoxos, inter Judæos & Samaritanos aut idola Danis & Bethelæ colentes intercesserint, removendamque longè tam invidiosam comparationem. Nec, si vel maxime etiam concederetur, quod præsens Ecclesia in doctrina de *Non-resistentia & passiva obedientia*, quam vocant, a veritate aberrat, inde statim omnem communionem cum ea tollendam, quoniam error ille tanti momenti non sit futurus. Ad ultimum contra imputata crimina prodicionis & perjurii protestatur & sensum Canonis II Ecclesiæ Anglicanæ rectius exponit,

A LETTER TO A NONJURING CLERGYMAN
concerning the schism &c.

h. e.

Ee

EPI-

**EPISTOLA AD CLERICUM ALIQUEM NONJU-
rantem de schismate Ecclesie Anglicane objecto.**

Londini, apud Joh. Morphew, 1717, 8.

Plag. 1 $\frac{1}{4}$.

DOlet hujus epistolæ Autor, quod, cum Præsules Anglicanæ Ecclesiæ nunquam adversariam Nonjurantium factionem contumelioso nomine schismaticorum oneraverint, liberalitate potius & beneficentia clericos ei addictos juverint, tamen animi eorum corrigi non potuerint, quo minus eos invidioso hoc titulo diffamarent. Deinde respondet amico suo ad duo illa argumenta de invaliditate actuum in Ecclesia ab Episcopis modernis celebratorum, & precum in Ecclesia peractarum vitio. Considerare enim eundem jubet, an ob depositionem Episcoporum etiam minus legitime factam tota statim Ecclesia schismatis rea agi possit, cum errorem a Synodo aliqua Episcoporum, iisdem humanis infirmitatibus subjectorum, in simili materia commissum in Ecclesiam redundare posse nemo sanus dixerit. Absolum præterea ait esse, si quis velit, ut aliquo ex Clericali ordine injuste læso tota Ecclesia eum potius cum tumultu sequatur, quam ut tam Ecclesia quam illa Ecclesiastica persona prudenter & quiete injuriam ferendo majora incommoda avertat. Absolum pariter pronunciandum, si quis statuat, mutatione regnorum & rerum publicarum communionem fidelium tolli, & preces eorum cessare debere; aut regnum Christi, quod non est de hoc mundo, consistere non posse cum imperio, & sub ditione etiam injusti imperii humani, aut omnem cultum divinum cessare debere, donec illegitimus possessor regno iterum exturbatus fuisset.

**A VINDICATION OF THE REALM AND CHURCH
of England, from the charge of Perjury, Rebellion
and Schism &c.**

h. e.

**VINDICIÆ REGNI ET ECCLESIE ANGLI-
cane contra intentatum crimen perjurii, rebellionis &
schi.**

*Schismatis, cum retorsione ejusdem criminis
in Nonjurantes.*

Londini, apud J. Morphew, 1716, 8.

Plag. 4 $\frac{1}{2}$.

EAndem propemodum rationem inquit Autor presentis opusculi quam secundæ supra recensitæ epistolæ scriptor, utque probet, Jacobum Regem habendum fuisse tanquam se ipsum regno abdicantem, rebellionisque adeo & perjurii in eum admissi regnum Angliæ reum fieri non posse, repetit omnia acta inde ab initio regiminis Jacobi II, tendentia, ut Autor ostendit, ad evertendum statum Regni, Ecclesiæ & Academicarum, & heretice ortus admodum dubii substituendum, deinde & acta populi Anglicani, directa ad conservationem jurium suorum & legitimo modo suscepta. Indesque deducit, justissimum fuisse revolutionis illius sic dictæ negotium. Deinde ut strictius teneat adversarios, ex legibus & moribus Angliæ edocet, etiam si procerum jus conferendi in Wilhelmum & Mariam dignitatem regiam dubium esset, tamen iis tanquam *de facto* Regibus fidelitatis juramentum deberi. Quam rationem non tantum *Higdenum* ad deserendas partes Nonjuratorum permovisse innuit, sed & *Hikefium* non minus ac *Kennium* Episcopum Bathoniensem & *Wellensem* aliquando habuisse animum juramentum præstandi, a quo tamen ab amicis revocati sunt. Imo etiam notat, *Turnerum* Eliensem Episcopum prius consilio juvisse mutationem regiminis in Anglia factam, quin & *Sacrofium* Cantuariensem Archiepiscopum initio paratum fuisse jurare & cum comitatu insigni Episcoporum ad Wilhelmum honoris ei exhibendi & congratulandi causa accessisse, sed in posterum diem ob Regis occupationes illo actu dilato animum interea mutasse. Ad extremum demonstrat, etiam si hæc omnia acta etiam probari posset fuisse plane injusta, eandem tamen usque sententiam ferendam, postquam eventus hæc consilia secundaverit, regnumque ipso facto translatum sit in familiam nunc rerum potentem, omnesque propterea obligari, ut eidem se submittant. Quem sensum & intentionem esse Canonis II Ecclesiæ Anglicanæ toties

ties inculcati ex eo concludit, quod iidem illi, qui Convocationi Cleri anno 1604, cum Canon ille conderetur, interfuissent, biennio post in alia Synodo collecti mentem suam in Canone XXVIII explicaverint his verbis: *Magno in errore versari eos, qui credant, regiminis alicujus constitutionem, qua etiam a rebellionem ortum habuerit, non esse a Deo, nec teneri se ei obtemperare tanquam auctoritati divinitus constituta.*

Ut schismatis etiam crimen ab Ecclesia Anglicana removeat, laudata lenitate Regis & parlamenti Regni erga Clericos dissentientes, integrum annum ad deliberandum iis dantium, & perstricta pertinacia eorum, qua se Regi usque opposuerint, demonstrat ex praxi inde ab Henrici VIII temporibus usitata, non novum esse ejusmodi juramentum a clericis Regni incolis exigere, aut detrectantibus poenam illam depositionis & remotio- nis infligere, nec etiam sine ratione praestationem juramenti ipsis non esse remissam, cum securitas & quies regni idem postulasset. Ereptum porro ipsis esse nonnisi quod a civili magistratu habuissent, possessionem nempe beneficiorum & perceptionem decimarum &c. administrationi officii sui clericalis in certa aliqua parochia a magistratu politico annexarum, illibata interim manente ordinatione & dignitate eorum clericali. Ulterius abeunte quacunq; de causa vel summoto a parochia sua pastore aliquo, coetam aliquem nullatenus obstringi, ut sequatur decedentem potius, quam eum qui eidem succedat, in religionis saltem professione non differentem, id quidem ex praxi quotidiana constare, quotidie enim fere Clericos functiones opulentiores cum suis permittare diocesis. Ad ultimum si obtendant adversarii independentiam Ecclesiae a statu politico, ipse hanc sententiam tanquam periculosam rejiciens ostendit, quoniam Christiani Principes Ecclesiae Episcoporumque & pastorum protectioni & defensionem invigilent, aequum esse, ut externa gubernatio & politia ecclesiastica ipsorum legibus & constitutionibus temporalibus subjiciantur; concluditq; pathetica *προς Κοινήσας* ad omnes tam adversarios quam membra Ecclesiae Anglicanae directa, in qua momenta argumentorum suorum breviter repetit.

A DIS-

A DISSUASIVE AGAINST JOINING WITH
the Conventicles of Nonjurors &c.

h. e.

SERIA DEHORTATIO AD OMNES ECCLESIA Anglicanae addictos emissa, ne conventiculis Nonjuratorum se misceant jungantque.

Londini, apud R. Burleigh, 1716, 8.

Plag. 2.

Continet hic libellus gravem & severam exprobrationem malitiae factionis Nonjurantium; deinde explicationem Canonis saepius dicti II ex ipsis Anglicanis legibus derivatam, ex quibus apparet eum de Rege rerum potente agere, quem tamen jure suo imperii excidere posse, itidem ex legibus Anglicanis probatur. Praeterea ostendit hic libellus, ipsos Nonjurantes variis modis, & praecipue novos Episcopos non consulta autoritate Regia ordinando, contra Canonem 36 Ecclesiae suae peccare, excommunicationique adeo esse subjectos. Eorum clamores non alio tendere, quam ut eos, quos in sententiam suam pertraxissent, etiam jugo eorundem submittant, quorum partes ipsi caeco impetu hactenus secuti fuissent, & a quibus totae Anglicanae Ecclesiaeque ipsi perniciis certissima immineat, a qua charybdi adeo omnes, quibus salus sua patriaeque cordi sit, ut sedulo caveant, serio hortatur.

A VINDICATION OF THE CHURCH
of England &c.

h. e.

VINDICIAE ECCLESIAE ANGLICANAE AB imputatione schismatis ipsi facta a Nonjurantibus; Autore THOMA DAWSON D. T.

Londini, apud Henricum Clements, 1716, 8.

Plag. 5 $\frac{1}{2}$.

Inter eos, qui non expresse quidem contra Howellum scripserunt, sed tamen occasione scripti ejusdem controversiarum in Anglia agitatarum momenta excutere allaborarunt, apparet

hic Dawsonius, qui initio tractatus sui exponit, quam iustas Ecclesia Anglicana habeat rationes conquerendi de iniquitate Non-jurantium, ut schismatis labem ipsi affricent nihil non agentium, deinde objectiones eorum ad tria hæc capita reducit; quorum primum, quod principibus secularibus nulla in spiritualia & Ecclesiastica res competat autoritas, sed eadem potius resideat in Synodis clericorum cujusque Ecclesie nationalis. Secundum, quod admitta etiam superioritate Regum in ecclesiasticis, eadem tamen se non extendere debeat ad depositionem Episcoporum tanquam patrum Ecclesie. Tertium, quod, concessio etiam hoc jure Regum Anglicorum, in postrema tamen rerum conversione, quæ in Anglia accidit, illius depositionis injustæ causæ fuerint. Ad quorum singula distincte responder, hanc secutus methodum, ut circa primum ostendat, non solum e testimonio Platonis, e Gentilium, Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, sed etiam ex Hebræorum primorumque Imperatorum Christianorum exemplis, Regibus competere aliquid amplius, quam civilem potestatem eosque in spiritualibus æque ac temporalibus suprematum & autoritatem habere; observetque sub hac comprehendendi etiam jus deponendi Episcopos, quod exercuerit jam Aurelianus gentilis Imperator, Paulum Samosatenum non tam ob hæresin (cujus ab Episcopis reus agebatur) quam ob ejus conspirationem cum Zenobia sede Antiochena dejiciens, id ipsum petentibus ab eo, & per consequens etiam probantibus Episcopis Antiochiæ congregatis. Illas autem formulas ex Optato allatas: *Quid est Imperatori cum Ecclesia?* &c. esse mutuo acceptas a Donato, qui duas independentes societates imperii & ecclesie solus eo tempora statuerit. Circa secundum notat, cum Episcopi concessione Regum, qui ipsorum officiis temporalia commoda junxerint, unum ex statibus vel ordinibus Regni efficiant, inde necessario sequi, quod si ipsi fidelitatis juramentum præstare recusent, Regem contra salutem populi & Regni facturum, nisi beneficio illo & jurisdictione, quam ab ipso haberent, eos privet. Ad tertium responder, ostendendo schismata, quæ hactenus Ecclesiam Christianam turbaverint, nomenque adeo illud ortum traxisse a controversiis, quæ vel disciplinam vel fidem vel saltem

res mere Ecclesiasticas spectassent: hujus vero generis non esse presentes controversias, ex quibus prættextum separationis Nonjurantes sumerint, sed mere civiles & politicas. Ulteriusque observando, quod controversiæ ejusmodi civiles non a quibusvis Ecclesiasticis hominibus decidi, nec inter eosdem divisiones efficere debeat, cum firmum hoc maneat, utpote rationi maxime consentaneum, Leges & statuta cujusque regionis, non vero leges Ecclesiasticas, esse normam agendorum Magistratus & regulam subditorum, Ordines adeo potius vel proceres Regni hic esse judices competentes, historiis inde ab antiquissimis ætibus Regni Anglicani deductis erudite explanat. Ultimoque loco convertitur ad preces publicas, docens, quantumvis etiam subditi de sensu legum & constitutionum nationalium discertationibus agitentur, obligari tamen eos præceptis Evangelii, primitivæ Ecclesiæ præxi, & recepta doctrina Ecclesiæ Anglicanæ, ut preces pro principe rerum potestate fundant publicas.

AN ESSAY ON ECCLESIASTICAL

Authority &c.

h. e.

TENTAMEN DE AUTORITATE ECCLESIASTICA; Auctore JOH. TURNERO, D. Th. Vicario Greenwicensi & Walliæ Principis Capellano.

Londini, apud Joh. Wyat, 1717, 8.

Plag. 5½.

DOCTISSIMUS Auctor in controversiarum jam sæpius memoratarum primo illam inquisiturus, quæ de independentia Ecclesiæ ab ordine politico agitur, observat, sicuti sacerdotes non fiant nascendo, sed subditi, ita jura sacerdotii esse posteriora juribus imperii. Nec naturalem religionem sacerdotio independentem asserere auctoritatem, nec Christi mandato vel institutione ipsi plus quam administrationem sacrorum officiorum, potestatis clavium, ordinationis &c. traditam, illam vero potestatem Ecclesiæ, quæ ad gubernationem ejusdem, convocationem Synodorum &c. pertineat, Ecclesiæ competere non ex
Chri-

Christi institutione, sed saltem quatenus societas est, nec eam soli clero in Ecclesia vindicandam, nec excludendum in hac parte magistratum politicum vel secularem. Id quod probat primo ex natura harum potestatum, ubi observat inter alia, praxin priorum trium seculorum fuisse meræ necessitatis, nec ex ea independentiam Ecclesie a potestate seculari extorquendam, multoque minus ex regali sacerdotio Christianorum, de quo Scriptura longe alio sensu loquatur. Secundo quod hæc independentia Ecclesie non consistat cum subordinatione quam habet Regnum Christi sub Regno Patris cœlestis. Tertio quod eadem nec religioni ipsi utilis sit. Quarto quod seculari potestati per eam non exigua pars suæ autoritatis ereptum eatur, quam ipsi competere exemplum Regum Judaicorum comprobet. Quinto quod ejusmodi divisio potestatum sit perniciofa omnibus imperiis, detrahens eorum autoritati etiam in temporalibus negotiis, quod exemplo Nonjurantium ipsomet confirmatur, & sexto eadem separatio potestatum, quoniam confusionem parit maximam, non sit a Deo. Cumque a deo autoritas Ecclesie a Christo concessa nullo modo statui politico obstare & impedimento esse debeat, necessario inde sequi judicat, ut idem habeat autoritatem in electione Episcoporum & clericorum eorundemque depositione, eoque invidioso nomine persecutionis onerandum non esse factum Regis Wilhelmi Episcopos Nonjurantes sede moventis. Postremo occurrit tribus objectionibus Nonjurantium, demonstrans nexum vel relationem Episcoporum cum determinato aliquo grege non esse divini nec immutabilis juris, nec praxin xvi Cyprianici quicquam facere ad præsentem controversiam, quoniam eo tempore potestas secularis gentiliū sacris addicta rerum Ecclesie curam nullam ipsa gesserit, integram illam Episcopis relinquens, nec sententias in hoc libro ab Autore assertas ac propugnatas ordini clericali quicquam præjudicii afferre, sed factiosas potius voces ac immodesta facta adversariorum.

THE DIFFERENCE BETWEEN THE NONJURORS
and the present publik Assemblies &c.

h. e.

h. e.

TRACTATUS, QUO PROBATUR, CONTRO-
versas inter Nonjurantes & publico cultu, & ceteri An-
glicanae Ecclesiae junctos, non reale sed accidentale
schisma esse vocandas.

Londini, apud Joh. Morphew, 1716, 8.

Plag. 23.

EXponit primo [Autor] hujus tractatus ecclesiastici notionem, quam sibi format de schismate essentiali sive reali & accidentali. Prius vocat talem dissensionem in Ecclesia, in qua partes differunt essentialiter in rebus, quae materiam vel objectum cultus divini respiciunt. Sic Nadabum & Abihunem credidisse, igne profano cultum Dei petagi posse, Samaritanos praeter verum Deum objecta cultus sui fecisse etiam idola. Posteriorius cum in rebus fidei & doctrinae utraque pars concordat, discordat vero in iis, quae ex opinione & praesudicio ac affectibus oriuntur, quale fuit schisma Corinthiorum Paulinos, Apollonianos &c. se dicentium. Quibus praemissis monet, schisma praesens in Anglicana Ecclesia exortum, e posteriori esse genere. Docetque adeo nec comparari illud posse cum schismate filiorum Aaronis supra memoratorum, cum in cultu divino publico Ecclesiae Anglicanae nihil mutatum sit, & in specie cum communio sive caerimonia in actu celebrationis Eucharistiae manserint apud eandem invariatae; libertate praeterea sentiendi cuilibet relicta integra, nihil ob stare, quo minus publico actui intersint & associentur etiam ii, quibus causa depositorum Episcoporum videatur potior & justior. Nec comparari hoc schisma debere cum Corae & Dathanis tumultu, quod hi plane nullum ad sacerdotium jus vel vocationem habuerint, Episcoporum vero depositis surrogatorum vocationes & ordinationes plane eodem modo se habeant ac illorum. Nec ad minuendam dignitatem & jus sacerdotii modernorum Episcoporum valere objectiones: quod quidam eorum nimis ordini politico studeant complacere, & excommunicati sint ipso tenore Canonum quorundam Ecclesiae. Nam prius ait vitium esse non universale sed personale quorundam

p. 266.

F f

dam

dam, posterius refutat Autor non solum ex iis, quæ jam sæpius contra Howellum afferri audivimus, sed etiam exinde, quod publica declaratio iudicis alicujus competentis, (non clamores hominum in partes discedentium) ad valorem excommunicationis requiratur, quæ vero nondum facta sit. Esse adeo mere accidentale schisma infert Autor, ortum circa opiiones quasdam particulares, de quibus non una omnibus mens esse possit. Et proinde moderationem adhibendam, nec inculcandam corruptionem omnimodam in Ecclesiæ Anglicanæ statu. Quæquam sit imaginaria, Autor ostendit, respondendo ad potiores objectiones Nonjurantium, quarum plerasque supra jam attulimus, concluditque seria adhortatione, ut missis intestinis hisce certaminibus convertantur potius ad occurrendum insultibus apertorum Ecclesiæ hostium, quales vocat illos, qui libertatem cogitandi affectantes omnem religionem oppugnantur cant.

LES FEMMES SCAVANTES,

hoc est,

DE ERUDITIONE MULIERUM, SIVE BIBLIOTHECA MULIERUM, AUTORE N. C.

Amstelodami, apud Mich. Car. le Cene, 1718, 12 maj.

Plag. 15.

POSTEAquam Autor Capite statim *primo*, studia literarum etiam feminis convenire, ostendit, *altero* inde probat, feminas ad tractanda literarum studia idoneas esse, quod ad res multo difficiliores ac magis arduas, e. g. ad remp. administrandam, aptæ sint. Cumque & armorum tractatio feminis fuerit permissa, teste historia, longe minus periculosam iis esse literarum culturam, Capite *tertio* docet. Quid? indoctas feminas ad mala quævis patranda facile permoveri: eas contra, quæ literis mentem excoluerunt perpolieruntque, ordinarie prudentes honestatisque studiosas esse, duobus sequentibus Capitibus edifferit. *Sexto septimoque* Capitibus probatum it, in omni genere scientiarum excellentes existisse feminas, earumque exhibet Catalogum non ex Græca solum & Romana historia, verum etiam ex historia eccle-

ecclēsiastica, adjunctis quoque aliquot recentioris ævi decoribus hujus sexus. Capite *octavo* vult, non debere fœminas obire easdem scholas cum adolescentibus, ob metum periculi, sed domestico uti magistro: nec fœminas omnes ad studia admittendas, sed eas duntaxat, quæ valent ingenio. De tempore studii aptissimo Capite *nono* agens, non modo, ut matutinum & ante-meridianum tempus studiis impendant, præcipit, verum etiam singulis ætatis annis assignat certa studia. Interjecto Capite *decimo* de loco studiis aptissimo, *undecimo* modum studendi præscribit, scilicet ut legant pauca, legantque libros excellentissimos, idque a capite ad calcem: porro ut inter legendum suo utantur judicio, & lecta expendant ad lancem rectæ rationis: ut quotidie aliquid memoriæ mandent, itemque elaborent: denique ut in loquendo, id est, exponendis animi sui sensis quotidie se exercent. *Duodecimo* Capite de vitiis muliebris sexus differit, quæ literarum studio profligantur, vanitate, curiositate, superflitione, credulitate. Hæc vitia ali ignorantia, studiis literarum tolli, contendens, exempli causa affert principium: quicquid Papæ & Concilia statuunt, id verum est; arbitraturque, fœminam literis imbutam facili negotio religionis Pontificiæ infirma fundamenta deprehendere. Capite *XIII* de selectu studiorum agens, naturam sequi jubet, cum invita Minerva nihil sit moliendum: ineptas vero disciplinas, e. g. astrologiam, coli vetat: fœminas etiam abstinere jubet a librorum amatoriorum lectione. Episcopi tamen Cameracensis *Telemachum* laudibus effert, ejusque lectionem magis esse fœminis commendandam judicat, quam lectionem libri, quem idem edidit *Placita Sanctorum* in titulo præ se ferentem: arguteque scribit Noster, Episcopum illum naturam amoris humani melius perspexisse, quam amoris divini. Capite *XIV* facta studiorum distinctione in necessaria, utilia & jucunda, maxime necessarium existimat studium Theologicum, ut suam quæque religionem possit sub examen revocare, & ubi cognoverit, se in falsa Ecclesia natam esse educatamque, ab ea transeat ad meliorem. Libertatem enim mutandæ religionis, ad eamque, quæ melior videtur, transeundi refert ad jura naturæ gentiumque. Nec dubitat, Principes tyrannidem

nidem exercere illos, qui cogunt in ea quemque manere religione, in qua natus fuit. Quod si quis objiciat, hinc sequi, omnes religiones in Rep. esse tolerandas, Noster liberaliter id concedit, & istam tolerantiam juris gentium esse ait, contra persequi diversæ religioni addictos tyrannicum esse pronuntiat. Prætervehimur *Caput XV*, in quo præcepta dat sc̄eminis, sine magistro e lectione librorum proficere cupientibus, & ad *Caput XVI* accedimus, quo bibliothecam sc̄eminarum instruere aggreditur. Hic dum criteria boni libri exponit, judicat, approbationem libri alicujus universalem esse certam notam bonitatis ejus. *Capite XVII* de ordine librorum in bibliotheca muliebri locutus, sequenti docet, qua ratione libri, aeris alioquin & vermium aliisque injuriis obnoxii, conservari queant. Et contra vermes quidem certum esse remedium ait, si aqua, in qua Colocynthis est decocta, interiori faciei tegminis librorum illinatur, itemque repositoriis. Svadet etiam, ut libri in rerum immobilium numero habeantur, nec aliis mutuo dentur, facile quippe aliquatenus corrumpendi: quanquam videtur hocce consilium ab honestate remotum. *Capite XIX* verba facit de Dictionariis Gallicis, & de unoquoque fert judicium. *Cap. XX* de bibliotheca mulieris ascetica agitur. Noster Autor primo loco hic poni jubet Codicem sacrum, ejusque lectionem mulieribus magnopere commendat, & hodierni Papæ Constitutionem, qua sc̄eminis lectione S. Scripturæ sub pœna anathematis interdicitur, impietatis condemnat. *Cap. XXI* bibliotheca Theologæ instruitur, varique generis libri commendantur, sed generatim, non allatis potissimis scriptoribus, nec judiciis de uniuscujusque præstantia. *Cap. XXII* bibliotheca mulieris Philosophæ describitur. Hic, eliminatis scholasticorum Philosophorum libris, ineptis quippe & infructuosis, commendat Autor Logicam Gassendi, Buffierii, & Artem cogitandi; Physicam Rohaulti, Regis, & Gassendi. E scriptoribus juris naturalis, ethcis item ac politicis, nullum speciatim commendat. *Capite XXIII*, quo bibliotheca rhetorica sistitur, aliquot simul regulæ exhibentur comparandæ eloquentiæ. Tribus sequentibus delineatur bibliotheca poetica, historica, & artium, e. g. picturæ, medicinæ & musicæ. *Capite XXVII* consilium dat, ut,

quæ-

quemadmodum scholæ publicæ sunt constitutz, in quibus ma-
res docent magistri; ita & scholæ constituantur, in quibus ma-
gistræ doceant scemellas in omni scientiarum genere. Etiam
methodum, quæ sequenda videatur illis magistrabus, (liceat ita
loqui,) præscribit Capite XXVIII. Sequenti, quod postremum
est, tradit modum disputandi de Theologicis argumentis, quam
servare debeant Studiosæ. Ac ut exemplis præcepta ipsius fiant
illustriora, subnectit quatuor Dialogos disputatorios, quorum
primo de existentia DEI, altero de veritate religionis Christianæ,
tertio de Sacramento Eucharistiæ, quarto denique de Gratia di-
sputatur.

MELANGES HISTORIQUES,

id est,

MISCELLANEA HISTORICA.

Amstelodami, apud Car. Mich. le Cene, 1718, 12 maj.

Plag. 12.

AUtor ἀνώνυμος hoc libello ad legentium voluptatem pa-
scendam concripto centum curiosas exhibet historias, ma-
ximam partem ex Gallica depromtas historia, annotationibus-
que illustratas. Quæ in re Bælium sibi proposuit imitandum,
quem tamen, ut ipsemet in præfatione fatetur ingenue, sequi-
tur haud passibus æquis. Nos more nostro, quæ in hoc libello
notatu digniora videntur, paucis commemorabimus. Primo
Capite lepidum exstat factum Episcopi Lausannensis, qui A.
1479 erucas frugibus noxias solenni ritu excommunicavit, per-
misso tamen prius iis advocato, qui causam ageret cruciarum,
ne incognita causa damnatæ viderentur. Octavo Capite cele-
berrimæ illius Autoris, Magdalenz Scuderiz, A. 1701 d. 2 Junii,
cum octogesimum quartum ætatis annum ageret, morte subla-
tæ, Epitaphium exhibetur. Famosi illius Nostradami, quem
non prophetam, sed vanissimum astrologum fuisse, Noster judi-
cat, Epitaphium Capite duodecimo legitur. Unde canticorum
illud genus, quod *Vandevillers* Galli vocant, nomen acceperit, e
trigesimo discere licet Capite. Trigesimo sexto afferuntur dicta

Ff 3

Pon-

Pontificiorum, clarissimum illam Chamierum accusantium, quod crassitie corporis fuerit notabilis, & genio indulgens cuticulam curaverit liberaliter. Capite quadragesimo ii e Pontificiorum cœtu scriptores refelluntur, qui & Zuinglium & Chamierum militum officio sanctos occubuisse scribunt. Quadragesimum sextum Caput docet, Ariam Montanum non fuisse Hispani natum, sed in oppido, cui nomen *Frexenal de la Sierra*, &, quia *Sierra* Hispanico sermone *montem* significat, hinc cognomen accepisse Montani. Adjungitur sinistrum ejus de Jesuitarum ordine iudicium. Capite XXCVI Antonii Arnaldi, A. 1694 d. 6 Augusti defuncti, exhibetur Epitaphium. Capite centesimo eodemque ultimo curiosa quædam afferuntur de Rabelzio.

LA VIE ET LES SENTIMENS &c

hoc est,

VITA ET OPINIONES LUCILII VANINI.

Roterodami, sumtu Casp. Fritschii, 1717, 12.

Plag. 12 $\frac{1}{2}$.

§. 8. **C**L. *Schrammii* de Vita, Doctrina & Fatis Vanini librum cum A. 1709 p. 260 ita recensuerimus, ut simul vitam famosi illius hominis in compendio exhiberemus, præsentis libelli recensione brevius defungemur, ne crambe eadem bis apposita lectoribus nostris excitet fastidium. Illa igitur attulisse contenti erimus, ex quibus appareat, quantum industriz in conficiendo hoc opusculo adhibuerit Autor, quisquis est, & quæ habeat singularia. Laudandus itaque haud dubie est, quod & *Schrammii* & *Crozii*, Virorum clarissimorum, de Vanino Dissertationes diligenter perlustravit, ipsaque Vanini scripta, quæ quidem exstant, non perfunctorie perlegit: quod utrumque fatetur ipsemet. Aggressus itaque exponere vitam hujus athei, eorum non prætermisit notare errorem, qui Vaninum ab ore Pomponatii pependisse ejusque scholas obiisse retulerunt, cum tamen rationes repugnent chronologicæ. Eodem tamen loco Noster errorem ipse committit, cum Pomponatii librum de *Incantationibus diversum*

sum facit ab ejusdem libro de effectuum naturalium causis. Duplex enim is est unius ejusdemque libri titulus. Porro noster Autor minus verosimilem esse judicat narrationem Merlenni, tradentis, Vaninum una cum tredecim sociis tanquam Missionariis per orbem circumvagatum esse ad disseminandum atheismum. Urget vero maxime silentium Grammondi. A §. 22 usque ad §. 52 exhibet excerpta e Vanini libris, e quibus profana & impia ejus mens luculenter demonstrari potest: atque ut Lectoribus eo magis consuleret, ipsa Latina Athei verba protulit, singulisque paginis bona fide subjecit. Ceterum in eo a plerorumque sententia abit Noster, dum Amphitheatrum Vanini librum esse ipsius Dialogis pejorem pronuntiat. Generatim de libris Vanini ita judicat, nequaquam in iis latere eruditionem raram & reconditam, sed omnia ex aliorum scriptis esse compilata, ac Vaninum ubique summam judicii inopiam prodere, itemque obscuro & confuso dicendi genere legentibus tædiosum esse. §. 54 characterem Vanini ex præmissis deducit, docens, eum fuisse corpore satis sano, nec mala forma præditum; ingenio non contemnendo florentem; linguæ Latinæ peritum quidem, nec tamen tumore orationis carentem; philosophiæ Aristotelis, Averrois, Cardani, & Pomponatii (conf. §. 8) addictissimum; agnita religionis Pontificiæ infirmitate prolapsum esse in atheismum; egregium egisse hypocritam; arrogantem ac gloriosum fuisse; omnia plagio literario surripuisse ex Cardani, Pomponatii, Fraecastorii, & Scaligeri operibus; Astrologiæ cultorem summum fuisse; vitam denique egisse flagitiosam & turpem. §. 55 & 56 Apologiæ pro Vanino ab Arpio (eum enim libelli a nobis quoque A. 1713 p. 173 recensiti Autorem esse, Noster p. 4 indicat,) ac Bælio conscriptæ expenduntur. Atque Arpium quidem non egisse serio, sed ostentandi ingenii gratia pro causa minime bona verba fecisse, sibi persuadet: Bælium vero & contra historiæ veritatem & in leges ratiocinandi peccasse, perspicue demonstrat. Nec eruditus Digressionibus destitutus est præsens libellus, ut eum §. 48 historia controversiæ de oraculis non ita pridem agitatz exponitur: ac §. 27 & 28 stultitia Cardani in designando nascentis Christi horoscopo commissa inde redarguitur, quod

& di-

§. 9.

p. 75.

& dies & hora nativitatis ejus omnium eruditorum consensu ignorentur.

JACOBI VERCELLONI, PEDEMONTANI,
*Phil. & Medic. Doctoris de Pudendorum Morbis &
 Lue Venerea Tetrabiblion.*

Astæ, apud Jo. Baptistam de Zangrandis, 1716, 4.

Alph. I plag. 18 $\frac{1}{2}$.

Postquam Antor experientissimus *primam de Glandulis Oesophagi, Humore vero digestivo & Vermibus Dissertationem Anatomico-Medicam* in lucem A. 1711 Astæ emisit, in *Actor. Erudit. Supplem. Tom. VI Sæc. VI p 262* a nobis excerptam, in votis quidem primum habuit reliquas quoque *Dissertationes, secundam puta de Humorum generatione, separatione & usu, tertiam de Humore glandularum cerebri corticalium, deque spirituum animalium falso commento, & quartam de Conceptione muliebri in utero*, absolvere atque prelo committere. In mentem tamen præsens mox venit Libellus, quem Romæ jamdum A. 1701 inchoaverat, cum in Nolocômio S. Jacobi incurabiliū Praxin medicam exercenti occasio daretur in ægrotis innumeris varia de Pudendagra per biennium observandi, cuique proin ultimam prius manum eo magis imponere maluit, quo minus *Mustanus, Blegny, le Monnier* aliique de Lue venerea Scriptores rem omnem acū viderentur tetigisse. Sub Pudendorum nempe morbis eos tantummodo comprehendens, qui a venere sunt, in theoria solidioris gratiam quatuor sequentes Propositiones: ex pura venere etiam impuram nasci; ab excessu in coitu muliebri pudendum primario nasci; succum glandularum vaginalium ab insolentiori venere ante reliqua muliebria lardi; & quamobrem succus vaginæ præfatus ab intemperantia in coitu corrumpatur; experimentis & rationibus ante omnia stabilire nititur. Affectus hinc tales venereos pertractat, qui vel sexui sequiori e virorum amplexibus justo frequentioribus aut aliunde pollutis sub *Pudendagra muliebris* titulo contingant; vel viris vicissim ex confortio mulierum aliquo vel pluribus ex morbis istis infectarum sub

Cap. 1.

Cap. 2.

Cap. 3.

sub nomine *Mentulagra* sive Gonorrhœæ virilis obveniant; vel utrique sexui deprehendantur communes, pro qualibus *Panum inguinis* s. *Bubones*, *Morbus femorum*, i. e. *Rhagades & Verrucas*, *Aut condylomata & Lucm* denique *veneream* venditat. Verum quia prolixum foret singulorum descriptiones ac medelas vel in compendio hic exhibere, ex omnibus speciminis loco solam *Lucm veneream* cum nonnullis observationibus hinc inde interspersis juvabit transcribere. Lues namque venerea, cum Arabum *Lepra* penitus conveniens, quemadmodum complexus habetur plurium morborum, ex actione virus venerei in corpus introducti resultantium, ita pro triplici modo, quo virulentum ejusmodi in corpus introduceretur, triplex pariter statuitur, legitima videlicet, spuria & hæreditaria. Legitimam siquidem per usum *Veneris ordinarium* enasci, dum virus tale acidofixum, acre & corrosivum pudendorum medio in venas penetrat atque in sanguine non modo lympham mucilaginosam condensat, sed & globulis, tum rubellis, tum serosis, nec non salibus fermentationis interventu similem acrimoniam conciliat. Spuriam vero ex contactu emergere, quando idem venenum ab aliis membris, quam genitalibus, sanguineæ communicatur massæ, modo tum utrumque tangens calidum extiterit ipsaque etiam pars quam attingit, humida; hæreditariam demum per traducem suscipi, quoties idem malum nunc a matre, nunc a patre, nunc a nutrice ad foetum vel infantem transit. Et quamvis ex *Luis legitimæ* symptomatibus, quæ uberius enumerantur & declarantur, nonnulla in spuria pariter annotentur, nunquam tamen adeo crebra illa esse, nec adeo violenta, ita ut diriora, v. g. *exostoses*, *caries ossium*, *ulcera phagedænica*, *nasi consumtio*, &c. in spuria desint, nec mas gonorrhœam cuius illa contrahat. Malum vero hæreditarium si a tali matre provenerit, quæ *Pudendam* per se ac libidinose sibi a multis comparavit, foetum præmature in lucem exire, rubrum ac velut excorticatum, satisque cito ad interitum vergere; e diverso foetum, ubi a matre ille infectus fuerit, quam maritus ipse prius scedavit, ad legitimum quidem tempus utero gestari, nasci tamen gracilem, languidum, nec diu post *Rhagadibus*, *Fissuris*, *Aphthis* & *Tabæ* corripitur, vixque

quadriennium attingere, ni tempestive ipsi succurratur. Neque teterrima Luis vestigia in filio cito defore, si labes hæreditaria a Nutrice vel ab ejusmodi Patre profluxerit, qui ipse morbo legitimo laborat, cum spuria in foetum a patre propagata in nato vel diu latitet, vel in cachexiam etiam, tabem, rachitidem, arthritidem vel scabiem mutetur. Quo promptiorem autem medelam Lues spuria admittit, ceu lenissimis Antivenereis cedens, eo difficilius vel plane non curatur legitima, curatæ tamen nullum certius affirmatur indicium febre ipsa, quæ usum pharmacorum exceperit. Inter quatuor videlicet Luis legitimæ gradus, qui pro diversitate symptomatum a Nostro cum Fernelio enodantur, sicuti ultimus truculentissimus ac insanabilis merito censetur, ita pro primo & secundo ejus gradu curandis tam cathartica quam diaphoretica, nunc leviora, nunc fortiora, multum commendantur, potiorque facultas virus venereum eludendi purgantibus adjudicatur. Quodsi vero gradum tertium Lues venerea jamdum conscenderit, improbatissimis soli Mercurio in eodem sanando palma tribuitur, utpote aptissimo cum in lympham inspissatam ubiq; se insinuandi, tum venenum præfatum particulis suis alcalico-volatilibus subvertendi ac eliminandi. Salivatione nihilominus, quam alii Mercurii vel externo, vel interno usu provocare malunt, satis lenta, minus tuta minusque jucunda existente, opera potius a Nostro impenditur, ut præmissis fortioribus catharticis Mercurius dulcis per intestina tantummodo evacuet: Mercurii interim dulcis titulo non tam vulgarem intelligere videtur, quam suum, sive cum lymphæ sanguinæ spiritu, tanquam menstruo appropriato, sublimatum & rite essentificatum. Tandem observationes inter Autoris ex-

p. 21. potissimum subnectendæ veniunt, quæ per dissectionem cadaverum fuerunt enatæ. Sic in mulieribus ex Pudendagra demortuis non tam lacunas, quam totam ipsius vaginæ substantiam suggillatam, imo nigram penitus & patridam, in aliis vero cum Pudendagra muliebri Vomicam ovariorum sæpius conjunctam, pluries vidit. E contra quæ Penis vasa lymphatica *Cowperus* primum detexisse sollicitèque depinxisse in *Actorum Erudit. Supplement. Tom. II. Sect. XI. p. 509* legitur, eorundem

dem in Viris Bubone venereo ulcerato lateque inguen depascen-
 te vexatis tres, aliquando plures circa inferiorem glandularum
 inguinalium partem annotavit furculos, lympham ab acido ve-
 nereo coagulata[m] continentes. An hæc autem a glandulis di-
 ctis per vascula ista ad urethram, glandem ac præputium pro
 partibus ejusmodi internis obliniendis derivetur, quemadmo-
 dum Autoris fert sententia, omnes merito dubitabunt, qui con-
 trarium petiunt, i. e. lympham a membro virili per vascula me-
 morata verius ad glandulas inguinales, ceu conglobatas, reduci
 cum laudato norunt *Cowpero*. Semen porro ipsum virile in
 vesiculis seminalibus comprehensum aliquando in similem cum
 Prostatarum succo turgescitiam abripi, pro argumento Nosler
 reputat, quod sæpiusculæ dictas vesiculas flatu mero nimium
 distentas invenerit. In inguinibus itidem frequentius ulcera pha-
 gedænica adeo maligna deprehendit, ut erosio umbilico tenuis
 abdominis musculus pyramidales ipsos e confiniis diremerint ac
 peritonæum terebrarint. Neque in ullo alio morbo, ac in Lue
 venerea, tantam unquam bilis quantitatem observavit, folliculo
 cystico ad stateram appenso semilibræ pondus plerumque su-
 perante, bile autem ipsa degustata instar Tithymali linguam ad-
 urente. In funeribus adhæc Venereorum ingentem vidit po-
 lypum perpetuo cor occupasse, valde durum, fibrosum, subfla-
 vum & qui, parum aut nihil sanguinis involvens, concretum
 quoddam apparebat lymphaticum, cum alii tam in venis, quam
 arteriis grandioribus, hærerent, sed molliores minusque fibrosi
 ac eo nigriores, quo plus a corde distidebant. In Lue pariter
 denatorum cadaveribus piam præsertim meningem pene tabi-
 dam, luridam, squallidam vasculisque nigricantibus exilissimis
 exarata[m], cerebri autem corticem flaccidum, laxum, humi-
 dum, quasi putrescentem, cum serositate quadam subflava in
 ventriculis cerebri fluctuante, nec non excrescentiis sanguineis
 polyposis plurimis, nigris, sero innatantibus in illius sinubus, nun-
 quam non invenit.

p. 124.

175.

225.

228.

245.

JO. WENCESLAI KASCHUBII. PHIL. MAG. ELEMEN-
 ta Physicæ Mechanico-Perceptivæ, una cum Appendice de

G g 2

Geniis

*Genis, in augmentum scientiarum & usum studiosæ
juventutis concinnata.*

Jenæ, apud Jo. Felicem Bielckium, 1718, 8.

Alph. I.

PROPOSITUM Cl. Autori fuit, selecto aliquo Physicæ compendio studiosæ juventuti, suisque potissimum auditoribus, inservire. Itaque se non mera opinionum recensione, ut fieri adsolet, contentum, sed explicita connexionem, ex principiis ad composita argumentando, ita omnia adornasse pronuntiat, ut & rerum physicarum ignavis serâ relectione innotesceret, scire humanum in rebus physicis non esse merum vagum quoddam, & nescio quid fallax, & dubio verbo enuntiatum ingeniosum, sed dari in physicis veritates plenissime cognitâs, quin imo ad disciplinas reliquas, quas relativas dicere posset, sane necessarias. Præmisit operi Prolegomena quædam, in quibus de natura, objecto, definitione, ac divisione Physicæ, deque ceterarum disciplinarum cum ea connexionem disquirat. Definitio est hujusmodi: Physicam esse scientiam eorum, quæ per vires naturales possibilis sint. Cum autem aliâ possibilis esse intelligantur secundum leges immutabiles motus, per vires corporum, alia secundum leges simultanearum & successivarum cogitationum, per vires animarum & spirituum: idcirco placet Cl. Autori, duas esse partes Physicæ constituendas, ad duplicem illam possibilitatem accommodatas. Tribus autem procul dubio modis res naturales cognosci, secundum phænomena, secundum causas, & secundum dimensionem virium & effectuum quantitatem, primum cognoscendi modum sensum judicium appellari, si absque attentâ mentis consideratione acquiratur, observationum vero & experientiarum nomine celebrari, si cum attentione phænomena investigentur: alteram cognitionem, priori suppositam, phænomenorum simul rationes tradere, ita ut clare ostendat, quibus positâs in universo semper sequatur alterum; eamque sigillatim Physicam appellari solere: tertiam denique rerum naturalium cognitionem omnium perfectissimam esse, licet quandoque secundam supponat, & vel hac incerta, certa tamen maneat; atque hanc

hanc eam esse, quæ principiis & rationibus mathematicis nãtur. Antea verò quam hæc talia disputat Cl. Autor, rem ab ultima origine repetere conatur. Quamobrem mox initio prolegomenorum de ideis, de ente possibili, de rebus existentibus & inexistentibus, de attributis & modis, exponere instituit. Et existentium quidem subjecta seu substantias a mentibus nostris non penetrari cum plerisque concludit: in attributis autem & affectionibus rerum existentium inseparabilibus, tria extensa numerat, extensum molis, extensum virium, extensum durationis: atque horum modos numero infinitos, pro adoptatis philosophiæ & cognitionis humanæ objectis habet. Quæ quidem objecta dupliciter rursus consideranda dicit, sigillatim & connexe: sigillatim, quatenus talibus vel aliis proprietatibus in se determinantur, vel etiam ab aliis distinguuntur: connexe, quatenus cum aliis copulata, & sub his illisve conditionibus invicem agentia & reagentia variantur, novusque producant modos. Mittimus cetera, & ad ipsam tractationem progredimur: quæ, ut supra jam innuimus, divisa est in partes duas. Capite itaq; primo Partis prioris de natura corporis in genere, indeque pendentibus affectionibus agit Autor, idque ante omnia demonstrare cum B. Leibnitio nostro conatur, ad corpus quodque perfectum requiribile ac renibile, quo sese in statu suo conservare valeat, omnemque plane materiam, (licet utique etiam passiva sit,) & agere aptam esse, & certo modo continue agere, ob eamque causam substantiæ nomen mereri, sive entis actualis, cum alias a phænomenis, modis, & schæsis animæ nostræ idealibus nihil differret, neque etiam extra nos subsisteret: atque inde fieri, ut vis corporum semper sit massæ proportionalis, quod pendula in primis confirmant. Jam conatum istum ac nibile materię, ab antiquis entelechiæ nomine appellatum, fundamentum impenetrabilitatis esse, porroque diffusionem substantiæ nitentis & renitentis inferre extensionem, extensionem involvere divisibilitatem, ac denique divisibilitatem molis includere figurabilitatem disserit. Quo loco Cartesium leviter reprehendit, quod extensionem propria materiæ substantia habuerit, & cum duritiæ per saltum etiam soliditatem ab essentia materiæ excluderet. Postmodum de modis

dis ac formis materiz præcipuis tractare incipit, ut de fluido & solido, de molli & duro, raro & denso, liquido & sicco, aspero & lævo, elastico & fragili. Inde ad motum & quietem, atque ad tradendas leges motus primarias pergit. Tandemque ad enumerationem effectuum in universo præsentium, & assignationem causarum sese convertit. Ab universalioribus autem semper ad specialiora progreditur, & Cap. II corpora mundi totalia, stellas fixas, Solem, Lunam, planetas, cometas, stellasque novas perpendit. Mox Cap. III ex phænomenis etiam illorum connexionem & actionem mutuam, generationes, indeque pendentibus effectibus enucleare satagit. Tum specialius Cap. IV descendit ad tellurem, & consideratis phænomenis, quæ ab ejus structura, & corporibus circumstantibus oriuntur, ea etiam quæ in aere cernuntur emphatica ad causas physicas revocat. Quibus absolutis terræ massam ipsam aggreditur, & perpenſis salibus & principiis concretionis & solutionis primis, imperfecte mixta, fontium originem, aliasque ejusmodi res investigat. Tandemque Cap. V in structuram plantarum & animalium, hominis in primis, inquit: atque ita absoluta parte Physices priori, ad posteriorem se convertit, in qua substantiæ cogitantis affectiones breviter lustrat. Et quidem Cap. I animam sensitivam & rationalem, ejusque status & affectiones varias exponit: capite vero II & ultimo Ens a se, independens, & infinitis attributis præditum, quatenus & quale a nobis intelligitur, considerare laborat. Ceterum optimi quique & celeberrimi Autores sæpe a Nostro citantur, & pleraque eorum reperta aliquo modo attinguntur.

GERARDI CORNELII DRIESCHII, COLONIENSIS, Exercitationes Oratoriæ.

Viennæ Austriæ, sumtibus Aug. Laur. Eckebrechtii, 1718, 8.
Alph. 3 pl. 10.

Exhibentur hoc volumine primo loco *Orationes* sedecim longiores, & viginti breviores, stilo satis eleganti compositæ. Pleræque sunt scholasticæ sive, ut veteres loquebantur, sophisticiæ e.g. *quarta*, qua Simeon, Jacobi patriarchæ filius, contendit, Josephum non esse Ismaelitis vendendum, sed occidendum;

quin.

quinta, qua docetur, præstare cæcum esse, quam mutum & surdum; *duodecima*, quæ Philippica est in Malchum, Christo alampam infligentem. Sequuntur duodecim *libri epistolarum* ab A. 1711 scriptarum, idque de rebus familiaribus: ex quibus proinde nulla ad lectorem redundat utilitas, nisi ut inde cognoscat, Autorem in studio Latinæ eloquentiæ non male collocasse operam suam. Nobis quidem nihil, quod Lectoribus nostris inde proponi dignum esset, occurrit, præter pauca, quæ sequuntur. Scilicet Lib. I Epist. 32 & lib. VIII Epist. 27 *Hortensius Maurus*, Abbas Italus, Hanoveræ degens, hujus ævi Poetarum facile princeps esse dicitur. Lib. VI Epist. 8 Leibnitijs de Drieschii nostri comœdijs judicat, *omnem earum elegantiam in solis verbis consistere*. Suadet igitur, ut posthac confingat lepidos fortunæ lusus, eosque comœdiæ inferat. Non aliud judicium de quadam ejusdem tragœdia idem fert Leibnitijs lib. eod. Epist. 14. Lib. VIII Epist. 15 legimus, *Wilhelmium* quendam, sacri ordinis virum, elaborasse *Historiam Luxemburgensem*; *Cloßerradium*, præfulem, *Historiam Limburgensem*; *Redinghovium* Baronem *Historiam Juliae, Cliviae & Montium*: atque tria ista scripta dignissima censentur, quæ in lucem edantur. Denique lib. X Epist. 19 Drieschius noster narrat, pleraque exemplaria comœdiarum suarum versa fuisse a pharmacopola quodam in cucullos piperis ac thuris peniculos.

Excipit hoc Epistolarum familiarium Syntagma *Epistolarum artificialium liber unicus*, quo continentur epistolæ fictæ & supposititiæ, e. g. Majæ ad Mercurium, Aristotelis ad Alexandrum, Caroli VI Imp. ad Annam Angliæ Reginam. Hinc exhibentur *Exercitationes poeticae*, & quidem (1) *Liber Hereticorum* ex quo discimus, Autori studium Latinæ poeseos non infeliciter cessisse: (2) *Comœdia quatuor, & Tragœdia una*: de quibus ingenuam Leibnitijs ἐπίνοιαν modo produximus: (3) *Epigrammata*, ex quibus unum (nam ex uno disci possunt omnia) apponemus, in *Morionem* compositum:

Et virct æstivo, brumali & tempore palma:

Quam belle ingenio convenit ista tuo!

Agmen claudunt aliquot *Dialogi*, in usum studiosæ juventutia contexti, de quibus plura commemorare nihil attinet.

Joh.

Job. George Leutmanns A. M. & P. D. vollständige
Nachricht von den Uhren ꝛc.

hoc est,

**JOH. GEORGII LEUTMANNI, ARTIUM MAGISTRI
& Pastoris Dabrunensis, Tractatus de horologiis automatis,
una cum descriptione instrumenti ad delineanda horologia
solaria, & Prefatione CHRISTIANI WOLFII, S. R. M.**

Ber. Consilarii aulici & P. P. O.

Halæ Magdeburgicæ, in bibliopolio Rengeriano, 1718, 8.

Plag. 10 Tab. zn. 7.

TAmetsi Tractatus de horologiis automatis Anglicus, de quo diximus in his Actis Tom. III Supplement. p. 168, a Cl. *Doppelmeyero* in Germanicam linguam translatus, & novæ editioni *Gnomonicæ Welperianæ* subjunctus fuerit; nullus tamen hactenus extitit in idiomate nostro Germanico libellus sigillatim impressus, qui automatoposiam cognoscere cupientibus satisfaceret. Hunc ergo defectum ut suppleret Cl. *Leutmannus*, brevem de automatoposia Tractatum idiomate vernaculo in lucem publicam emisit. Dividit eundem in tres partes, quarum prima eam automati partem declarat, quæ horas per indicem monstrat; secunda vero alteram, quæ easdem numerat; tertia denique ad ejus fabricam descendit. In duabus partibus prioribus primum explicat terminos, deinde fundamenta, tandem regulas supputandi numeros dentium ac conversionum pro singulis rotis atq; tympanis. In tertia perspicue docet, quomodo tractanda sit materia ex qua rotæ ac reliquæ automatorum partes fiunt. Tradit regulas examinandi automatorum perfectionem, eadem rite tractandi & errores corrigendi. Instrumentum, quod ad delineanda horologia solaria commendat & *lineale gnomonicum* vocat, est scala geometrica constans ex recta ope quadrantis & angulorum horariorum ita divisa, ut ejus auxilio lineæ horariz in plano horologii determinari queant. *Wolfius* in præfatione, quam præmisit, de usu temporis agit & varia cum ad horologiorum historiam, tum ad Autores, qui de iis scripserunt, spectantia tradit. Monet inter alia, horologium illud singulare, quod ex Transactionibus Anglicanis in Actis A. 1686 p. 79 descripsimus, jam multis retro annis descriptum fuisse a *Schotto* Technicæ curiosæ lib.

IX p. 708 & incerto Autori attributum.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Junii Anno MDCC XVIII.

HISTOIRE DE L'ACADEMIE ROYALE DES
Sciences Année M DCCXIII, etc.

hoc est,

*HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ SCIEN-
tiarum Anni 1713, cum Commentariis Mathematicis
& Physicis ejusdem anni.*

Amstelodami, apud Petrum de Coup, 1717, 12 reg.

Alph. 1 plag. 3 Tabb. xx. 10.

P*Hyfcam Generalem* novis ætus marini phænomenis di-
tauit *Caffinus*. Cum enim observationes complures inter
fe conferret, fluxum majorem reperit Luna Perigza,
quam Apogza, & in quacunq; minore a Terra distan-
tia, quam in majore, itemq; in declinatione minore, quam in
majore. Minus nemp; fluxus est, e Luna existente Apogza
cum latitudine meridionali in signis meridionalibus, vel septen-
trionali in septentrionalibus: maximus contra est Luna Peri-
gza in æquatore. Ostendit etiam *Caffinus*, quomodo datis ob-
servationibus pro aliquo loco construi possint Tabulæ, unde ad
datum tempus quantitas fluxus computari queat. Notat
præterea, ætum esse æqualem in duobus locis diametraliter
oppositis; in syzygiis æstate matutinum esse minorem vesper-
tino, hieme contra vespertinum matutino, & differentiam in-
ter matutinum & vespertinum æstate quam hieme majorem.
De la Hère methodo *Kepleri*, sed correctâ, quam tamen ipse
missam fecerat, ex crepusculis altitudinem atmosphæræ deter-
minat 35362 hexapedarum Gallicarum. Figuram crepusculi,
h H quam

quam *Keplerus* circularem dixerat, hyperbolicam esse contendit. Naturæ in dividenda materia subtilitatem illustraturus *de Reaumur* ductilitatem auri in inaurandis filis argenteis accuratius definit, quam ab aliis hactenus factum. Inter alia ostendit,

auri crassitiem non esse nisi $\frac{1}{10500}$ unius lineæ. Ad vitrum

quoque provocat, quod in fila diduxit filis araneæ subtiliora, ita ut non dubitet, ex vitro linteamina confici posse : immo ad fericum aranearum subtilitatem Naturæ in dividenda materia distincte cognitarum ablegat, quo ova involvunt, 6000 filis a se invicem separatis una per anum emissis. *Sarrasinus* animal describit carnivorum Americæ septentrionalis, quod incolæ *Carcaja* appellant. Cum contra observationes areometricas, quas R. P. *Fevillée* cum Academia Scientiarum communicaverat, & de quibus alibi jam diximus in Actis nostris, objiceretur, quod in zona torrida vitrum areometri dilatatum minorem exhibeat gravitatem specificam aquæ marinæ, quam revera se habet ; *Casfnus* respondit, ipsas etiam aquas calore Solis dilatari & sic re vera specificè leviores fieri. *De la Hire* quantitatem aquæ pluvialis anni 1713 reperit 21 digitorum & $\frac{1}{4}$ linearum. *Imbertus* somnii extraordinarii exemplum affert & ejus rationem reddere conatur.

In *Anatomicis* singulare exemplum tumoris præternaturalis ab aere, per vulnus pulmonis producti & totum fere corpus, nonnisi volis manuum, plantis pedum & vertice capitis exemptis, occupantis producit & affectus hujus rarioris causas rationemque formalem describit *Littre*. Descensum vesicæ in scrotum ter observavit *Mery*, quem a nullo autore annotatum meminit, & producit is tumorem herniæ similem. *Littre* tympanitidis systema multarum observationum auxilio condit ; adscribit eam aeri ab alimentis in ventriculo & intestinis separato. Quid possit imaginatio matris in fœtum, *Rouault* exemplo singulari docet. Fœmina scilicet gravida circa dimidium quarti mensis renem bubulum appetens, nec voti compos facta manum dexteram fronti applicans, digitis, verticem attingentibus, statuto a natura tempore, peperit filium, membris inte-

gris

gris, capite nonnisi excepto, quod, ossibus extra situm suum dimotis, nec magnitudinem, nec figuram convenientem habebat, verticem tumore occupante, qui & colore, & figura renem bubulum referebat. Infans quasi stupidus jacebat & motu languido gaudebat. Cum sex a nativitate horis elapsis decederet; & cerebro & cerebello carere deprehendebatur, nec medulla Spinae dorsi nisi cum tertia vertebra colli incipiebat, Ex scripto, quod *Anollius* Societati Regiae de fistula lacrymali dedicavit, & de quo nuperrime locuti sumus in his Actis, nova recensetur methodus fistulas lacrimales curandi, ab hoc chirurgo inventa, haecenus usitatis multum praeferenda.

In *Chymicis* limaturam Martis subtilem croco ejus praefert *Lemery*, quem materia oleosa privatam capiti mortuo confert, sicque vi sua contra obstructions destitutum censet. Ob laxitatem pororum Martem arbitratur absorbentem, Arborem quoque Martis olim a se detectam in praxi Medica utilem reperit. *Godofredus* methodum generalem invenit praeparandi tincturas metallorum, quatenus haecenus in potestate sunt, in usum medicum. Crystallus solares eum duplo terrae foliatæ Tartari in mortario vitreo contundit, donec massa in spissum abeat liquorem spiritu vini dissolvendum. Crystallus solares parat, una parte auri in sex vel septem partibus aquae regiae soluta: terra vero foliata Tartari est alcali Tartari Spiritu aceti & spiritu vini imprægnatum. *Chomel* aquas minerales Galliae varias sub examen revocat. *Lemery* junior actionem salium in materias inflammabiles expendit. Varii generis olea mortario condenti infudit, ut naturalem inflammabilitatis gradum observaret. Commiscuit deinde variæ generis salia & ab his flammam immixtam vidit, solo nitro excepto, quod sulphuri cui-cunque admixtum flammam notabiliter auxit atque intendit, solum tamen in mortario candenti inflammari non potuit. Inquirat adeo in rationem trium horum phaenomenorum, 1 cur nitrum sulphurum inflammabilitatem augeat, 2 cur reliqua salia eandem immixtant, 3 cur nitrum & spiritus nitri adeo diversos in aliquot casibus producant effectus. Utitur tanquam principio experimento, quod in his Actis Supplem. Tom. V

p.125 sq. recensuimus & in *Historia* Academiæ Regiæ Scientiarum Anni 1701 ab *Hombertio* quoque describitur. Infert inde, acidum nitri separari & elevatum in aere in partes olei non inflammatas incurere easque accendere. A reliquis salibus difficilius separari acidum adeoque nullum amplius oleum in aere offendere, cum elevatur. *Quinquina* usum ac proprietates exploravit *Reneaume*. Eam ob amaritudinem succos acres corrigere reperit, ex amaro enim & acri fit dulce. Eadem cum sit absorbens, actionem acidorum impedit & hinc fluiditatem liquorum ab acidis coagulatorum conservat. Cum sit adstringens, fibras corroborat eorumque tonum intendit. Ob amaritudinem denique calefacit & transpirationem juvat, quia fluiditatem promovet. Ex his principiis rationem reddit *Reneaume* usus ipsius, quem inter alia in corrigendis stomachi malis extra febremprehendit. *Godofredus* aquam adstringentem ex ferro parare docet. *Hombertius* describit præparationem salis cujusdam singularis & materię cujusdam bituminosę metallicę, quorum illud ferrum, hæc verò argentum penetrat, ut nulla transitus vestigia relinquuntur, nec massa metallorum alteretur: quo ipso pororum existentia in corporibus ad sensum valde compactis in aprico ponitur. *Godofredus* junior mense Januario aeri frigido exposuit duas uncias aquę & totidem spiritus vini, donec thermometro teste eundem frigoris gradum acquisivissent. Cum liquores invicem miscuisset, spiritus in thermometro immerso per integrum digitum ascendit ibique persistit, quamdiu effervescencia duravit. Casu detexit *Hombertius* novam quandam auri ab argento separationem, quę tamen hætenus receptę non æquiparari, nedum præferri meretur. Idem accidens, quoddam singulare circa sublimationem Mercurii annotavit.

In *Botanicis* contra communem Botanicorum opinionem *Marchant* in illa planta, quę *Lichen petreus stellatus* appellatur a *Caspere Baubino*, flores & semina detexit, atq; ideo novum plantarum *Marchantiarum* genus constituens mutato nomine *Marchantiam stellatam* appellat. Rationem denominandi inde petit, quod parenti ipsius, cum Academia Scientiarum A. 1666 crearetur, Botanici vices demandatę fuerint. *Reaumur* prunorum sylvestrium figuram (quę alias ad rotunditatem

tem sphaericam accedit) mense Junio A. 1613 per intervallum quinque leucarum Gallicarum ovalem reperit, qualis fere amygdalarum juniorum esse solet, licet fructus reliquarum arborum figuram ordinariam haberent, nec per 25 leucarum intervallum ultra progressus pruna sylvestria monstrosa reperire poterit. Idem novam quandam plantam describit, quam *Boletum ramosum Coralloidem fatidum* vocat. *Jussieu* describit arborem fructum Castiferentem, quam *Jasminum Arabicum Lauri folio* dici posse exultinat, occasionem commodam nactus, postquam *Paneras*, Consul Amstelodamensis, istiusmodi arborem Regi Galliarum obtulit, in horto regio Parisiensi plantatam. Circa characteres Botanicos consentientem habet *Johannem Christophorum Volkamerum*, in *Ephemeridibus Naturae Curiosorum* Cent. 4 p. 329, ubi ramus cum baccis delineatur, quem liberalitate L. B. a *Munnickbausen* ex horto ipsius *Swebbertiano* prope *Hamelense* fortalitium magnificentia vere regia exstructo acceperat.

In *Geometria* suas de evolutione curvarum reflexiones, quas *Commentariis* A. 1712 inferuit, ita continuat *Variignonius*, ut initium evolutionis fiat in quocunque curvae puncto & curvae non modo ponantur ad eandem partem concavae, sed concavitatis diversae. Demonstrat nimirum proprietates curvarum in his casibus ex evolutione descriptarum & radios circulorum osculatorum determinat. *Saulmon* exhibet formulam generalem inveniendi sinum arcus dimidii ex sinu integri dato, idemque tangentem dimidii ex tangente integri, consequenter inscribendi & circumscribendi polygona regularia, quorum numerus laterum in ratione dupla creascit. Probat simul, quod bisectione in infinitum continuata polygonum inscriptum non possit fieri aequale circumscripto, consequenter nunquam eam circulo vere coincidat; item quod diameter peripheriae incommensurabilis reperiri debeat, si per continuam bisectionem arcus quærat. *Rollius* observavit, quod duae sectiones conicae dimidiae, v. gr. dimidia parabola & dimidia ellipsis se mutuo secare possint in quatuor punctis. Id nimirum contingere debet, quoties æquatio biquadratica quatuor habet radices reales. Paradoxum mirati sunt Geometrae Academici,

cum in Academia Scientiarum ejus mentionem faceret : sed eum *de la Hire* atque *Saurin* ipsum examinarent , veritati consentaneumprehenderunt. Idem deinde mutatis mutandis *Rollius* ad curvas altiores applicat. *Saulmon* spatium circulare quadrat, diversum & a lunula *Hippocratis*, & a spatiis ceteris, quorum quadraturas recentiores Geometræ dederunt. *De la Hire* quasdam trapeziorum proprietates more veterum demonstrat, hæcenus a Geometris elementaribus non animadversas.

In *Astronomicis* figuram Telluris ex suis atque *Picardi* observationibus determinare tentat *Cassinus*. Figura vulgo statuitur spherica : sed *Hugenius* in discursu de causa gravitatis & *Newtonus* in Principiis e conatu centrifugo massæ terrestris a motu vertiginis diurno oriundo deduxerunt, Tellurem habere figuram spheroidis, cujus axis sit minor diametro æquatoris. *Eisen-schmidius* in diatribæ de figura Telluris ex observationibus eorum, qui graduum in Meridiano magnitudinem dimensî sunt, concludit, diametrum majorem per polos transire, minorem esse in æquatore. *Newtonus* figuræ speciem non definit: ex ejus tamen principiis sequi, quod sit solidum a rotatione Ellipsis *Apolloniana* circa axem minorem genitum, *Hermannus* in Phoronomia prop. 82 p. 366 demonstravit. *Hugenius* curvam aliam generis biquadratici assignavit. *Cassinus* ex collatione magnitudinis unius gradus *Picardiana* cum sua perspicuens, magnitudinem graduum versus polos cum latitudine parallelorum decrescere, & demonstratione convictus id fieri debere, si Meridianus sit ellipsis, cujus axis major per polos transit, *Eisen-schmidio* assentitur &, cum rationem distantiz focorum ad axem majorem observationibus *Picardianis* & suis conformem reperiat, si fiant ut 8724 ad 100000, hoc est, fere ut 1 ad 11, differentiam inter axem Telluris & diametrum æ-

I

quatoris deducit $\frac{1}{11}$, eandem fere cum *Newtoniana*, nisi quod
262

Newtonus diametrum æquatoris (ut diximus) faciat axe Telluris majorem. Exhibet regulam facilem Ellipsin in eas portiones secandi, quæ singulis Meridiani gradibus respondent, & ejus ope Tabulam condit, in qua singulorum graduum magni-

gnitudo a polo usque ad æquatorem exhibetur. Istiusmodi quoque Tabulam, quamvis contractiorem, ex aliis fundamentis computavit *Newtonus*, sed quæ a *Cassniana* prorsus differt, cum in *Newtoniana* magnitudo graduum ab æquatore versus polum crescat, in *Cassniana* contra decrescat. Enimvero *Newtonus* loc. cit. p. 383 & 387 ostendit, lubricam esse hanc viam, quæ arcibus Geographice mensuratis in Meridiano nititur, atque hypothesein *Cassnianam* experientiz contrariam probat, quod vi ejus, experientia invita, corpora ad polos terræ leviora forent quam ad æquatorem, & pendula isochrona longiora ad æquatorem quam in observatorio Regio Parisiensi, quodque diameter umbræ terræ, quæ ab austro in boream ducitur, in eclipsibus lunaribus major foret ea, quæ ducitur ab oriente in occidentem, excessu 2' 46", seu parte duodecima diametri lunaris. Est vero juxta utrumque differentia graduum adeo exigua, ut in Geographicis figura Telluris spherica tuto assumi possit. *Cassnus* a die 19 Maji usque ad d. 26 maculam solarem & d. 6 Decembris h. 8 40' duo parhelia observavit. *Maraldi* ex suis atque *Kirchii* observationibus periodum stellæ variabilis in collo cygni determinat diem 20 5/2, quantam fere repererat *Kirchius*, atque regulas proponit, juxta quas reditum prædicere licet. De *Reaumur* machinam portatilem describit ad sustinenda telescopia majora, ab illustri *Blanchino* Academiæ Regiæ exhibitam, quam *Chirello*, Optico celebri per Italiam, manus auxiliatrices ferente invenit. Constat ex prismatibus cavis sibi motuo insertis, ad instar tuborum telescopicorum, ut pro lubitu vitrum objectivum attolli ac deprimi possit. In ceteris uti licet artificibus *Hugenianis*, quibus telescopium a tubi molimine liberatur, ex his etiam Actis dudum notis. Initium eclipsis lunaris d. 2 Dec. A. 1713 annotarunt *de la Hire* h. 2. 25'. 15", *Maraldus* atque *Cassnus* h. 2. 25'. 53"; medium ille 3h. 36'. 40", hi 3h. 36'. 35"; finem ille 4h. 49'. 20", hi 4h. 84'. 16", magnitudinem ille 4 dig. 56", hi 5 dig. 9'. Non toto obscurationis tempore umbræ terminus fuit æque distincte conspicuus.

In *Acustica* sonum fixum determinare studet *Sauveur* sive *Salvator*, & sub finem commentariorum exhibetur scriptum

Ha-

Haguenotii de motu intestinorum in passione iliaca a Societate *Montispeffulana* ad Academiam Scientiarum missam.

Inter socios A. 1713 obiit d. 15 Aprilis *Petrus Blondinus*. Natus est A. 1682 d. 18 Dec. in *Picardia* oppido *Vimeu*. A. 1700 Parisios venit & Philosophiz atque Mathesi in collegio Regio operam dedit. Accessit postea ad studium Medicum & in horto in primis Regio demonstrationum Botanicarum *Tournefortii* dulcedine captus in studio Botanico eos progressus fecit, ut *Tournefortius*, quando se male haberet, vices suas ipsi demandaret. Herbatum excurrens in sola *Picardia* 120 plantas conquifivit, quæ horto Regio nondum fuerant illatz, & multas in Gallia plantarum species detexit, quæ *America* peculiare credebantur. A. 1712 in Academia Scientiarum *Renaumio* adijungebatur. Unicum scriptum evulgavit, in quo plenus erga præceptorem reverentia genera quædam plantarum aliter constituit, quam a *Tournefortio* factum fuerat. Multa ex plantis medicamenta non sine successu composuit. Remis A. 1708 Doctor Medicinæ creatus. Reliquit herbaria ampla & exacta, multa semina & non pauca schediasmata curiosa in ordinem sic satis digesta.

NIC. BERNOULLI JOH. F. DE TRAJECTORIIS curvas ordinatim positione datas ad Angulos rectos vel alia data lege secantibus; qua occasione communicatur gemina constructio alicujus problematis a LEIBNITIO propositi de trajectoriis orthogonalibus: una cum Appendice de Epistola pro Eminente Mathematico Actis Lips. Mens. Jul. A. 1716 inserta.

§. I. **S**eries linearum curvarum secundum datam legem descriptarum oritur, si assumpta recta quæpiam tanquam parameter legem descriptionis ingrediens, & pro qualibet curva invariabilis, ex sui successiva variatione dat aliam atque aliam seriei illius curvam. Jam non pauca habentur notatu digna circa hujusmodi lineas communi lege generatas, quas illustris quondam Leibnitius vocaverat *ordinatim positione datas*; duo eum primis non spernendæ utilitatis fuere hactenus considerata & quæ sita: modus scilicet determinandi lineam quæ illas ordinatim

natim positione datas contingat; deinde methodus eandem secandi in angulo dato vel data lege variabili per lineas quas trajectorias Honoratiff. meus Pater nuncupavit.

§. 2. Ad prioris generis problemata pertinent omnia illa, ubi datæ curvæ quæritur evoluta, caustica, diacaustica &c. ut & illa, quæ ex mutato situ vel directione tangentis aliam quæsitam continuo tangat, cujus exemplum luculentissimum præbet balistica, in definiendo limite, qui comprehendat omnes possibiles jactus longissimos, ad quos globus missilis ex quacunque elevatione mortarii pertingere possit, quem linitem parabolam esse, ac quidem æqualem illi quam describit globus in mortarii situ horizontali, demonstratum est in *Analyfi infinite parvorum* p. 133. Illa vero problemata nihil aliud ad sui solutionem, requirunt, quam directam differentialium methodum, sicuti patet ex iis, quæ pro solvendis hujusmodi traduntur in dicta *Analyfi* vid. Section. s V, VI, VII & VIII, ita ut cum lineæ ordinatim positione datæ sunt algebraicæ, ipsa quoque quæ quæritur illas contingens non possit non esse algebraica.

§. 3. Secus vero se res habet cum *trajectoriis*, utpote quæ pro curvis quanquam algebraicis ex data lege secandis sæpissime sunt transcendentes, tametsi accidere possit, ut secundarum etiam transcendentium trajectoriz fiant algebraicæ. Quod si enim lex illa in hoc consistat, ut trajectoriz occurrant secandis ad angulos constanter datos, manifestum est, ambas series curvarum in se mutuo ratione nominis converti posse, h. e. quod series trajectoriarum considerari queat instar seriei secundarum & vicissim: quare si lineæ ordinatim datæ sint algebraicæ, habeant autem seriem trajectoriarum transcendentem, annon hæ ipsæ tanquam secandæ, licet transcendentes, habebunt priores algebraicas pro suis trajectoriis?

§. 4. Disquisitio ista de trajectoriis determinandis res est abstrusæ indaginis, quæ plus difficultatis habet in recessu, quam prima fronte apparet, sicut illi experientur, qui in generali rei idea nescio quam statim simplicitatem & facilitatem mentiente non subsistere, sed ad peculiaria quædam exempla descendere dignabuntur: deprehendent enim integrationum regulas hæc-

nus in vulgus notas in plerisque transcendentium exemplis nequicquam ad usum vocari, atque parum subsidii ab illis sperari posse, nisi arte quadam peculiari ac non cuivis obvia tractentur.

§. 5. Primum Patri meo subnata est occasio ea de re cogitandi, cum legeret olim Hugenii Diatriben de lumine, ubi singulari modo explicat generationem & propagationem lucis per expansionem undarum, quæ ita incurvantur ut radios lucis curvilineos per medium continue difforme penetrantes orthogonaliter secent. Mox postea ex radiorum curvitate quaerere (nec sine successu) suscepit Pater, curvitatem undarum, & vice versa hanc ex illa, tum & utramque ex data lege variantis refractionis medii. Ortum hinc habuit synchronarum Parentis speculatio, quæ nimirum ex omnibus curvis celerrimi descensus commune initium habentibus abscindunt arcus temporibus æqualibus percurrendos, quasq; ostendit has alteras, quæ in vulgari gravitatis hypothese sunt cycloides, ad angulos rectos trajicere, ac proin synchronas brachyochronarum, & vicissim hasce illarum esse trajectorias orthogonales. Vid. Act. Lips. an. 1697

§. 6. Sed pluribus jam annis ante id temporis hæc materia ipsi familiaris erat, ut constat ex iisdem Actis an. 1698 p. 470. & seqq. ubi mentionem injicit methodi cujusdam sibi usitate atque exemplorum multorum per eam solutorum, simul & refert Leibnitii, quem ad tentamen invitaverat, solvendi rationem sub finem anni 1694 sibi perscriptam: patet ex ipsa ejus epistola, cujus excerptum ibi habetur, problema hoc quod aliquem usum in dioptriciis habere videret Leibnitio nequaquam displicuisse, cum præsertim postea a Parente meo monitus observaret suum solvendi modum, qui primus quoque fuit, in quem antea inciderat Pater, & a quo sane re ipsa non differunt illi, qui superiori anno prodierunt, feliciter applicari non posse, nisi ad exempla algebraica & ad pauca quædam transcendentia: pro eo enim quo erat candore Leibnitius, imperfectionem hujus methodi non tantum agnovit, sed etiam vel ideo quaestionem ipsam tanto plura æstimavit, quo factum, ut de aliis methodis eruendis uterque cogitaret, quæ ad talia pertingerent, ad quæ

quæ illa communis & obvia applicari non posset, Patrem vero meum non prorsus successu frustratum fuisse, manifestum fiet ex constructione mox communicanda exempli ante biennium in Anglia propositi.

§. 7. Non quidem inficior problema ipsum a Patre fuisse suggestum; sed nego, ceu aliqui ita interpretantur, hoc ipsum fecisse, ut provocaret ullum ex mortalibus, nedum eruditos Angliæ Mathematicos, quorum profundam sagacitatem, præcipue incomparabilis Newtoni, data quavis occasione deprædicat, & cum quibus pacem colere, modo vellent, esset id quod vehementissime cuperet. Prorsus enim adstipulatur Newtono existimanti, illum imprudentiz esse arguendum, qui *umbram captando h. e. lites serendo perdit quietem suam, rem prorsus substantialem.* vid. *Commerc. Epist. p. 71.* Sed ut intelligant, quam sit a more optimi Parentis alienum, alios ad certamen lacerare, vel cum quoquam rixarum ferram reciprocare, consultum duco indicare paucis rei historiolum. Exeunte nimirum anno 1715 in literis Leibnitianis ad se scriptis vidit problema, quod Vir inclytus transmiserat Illustr. Abbati C. . . eo sine ut ad *pulsam Anglorum Analystarum nonnihil tentandum* (sunt Leibnitii verba) illud illis proponeret: problema autem ita sonabat. „Invenire lineam BCD, quæ ad angulos rectos, secet omnes curvas determinati ordinis ejusdem generis; exempli causa omnes hyperbolas ejusdem verticis & ejusdem centri AB, AC, AD, etc. idque via generali. Pater vero respondit, quam difficile sit problema generaliter conceptum, tam facile esse exemplum quod ille proposuerit, siquidem sit algebraicum & tale quidem ut illud vix mediocris ingenii vires eludere queat; & ne dubitaret Leibnitius, misit huic solutionem hujus exempli e vestigio inventam a me tunc temporis satis juvene, quam videre est in Actis Lips. an. 1716 p. 227. Mirum itaque non fore addidit Pater, si excellentia Anglorum ingenia istius particularis exempli solutionem statim sint datura. Rescripsit Leibnitius d. 31 Januarii 1716 se Hyperbolas proposuisse, non quasi problema in iis consisteret, sed ut intelligeretur; se enim diserte addidisse, quæri methodum generalem, rogavit

autem ut novum sibi exemplum suppeditaret, en verba ejus: *Quod si mihi, inquit Leibnitijs, suppeditare exemplum voles, quod non particulari aliqua facilitate adjuvare putes, sed ad generalem adigere, rem gratam facies. Idenim pro specimine solutionis vera Dno. Abbati nominare potero; vellem autem tale esse, ut factis evolutionibus tandem ad quadraturas reducat, ne dicant ne a nobis quidem sufficientem solutionem dari posse: quanquam revera recurrendum sit ad differentias secundi gradus, nostra autem methodo inter primas consistatur. etc.* Rogatus Pater non potuit non morem gerere tanto Viro, cujus merita in universam rem literariam summopere venerabatur. Roganti itaque in exemplum desumptum ex eadem materia, quam selegerat Leibnitijs, de trajectorijs orthogonalibus suggestit problema de inveniendis & construendis lineis ad angulos rectos secantibus seriem curvarum, quæ hanc habeant naturam, ut cujuslibet in quolibet puncto radius convexitatis ad sui portionem ab axe reflectam habeat datam rationem.

§. 8. Hæc tum ita gesta sunt; num vero transilierit modestiæ limites exhibendo petenti problema, quod proponeret tanquam suum, non tanquam Parentis mei, qui hanc conditionem diserte stipulabatur, nunc æqui Lectoris judicio relinquo. Quis enim somniasset, Bernoullium hujus problematis Autorem existere, nisi hoc, ut conjecto, ipse Leibnitijs amico (postea incaute propalanti) privatim aperuisset? quo jure igitur imputabit quis Bernoullio ostentationis animum, a quo, si quicquam, ipse semper abhorruit? cum latere voluerit, quomodo dici potest, quenquam provocare voluisse? tradi Leibnitio exposcenti problema, de quo, tanquam sui arbitrii & juris jam facti, faceret quod vellet. Leibnitijs hoc proponit, ac suo quidem proponit nomine, ita ut quicquid eveniret, de eo non Patri sed Leibnitio respondere incubuisset. Sed quia nihil amplius hanc in rem expectare licet a Viro optimo morte occupato; lubet hic Patris mei permissu communicare solutionem & constructionem ipsius, qualem statim cum ipso problemate impertiverat in literis ad Leibnitijs datis d. 11 Martii 1716.

§. 9. Problema duas habens partes his verbis conceptum erat;

erat: 1° Super recta AG tanquam axe ex puncto A construere infinitas curvas qualis est ABD, ejus natura ut radii osculi ex singulis singularum curvarum punctis B educti secentur ab axe AG in C in data ratione, ut nempe sit BO. BC :: 1. n; 2° Construenda sunt trajectoria qualis est ENF, priores curvas ABD ad angulos rectos secantes. Solutio & constructio quam tum dederat ita se habet: 1°. Esto AL perpendicularis ad AG: vocetur AI, x; IB, y; & quaedam constans ad arbitrium assumpta, a; fiat y seu IB =

$$\int \frac{x^n dx}{r a^{2n} - x^{2n}}, \text{erit punctum B in quadam curva ABD, quae aestimata}$$

ratam habet conditionem BO. BC :: 1. n. Quod si jam mutetur a eaque major minorve sumatur, prodibit alia ABD a priori diversa eandem conditionem habens. & sic infinita construuntur curvae optatae: quod erat faciendum pro primo. 2°. Describatur nova curva AH, habens (nominatis abscissis AM, z;) applicatas MH =

$$\frac{a^n b^{n+1}}{z^{2n} a^{2n} - z^{2n}}, \text{ubi a denotat eandem arbitriariam, quae assumpta}$$

est pro curva ABD, & b significat rectam pro omnibus curvis eandem, & tantum ad supplenda homogenea ad libitum introductam. In hac nova curva AH capiatur area AHM equalis magnitudini arbitraria constanti C: secabit HM producta curvam ABD in puncto N, quod erit in aliqua ex trajectoriis quaesitis ENF, cujus reliqua puncta similiter determinantur, si successive mutetur a servata C. Quod si alia insuper desideretur trajectoria, sumatur jam C major minorve quam antea, modo constantis maneat magnitudinis dum a mutatur: reliqua peragantur ut prius, prodibit nova trajectoria. Atque hoc pacto tot alia construuntur, quot libuerit. Quod erat faciendum pro altero. Notetur, quod si n =

$$\frac{+1}{2p+1} \text{ aut } \frac{-1}{2p} \text{ erunt curvae omnes ABD, ut & omnes ENF algebraicae (intelligo per p quemvis numerum integrum & positivum);}$$

si vero n = $\frac{+1}{2p}$, utrarumque constructiones dependent a quadratura

circuli: Et tandem si n = $\frac{-1}{2p+1}$, dependent a quadratura hyperbolae.

TAB. III.
Fig. 2.

§. 10. Tametsi hæc solutio pro quovis numero *n* sit generalissima, ita ut permixtio indeterminatarum constructionem per quadraturas nullo modo impediatur; placet tamen adjungere aliam constructionem Paternam, quæ non tantum idem præstat in hoc exemplo, sed & ad alia infinita eodem successu accommodari potest, si levis attentio adhibeatur. Sit igitur AG axis curvarum ABG, AED etc. normaliter secundarum a trajectoria quæ sita NEB, quam per concessas quadraturas ita construit. Ex curvis secundis assumit aliquam pro lubitu ut ABG, quam *principalem* vocat; per hujus singula puncta F, ducantur rectæ AFE, quarum partes AF transferantur in AM (factâ nimirum OA perpendiculari ad AG, & utraque producta versus M & K) ad singula vero puncta M fiant anguli AMK æquales angulis inclinationum curvæ *principalis* ad rectas AF, hoc est, angulis quos faciunt tangentes in punctis F cum suis, respective subtensis AT. Accepta AI arbitrariæ quidem sed constantis & invariabilis longitudinis, agantur IT parallelæ ipsi MK, & junctis MT fiant perpendiculares TL; deinde ad M applicentur MP ipsis AL æquales, formabunt puncta P curvam AVP, cujus areæ APM cum areis hyperbolicis æquatæ determinabunt trajectoriam, id quod sequenti modo peragitur. Inter asymptotos AG & AO descripta sit hyperbola QRS, quæ possit AI² id est cujus coordinatarum reſtanguſa AC + CR vel AH + HS = quadrato Rectæ AL. Sumto autem quolibet puncto H pro initio fixo abscissarum HC, fiant areæ hyperbolicæ HCRS alteris illis APM æquales; capianturque in AF longitudines AE æquales ipsis AC. Puncta E describent trajectoriam desideratam, quæ omnes, ABG, AED, etc. orthogonaliter secabit.

Coroll. Mutato loco puncti fixi H, patet aliam obtineri trajectoriam NEB a priore diversam; sic itaque innumeras describere licet, quæ singulæ optatum præstabunt.

§. 11. Hisce ut puto satisfactum est problemati omni ex parte, idque ad mentem Leibnitii, qui desiderabat, ut *factis evolutionibus constructio tandem ad quadraturas reduceretur*, adeoque ut non tantum eliminatis *differentiis secundi gradus inter primas*

primas confisteretur, sed ipsæ quoque indeterminatæ cum suis differentialibus a se invicem separari possent, idque non per series, sed per terminos numero finitos; quod quicumque effectui non dederint, illi certe hanc quæstionem solvisse minime censendi erunt. Illa quippe reductio differentialium superiorum graduum ad inferiores, ut & indeterminatarum sequestratio, quæ est res intricatissimi negotii, & a Parente primum olim excoli cœpta, potissimam constituit partem solutionis alicujus. Videbimus itaque an inter solutores quidam extiterint alii, qui præsentis exempli solutiones suas ad hunc perfectionis gradum perduxerint. Hactenus saltem nullam hujusmodi videre contigit, quod miror; cum sit exemplum non adeo difficile, & alia suppetant difficiliora, non tamen extra potestatem nostram. Quod autem hoc potius suppeditaverit quam aliud, id certe arguit quod illud nullo studio exquisitum, sed sponte velut oblatum Leibnitio roganti festinanter perscripserit.

§ 12. Tentatum fuisse in Gallia & in Anglia, ac quidem in hac aliquandiu irrito conatu, per literas nobis constat: nuper vero Taylorum Anglum, Virum sane in Geometricis & Analyticis profunde doctum, solutionis tandem impotem esse factam ex Gallia non sine voluptate accepimus; ita enim novum accessisse peritiori Geometriæ incrementum, ejusque adeo limites prolatos speramus: siquidem ut scribitur solutionem suam in Transactionibus Londinensibus publico impertiturus sit, nisi fortassis jam impertierit. Utrum autem rem promoverit usque ad quadraturas & quidem in terminis numero finitis, quod Leibnitii summum requisitum fuerat, edisceamus quondam ex Transactionibus, quæ rarissime & sero ad nos perveniunt. Intelleximus Virum Acutissimum duas habere solutiones, sed in utraque ad secundas fluxiones pervenisse, quas in casu præsentis minime evitare potuerit; quam instituerit Analysin non audivimus; hoc saltem dico, si talis fuit, ut per eam necessario ad secundas fluxiones descenderit, oportet ut postea viam adinvenit per integrationes (rem enim omnino in potestate esse ambæ Parentis constructiones ostendunt) regrediendi ad fluxiones primas, & tales quidem, quæ sint cum fluentibus suis a se invicem separabiles. Nisi hoc præstitum sit,

fit, non ægre feret Cl. Taylorus, si dixerimus, exemplum nostrum non plene ab ipso solutum esse in sensu Leibnitiano.

§. 13. Interim spero Virum Clarissimum eandem nobiscum ferre sententiam de putatitia illa solutione Anonymi cujusdam, quæ dicitur apparuisse in Transactionibus supra memoratis pro mensibus Januario, Febuario & Martio anni 1716. Videtur Autor, quisquis ille sit, acumen ingenii sui non satis intendisse, dum dicere vult aliquid; quando revera nihil dicit quod ad rem faciat; aut si quem sensum cominodum ex verbis ejus elicere licet, in eo consistit, quod quivis de trivio Mathematicus sine operosa attentione videt, etiamsi Autoris solutionem non legerit, sed quod ad tollendas difficultates, quæ in ipsa rei executione occurrunt, ne festucam quidem confert. Hanc puto causam esse, quare solutor anonymus ad specialia exempla descendere, & præsertim cur casum particularem a Leibnitio præpositum attingere noluerit; quem utique perfecte solutum dare debuisset, antequam abjecte adeo de hoc problemate sentire affectet, dum causatur, se *ideo solutionem ulterius non prosequi, quia nullius sit fere usus*; alias certe stomachari non debet, si sibi objiciatur, quod olim Fermatius & Freniclus, Illustres Galli, Wallisio quæstiones numericas nauseare & contemnere simulanti inculcarunt, *facile est, inquit Freniclus, illud despicere, ad quod non possumus pervenire. Nec etiam multum convenit Mathematico, conquæri cui bono sint hæc problemata. Eodem vero jure quæreretur cui bono tota pene Geometria & Arithmetica, si paucula quedam & ea magis trita, & a peritis despecta, quibus Geodætæ, Agrimensores, Mercatores & qui utramque Architecturam exercent, aliique complures in suis calculis utuntur, excipias; cetera namque magis recondita, & præstantiora non nisi ad scientiæ subtilitatem & perfectionem spectant. Cum autem sit proprium intellectus humani veritatem inquirere; nec aliam ob causam tot Viri præstantes scientiis acquirendis operam dederint: inutilis certe dici non debet in disciplinis alicujus acquisitione veritatis.* Vid. Oper. Wallis. Tom. II pag. 811 & 844. Hæc incidenter monenda existimavi, quia aliunde quoque scio, esse non neminem in Anglia, qui cum imitari non possit,

fit, omnia es, quæ a Parente utpote non Anglo proficiuntur inventa, invidiose tradit ac tanquam inutilia despiciatui habet; utut non sit cur præposterum hoc judicium valde nos moveat, quamdiu certi sumus ipsum incomparabilem Newtonum, judicem in his rebus longe magis idoneum omnique exceptione majorem, de iis benignius sentire, ac suam sententiam meo Patri non parum honorificam plussemel jam edixisse, quod priori laudi ducendum, quam quod vel a centum imparibus æmulis detrahi queat.

§. 14. Ad propositum redeo. Occasio postulat ne fileam, quod præstitit Patruelis meus, Nicolaus Bernoulli, Mathematicum Professor Patavinus. Is jam ante biennium, cum primum se applicaret huic quæstioni de Trajectoriis, invenit regulam generalem quidem pro curvis algebraicis, sed quæ non valet pro transcendentibus, nisi illis tantum, in quibus recta illa constans, quæ parametri loco est in qualibet curva, & ex cujus successiva variatione oritur series curvarum a trajectoria normaliter secundarum, in terminis finitis exprimi potest. Regulam ipsam quæ in rei fundamento congruit cum illis Patri jam olim usitatis, quarum memini in art. 6, statim communicaverat cum Illustrissimo Monmortio, Mathematico præstantissimo, & paulo post cum ipso Leibnitio his verbis: *Si x & y sint coordinata trajectoria quaesita, p linea illa variabilis, qua determinat speciem vel positionem curvarum, ad quas alia ad angulos rectos duci debet; quero valorem ipsius p in $x, y,$ & constantibus, quo differentiato & mutatis dx in dy & dy in $dx,$ positisque membris per dx multiplicatis equalibus illis, qua per dy multiplicantur, habebitur æquatio differentialis satisfaciens trajectoria quaesita.*

§. 15. Eandem hanc regulam fed in operandi ordine non nihil diversam eidem Nob. Monmortio perscripsit Pater decimo Julii anni superioris, [nescius a Cl. Professore Patavino jam diu antea fuisse perscriptam, sicut monuit Illustr. Monmortius in sua ad Patrem data responsione, quia vero in praxi analytica sæpius accidit, ut una eademque regula secundum unum quam alterum operandi ordinem, facilius & commodius applicetur,

tur; non piget adjicere quale operationis filium Pater præscripserat. Verba in hanc rem ex dicta ipsius epistola ex Gallico in Latinum translata ita habenti „ Si acquiescendum esset methodo generali, pro curvis quidem omnibus algebraicis, sed non nisi quibusdam transcendentibus valenti, præferrem regulam ab agnato meo traditam, quæ his 4 absolvitur partibus

- 1° Supponere constantem parametrum, quam hoc nomine voco rectam illam ex cujus mutata longitudine dependet curvarum secundarum diversitas.
- 2° Juxta hanc suppositionem differentiari æquationem naturam curvarum exprimentem.
- 3° Convertere dy in dx , & dx in $-dy$.
- 4° Substituere valorem parametri expressum in x, y , & constantibus datis, si quæ adsunt in æquatione curvarum. Hoc facto prodibit æquatio differentialis pro trajectory quæ sita. Exempli loco sumamus inveniendam trajectoryam parabolæ communem axem & verticem habentium: æquatio specifica illarum est $ax = yy$; supponamus itaque 1° parametrum a tanquam constantem; hinc 2° per differentiationem habetur $adx = ydy$, mutando 3° dy in dx , & dx in $-dy$, elicitur $-ady = 2ydx$; in hac denique 4° substituatur pro a ipsius valor $\frac{yy}{x}$; & emerget $\frac{-yydy}{x} = 2ydx$ æquatio differentialis pro trajectory quæ sita. Scilicet ulterius progredi non datur propter inseparabilitatem indeterminatarum; sed casus dantur in quibus illæ separabiles evadunt, imo & quandoque integrabilis redditur tota æquatio, quæ per consequens trajectoryam arguit esse algebraicam, sicuti in hoc exemplo, ubi æquatio reperta $\frac{-yydy}{x} = 2ydx$, statim reducitur ad $-ydy = 2x dx$; ex cujus integration invenitur $u - \frac{1}{2}yy = xx$, aut $2u - yy = 2xx$, quæ est ad ellipsin; unde patet, parabolæ communem trajectoryam esse quamlibet ellipsin cujus centrum in communi parabolæ vertice, axis minor super earundem axe communi habens ad alterum axem rationem ut 1 ad 12, idem omnino, quod jam ante complures annos inveni, ut Tibi patebit ex Actis Lips. 1698 p. 470, quo in loco videbis etiam regulam aliquam Illustr. Leibnitii,

nitii, a qua non multum differt illa, quam producit Celeb.
 Hermannus, & neutra valde discrepat ab ea, quam dudum ante
 excogitaveram, ceu videre est ex quadam mea epistola ad
 Leibnitium data d. 2 Sept. 1694, cujus excerptum habetur loco
 citato. Sed omnes istæ regulæ magno adhuc defectu
 laborant.

§. 16. Quod in hac epistola memoratur de regula quadam
 Cl. Hermanni, sciendum est, id intelligi debere non de ea
 quam publicavit in Actis Lips. mense Augusto Anni præteriti,
 quippe quæ nondum lucem aspexerat, & super qua mox aliquid
 dicendum erit, sed de alia quadam, quam cum amicis communica-
 verat, & nominatim cum Leibnitio; cujus missu illam vidimus,
 atque jam Cl. Autoris pace & scientiæ promovendæ gratia ipsius
 verbis descriptam hic exponere lubet: „Lineam rectam, ait, quæ
 in una eademque curva constans est, sed variabilis variata
 curva, vocabo *Modulum*. Differentietur curvæ datæ æquatio,
 sumto etiam modulo pro quantitate variabili, & eadem æquatio
 adhuc semel differentietur, sed ita tamen, ut x velut constans
 tractetur, & pro elemento ipsius y ponatur $dy = dx dx + dy dy$:
 ope duarum ejusmodi æquationum eliminari potest modulus
 ejusque elementum, adeo ut habeatur æquatio ad curvam omnes
 datas ad angulos rectos trajicientem.

§. 17. Hujus regulæ origo obvia est, utpote quæ eodem
 nititur principio, quo illæ quæ jam ante annum 1694 Parenti
 erant familiares, sed ejusdem insufficientiam probe perspiciens
 Cl. Hermannus, cum in transcendensibus, ubi moduli valor per
 quantitates finitas sequitur exprimi, haud quadret, eam, credo,
 tanquam luce publica non satis dignam neglexit, sed nulla hujus
 facta mentione aliam edidit in memorato Actorum mense
 Augusto anni proxime elapsi in hunc modum: *In æquatione
 differentiali curvarum secundarum permutatis coordinatarum
 elementis, alterutro tamen mutato eliciatur valor moduli ex
 æquatione post hanc permutationem orta, inventusque moduli
 valor in æquatione curvæ secundæ finitis quantitatibus
 expressa substitutus suppedabit æquationem differentialem*

tialem Trajectoria quaesita. Regulam istam esse prorsus eandem cum illa, quam jam antea Patraelis meus dederat, nemo non videt, ipse vero operationis ordo, quem Vir Acutissimus sequitur, usque adeo similis est illi, quem praececedenti mense Julio in literis suis ad Monmortium descripsit Pater, ut videri posset alterum alterius verba descripsisse, si hoc fieri potuisset in tanto locorum intervallo, & tam brevi temporis spatio.

§. 18. Quid autem de hoc canone sentiam, jam supra §. 14 aperui, scilicet illum generalem quidem esse pro curvis algebraicis, sed pro transcendentibus non item. Patruelis meus, qui saltem commuae jus habet cum Cl. Hermanno in canonis hujus inventione, ipse ei non majorem attribuit prerogativam, nec obstat quod contrarium dicat Cl. Hermannus dum eum pro omnibus omnino curvis generalem deprædicat. Exempla quatuor, quæ affert per hunc canonem soluta vel solvenda, nihil probant. Exempla quippe primum & secundum, utpote ambo algebraica nihil difficultatis habent; tertium quidem transcendens & a Patre & a Patruo olim solutum, vid. Act. Lips. 1698 p. 472, tale est, ut valor moduli in terminis finitis exhiberi possit, adeoque nec hoc sufficientiam canonis probat. Quartum denique, quod ipsum est, de quo agitur, a Leibnitio propositum, nescio an ad mentem Leibnitii perfecte solutum dici mereatur; & si vel maxime solutum concederemus, nondum tamen constaret, qua lege vel qua arte *levis illa* (ut dicit p. 351) *substitutio nova cujusdam indeterminata* in aliis transcendentium exemplis cum fructu sit imitanda, præsertim si in æquatione differentiali curvarum secundarum modulus *a* non semel tantum occurreret, sed variz ipsius *a* dimensiones illam ingrederentur: si haberetur ex gr. sequens æquatio curvarum secundarum, quarum trajectoriz constructio per methodum Paternam non est impervia

$$dx = \frac{a^m + fa^{m-1}y + ga^{m-2}yy \text{ --- --- } + by^m}{r^{na^{2m}} + pa^{2m-1}y + qa^{2m-2}yy \text{ --- --- } + ry^{2m}} dy, \text{ ubi da-}$$

tos qualescunque literæ *f, g, h, n, p, q, r*, licuti *m* denotant numeros. Tentet Vir Clarissimus *illam suam substitutionem*, nobisque ingenue referat, quid profecerit aut in quam calculi abyssum

abyssum fuerit abreptus, æquationem trajectoriz expiscaturus; siquidem multum laboris subire debuit pro exemplo isto quarto, sane non difficillimo, nec tamen aliud effecit, quam ut per ambages & institutam aliquam integrationem non facilem, nec certa ratione patentem p. 352, pervenerit tandem ad æquationem aliquam $x dy - y dx = y^m ds : c^{m-1}$, quæ a constructione per quadraturas a Leibnitio postulata adhuc abest, ob indeterminatarum permixtionem; hinc ut casum simplicissimum ad constructionem Patris in Actis 1697 datam revocare posset, novum iterum instituit calculum, parum sollicitus de modo reducendi suam æquationem in statum optatum separationis, quo construi posset per quadraturas pro omni possibili casu ipsius m quod supra §§. 9 & 10 felicissime peractum; miror itaque, quod, dum optime judicat, tentamen Anonymi illius Angli fore calculi laboriosissimi, ipse interim calculi prolixitatem & molestiam evitare non studuerit; miror præterea dicentem, secunda differentialia esse superflua, quando ipse tamen in calculo suo exempli IV ad ea delabitur, æquatio enim ipsius XI involvit dp , hoc est dds : siquidem b, q, p , se habere supponuntur ut $dy, -dx, ds$, quod moneo ut de alia magis perfecta exempli istius solutione cogitet, quæ nec differentialium secundarum involuione, nec indeterminatarum inseparabilitate laboret, quem in finem binarum a Patre datarum constructionum analysin aut demonstrationem adhucdum studio omisi, ut nimirum tempus habeant, qui hisce delectantur atque ingenii sui vim experiri voluerint, in illas inquirendi aut alias similes si non Paternis meliores inveniendi.

Appendix.

HAc occasione simul significare debui, Patrem ægre ferre percipiendo, in Anglia voces spargi, quod habeatur a nonnullis pro Autore Epistolæ, quæ in ipsius defensionem Actis Eruditorum Mens. Jul. A. 1716 inserta fuit. Equidem non negat, quod res ipsas in illa epistola contentas quoad maximam partem amico alicui sine ulla animi commotione perscripserit, & quidem ab ipso rogatus: hic vero postea Epistolam taliforma, qua in Actis extat, concinnavit, eique ex nimio

forte amicitiae zelo admiscuit expressiones, quas Pater omittas cuperet, cum nec immodicis honoris titulis delectetur, nec approbet, quae in alios aliumve (licet ipsi infensum quam ob rem nescio) durius dicta censerentur, quamvis forsitan editor autumaverit sibi licuisse par pari referre, & similibus pugnare armis, quibus utitur Antagonista. Pater itaque non omnia, quae in dicta Epistola continentur, sua facit, praesertim quae ad ejus formam & modum scribendi spectant, cujus neutiquam particeps esse vult vel potest, quod vel hinc patet, quia circa finem Epistolae oblitus editor ex inadvertentia, Patrem sibi loquentem de *sua quadam formula* repraesentat (ut ubique solebat) veluti personam, de qua quid narrabat, manifesto sane indicio, Patri imputari non posse, si quid in verbis modisve, quibus conscripta est Epistola, non recte positum judicetur. Quare si quid contra eam in publicum venerit, quod non nisi conviciis, aculeis & scommatibus scateat, ut fieri solet ab Antagonista quodam, cui aliam offensam non dedit Pater, quam quod ipse Anglus vel Scotus non sit, solenniter me declarare jussit, quod ad hujusmodi libellos nunquam responsurus sit, utpote indignos, qui Virorum honestatis & modestiae amantium attentionem mereantur: nam si conviciis & clamore decertandum, ultro fatetur Pater, quod ex hoc certaminis genere palmam reportare nec speret, nec optet. Quicumque vero voluerit res ipsas placide, moderate & prout decet Virum bene moratum, seposito partium studio atque animi affectu cum ipso discutere, idque eo tantum fine, ut unicuique, Tros Rutplulvs fuit, suum tibuatur, ut veritas asseratur, atque in prius ut scientiae augeantur, cum tali se committere non detrectaturus, sed sponte omnia est collaturus, quae in viribus ipsius sunt ad dirimendas lites, quae hactenus viguere inter eruditos Geometras, magno prohdolor! nobilissimae scientiae dedecore & detrimento. Hoc quippe ardentissimis in votis habet, ut cessantibus rixis disputantes in gratiam secum invicem redeant, atque junctis viribus, ceu unius Reip. Mathematicae civis ejus pomceria latius proferre conentur.

ESSAYS

i. e.

TENTAMINA DE DIVERSIS ARGUMENTIS;
Autore RICHARDO BLACKMORE, Equite, Medic.
D. & Medicorum Londinensium Socio,
Volumen II.

Londini, ap. A. Bettesworth, & J. Pemberton, 1717, 8.
Alph. 1 plag. 9.

OPeris hujus Volumina prius nuper Suppl. T. VII Sect. I laudavimus, ei nunc quoque alterum succenturiaturi, non minore eruditionis & pro pietate zeli laude conspicuum. Ejus vero primum Tentamen cum in Atheismum inquirat, non dissimulat Nobilissimus Autor, id genus hominum & hactenus infensum ipsi fuisse, & majore adhuc odio ipsum habituros esse, qui ea cum acerbitate in eos invehatur, ac quantum ipse suo possit loco, orbem insanientis sapientiae tam perditae cupidum conetur a pestilentissima seculi in impietatem ruentis perniciem revocare. Id tanto minus se mirari aut a proposito divellere proficitur, quod convicia hominum hujus classis re vera inter elogia nostra mereantur reponi, elogia vero vix sine sollicitudine possint audiri, ne quid forte admissum sit, quod illorum patrocinetur impietati. Sane Atheos ne in Republica quidem tolerandos existimasse paganos, quare nihil magnum & iniquum postulatueros Christianos, si vel morte piandam Atheismi licentiam fanciant, ipsi siquidem rerum publicarum publicae felicitati admodum periculosam. Hæc præfatus, prolixè in eadem Præfatione commonstrat, Epicurum, quem in ipso Tentamine, de quo mox, ex Philosophiæ naturalis systemate, quo ille usus est, Atheismi convictum dedit, ejusdem non minus ex placitis moralis Philosophiæ, quam secutus est, reum agi posse, frustra a Gassendo, Evremonio & Bælio excusatum. Neque enim posse a quoquam principio Epicuri, quo ille summum hominis bonum in voluptate constituit, cum ratione obtendi, voluptatem animæ hæc intellexisse virum, voluptati corporis antefereendam,

rendam, & unici summi boni loco habendam. Epicurum quippe in Philosophia naturali non alias nisi corporeas substantias admittentem incorporeas voluptates potuisse mente concipere contradictorium esse, moderationemque ac frugalitatem Epicuri in imbecilli corpore frustra virtutum nomine laudari, quæ in homine Epicuri principiis insistente voluptatibus corporis serviant, non Diis immortalibus, aut spirituali Mentis, quam ille non nisi corpoream existimet, perfectioni. At age ipsum nunc lustremus Tentamen *de Atheismo*, cujus Sectione priore brevis a Nostro textitur Historia Atheismi, Philosophorumque hac labe, quantum memoria temporum relatatum est, insectorum. Eo vero refert Autor non eos modo, qui disertis verbis Dei existentiam inficiati sunt, sed illos quoque, qui verbis concessa ejus existentia, re eum ex orbe sustulerant, exclusa vel negata divinæ in creatione & gubernatione hujus universi operationis necessitate, qui sane non minus quam priores potissimo Dei opere negato, obstructaque præcipua, qua ad ejus cognitionem venit, via, Deum sustulerunt, dum otiosum nomen in ore habuerunt. Non antiquiores Noster agnoscit in Græcia Philosophos Atheos morte Socratis, postquam Aristippum, Theodorum Atheum, & Bionem Borystheniten prima impietatis fundamenta jecisse, separata a virtutis studio vera delectatione hominis, commemorat. Nominat inde Leucippum, cujus serina ne nominato quidem illo partum honeste compilavit Epicurus, Democritum, Protagoram, Diagoram, omnes fortuitæ regum generationis sine consilio aut rectore vanos sed obstinatos assertores. De Epicuro prolixius agit, nequicquam eum ore Deos professum fuisse, quos re ipsa negaverit, demonstrans. Quam ridicule enim Epicurus Deorum cognitionem omnem ab imagunculis in somno apparentibus repetat, quam inepte, posito semel hoc principio, non nisi corpora vere existere, Deos suos nec corporeos, nec incorporeos, sed quasi corporeos dixerit, quam stolidè fabricam universi a motu atomorum nec directo nec obliquo, sed declinante & quasi obliquo deduxerit, eleganter ostendit, fictoque inter Epicurum & Diagoram circa hæc omnia scrupulos

los nescientem Dialogo tandem eorem deducit, ut Epicurus ex propriis principiis velut fateatur, se quidem non magis Deos credere, quam credidit Diagoras, sed ad devitandam vulgi censuram ea proposuisse quæ vulgo imposerent, sapientioribus fidem Deorum ridiculam redderent. Quare acerbè P. Bælium castigat Noster, Epicuri pietatem ex frequentatis Deorum templis sacrisque illorum non perfunctoris peractis probantem, quin etiam acumen ingenii in eo & remota providentia Dei cultum a mercenaria indole remotum mirifice laudantem, quem in absurdissimo systemate vel inveniendò vel defendendò omni fere ingenio, in hypocritico Deorum cultu omni pietate caruisse constat. Brevius Pyrrhonianorum Atheismum scepticum, Aristotelisque & sequacium ab universi hujus productione pariter Deum removentium Atheismum persequitur, eoque ipsum quondam venerabile Aristotelis, Pseudo-Ocelli Lucani, ut Noster existimat, Dicæarchi & Stratonis Lampfaceni nomina refert. Certe ex Aristotelis Philosophia & virus suum hausisse & hujus reverendi nominis obtentu secures & sine gravi Ecclesiæ, Aristotelem Christo magis venerantis, censura sparsisse recentiores, Cæsalpinum, Berigardum, postea, Vanninum, Noster observat, paucaque de aliis adjungens, tandem propriæ, si superis placet, Patræ decus illud Thomam Hobbesium nominat. Primum vero hunc ait Mathematicæ Atheismum demonstrare conatum magni ingenii & exacti judicii stolidam jactantiam, & principia posuisse nunquam demonstrata, nec demonstranda, ingentisque illa ἀρχιμεία sua nihil tamen aliud egisse aut dixisse, quod non ab Epicuro, Leucippo, Democrito dictum esset prius, nisi quod insignem addiderit quidlibet sine probatione pro certo asserendi audaciam. Cui non obstare ait, quod hinc inde in scriptis Hobbesii sparsa sit Dei mentio, cui totum systema Hobbesii Philosophicum contradicat, hoc unice sine a viro illo facta, ne rigidior censura Britanniam tam excellentem ac charo ingenio privaret. Id dolet, Britanniam regnante Carolo II principis Hobbesianis secures, illustrium quorundam virorum patrocinio favente, serpentibus misere infectam, cui Principi tamen hanc laudem

non denegandam fatetur, quod, ubi Britanniz reddebatur, quicquid tandem ipse crediderit, nemini eorum, qui Atheismi vel suspecti essent, officia magni momenti crediderit, hominesque liberioris vitæ sectæque, si in curia versarentur, voluptatibus quidem suis, raro consiliis adhibuerit, gnarus, quid interfit inter viros sola ingenii facetia pollentes, & viros clavo Reipublicæ tenendo idoneos. Tandem Spinosam perstringit Noster, atque adeo ad alteram progreditur sectionem, qua pestilens Atheismi in societatem civilem influxus adversus Petr. Bælium, cui hujus rei negatio tot peperit controversias, probatur. Notum est, quantopere is contenderit pro Republica, opera sine Divum, ut Lucretii de universo hoc verba habent, servanda & regenda, quantamque eruditio viri in animos hominum vim exercuerit, cujus tamen Autor noster laudem tantam agnoscere detrectat, hominem tumultuaria doctrina appellans, multa lectione, & ingeniosis Religionis omnis ἐμπειροῦς magis famam nactum, quam vera solidaque judicandi facultate. Quod ergo ille negat, Noster prorsus contendit, necessario principiis Atheismi succedere morum corruptionem, nisi forte Bælius de necessitate physica loquatur, cum hic moralis tantum obtineat, aut nisi hæc sit mens, sublato per Deum negatum discrimine actionum moralium, corruptionem morum vanum esse nomen quod nihil significet. Sane inepte jactari famæ gloriæque studium, fundamenti instar Atheorum virtutibus substernendum. Quæ enim in societate, quæ Deum excussit, potest esse famæ vel gloriæ notio, nisi prorsus arbitraria, vero principio honoris, quod est in complacentia Dei, inque ea, quam sentimus, divina ad bonum amandum prosequendumque obligatione positum, ex orbe remoto? In Atheorum societate morales virtutes sine sensu crepari porro ostendit. Si enim sint virtutes morales, tum admittendæ obligationes pariter morales. Eas tibi quomodo is concesserit, qui vel plenam libertatem sine Rectore vel fatalem necessitatem sine libertate in agendo tribuat humano generi. Tolle enim Deum, inquit, & intrinseca illa actionum bonitas pravitasque jam non sunt nisi sine renomina. Nec sufficere timorena potesta-

potestatum civilium, siquidem, quæ sub earum non cadunt jura, tum libere admittentur, nec propriæ felicitatis ac conservationis studium, contra quod quotidie naturali ad peccandum inclinatione delinquant, totaque Imperia fatales inde subierint ruinas nequicquam prævisas, sed criminibus potius provocatas. At id tamen non negat Vir doctissimus, posse equidem in Republica Atheorum inveniri quosdam honestatis non profus oblitos, qui & laudabiles forte actiones admittere valeant. Sed & hoc vicissim ostendit, hos revera propriis contradicere hypothesebus, neque id, quicquid ipsis est reliquum, honestatis alii rei deberi, quam illis nulla pravitate penitus extirpandis vestigiis conscientiæ, sensuique naturalis Religionis, cui expugnando vel summa licentia morum sententiarumve non sufficiat. Sublato quippe divino Numine quicquid verbis jactetur de virtute, eam non morale, sed physicam tantum bonum prosecuturam, imo disertam contradictionem adversus Atheismi principia involuturam esse ostendit. Atque id tertia sectione Cl. Autor potissimum agit, ut probe Atheorum plerosque in perpetua veluti contradictione propriarum *ὑποθέσεων* vivere, speculativum praxi sæpe refellere, quod credere cum maxime cupiebat, practicum evertere, quæ credere videri volebat. Certe, qui viderit Atheum magnam cum cura in eo occupatum ut prolelytos faciat Atheismi etiam proprio cum periculo, in crimina aliorum graviter declamantem, solitudines nocturnas & nescio quæ alia timentem, gloriam famamque etiam post fata venantem, sepulturæ suæ curam gerentem, & centena alia, is non potest non hic deprehendere vesaniam hominis sibi non constantis, Proteique instar variis formis apparentis, eo fere modo, quo Lucretius, toto opere Providentiam divinam inficiatus, eandem in fine operis alio nomine invitus agnovit: *usque adeo*, inquiens, *res humanas vis abdita quaedam obterit*, quæ quid est, nisi illa tantopere ab eo impugnata Dei Providentia?

Secundum quod hoc Volumine continetur tentamen, & novitate & jucunditate argumenti egregie sese commendat. Agit autem illud *de liene*, vilcere in animantibus omnibus non

exigaz molis, haftenus tamen inter tot felices Anatomicorum
 observationes obscuro & *μυστηριώδες*. Antiqui noxii visceris
 instar lienem habuere, intemperantiam risus ex magnitudine
 ejus, celeritatis in currendo impedimentum ex eodem in uni-
 versum deducentes, atque adeo exsectionem lienis amantes.
 Recentiores, veriti naturam vel otiosæ vel noxiæ partis, tanta
 mole tamen gaudentis, in corpus animale immisæ accusare,
 varia commenti sunt, quibus lien serviat. Stomachi fovendi
 munus a quibusdam nactus est, cui Cl. Auctor observationem
 Malpighii opponit, qui vidit animal post lienis exsectionem non
 eadem tantum concoctionis facilitate gaudere, qua antea, sed
 & voracius evadere ac magis famelicum. Alii receptaculum
 humorum melancholicorum in liene quæsierunt, non con-
 siderantes, nullam apparere in liene eorundem iterum emitten-
 dorum viam, ut adeo in immensum excrescere debeat lien.
 Willisius in liene depositas arteriosi sanguinis particulas cras-
 siores ibi aciditatem existimavit contrahere, ac in fermentum
 velut evadere, quod ex liene iterum ad venas & nervos per-
 veniens utrobique motum, sine hoc fermento languidum futu-
 rum, excitet ac vehementiorem reddat, & ab ejusdem fermenti
 nimia aciditate affectus splenicis deducit. Enimvero cum
 neque vasa appareant, separationi huic humorum idonea, nec
 cisterna ad eos colligendos apta, nec canales, qui hoc fer-
 mentum sanguini iterum reddant, gratis hæc secundum Auto-
 rem nostrum afferuntur. Venit itaq; Viro doctissimo in mentem
 viscus hoc, quod constat conservationi individui non servire,
 siquidem sine dispendio vel vitæ vel valetudinis potest exse-
 cari, cum natura frustra nihil faciat, inservire conservationi
 speciei, & generationi vel juvenæ vel moderandæ. Quo-
 modo id fiat, dictu fatetur esse difficile, conjicit tamen id
 forte fieri, obstruendo sanguinis torrentem ejusque nimiam
 rapiditatem moderando ne fluida prolifica nimia vel vehe-
 mentia vel copia in partes generationi servientes alias ruitu-
 ra procreationem prolis magis impediunt quam juvent. Re-
 tardari certe in liene motum sanguinis in aprico est, cum
 diameter arteriæ, quæ sanguinem in lienem immittit, 80 vicibus
 ad

ad minimum minor sit diametro visceris totius, unde certum est juxta regulas Hydrostaticas, circulationem sanguinis in liene 80 vicibus tardiolem esse, quam erat ante ingressum. Et quanquam sub egressum ex liene pristinam celeritatem videatur recuperare, monet tamen Noster ex observatione celeberrimi Anatomici, Cheseldeni, sanguinem ex liene in hepate intrare motu 8 saltem vicibus tardiore, quam intravit in lienem. Addit & aliam non minus curiosam Londineasis Medici Purcelli observationem, qui canes exsecto liene salaciores & ad Venerem magis pronos se animadvertisse testatur. Unde conjicit Autor, majorem ac minorem animalium salacitatem naturalem forte acceptam referendam esse lienis in salacibus minori moli & arteriæ majori capacitati, in castioribus contrariæ causæ. Hæc tamen omnia curatori aliorum scrutamini subjicit, gavifurus, si quis rectius quicquam possit invenire. Prolixius inde hypochondriacas & hystericas passiones examinat, lienem ab antiquis & recentioribus fere unanimiter adscriptas, quas tanto magis operæ pretium est considerare, quod in animæ operationes etiam influant, & *lienosum*, ut Plautus habet, cor efficiant. Willisii sententiam de hypochondriacis affectibus modo retulimus, ab immoderata fermenti in liene præparati aciditate, quæ nimia violentia agitata sanguinem in fermentationem veluti mittat, ac funestos effectus producat, rem omnem deducens. Noster hæc egregie dici, sed ipsa inspectione corporis humani non probari posse contendens, non magis lienem, etsi in his affectibus inulitata distensione affligi & vicinas partes vicissim affligere solitum, pro causa illorum haberi posse, quam stomachum, cor, aliaque viscera non minus hoc morbi genere afflicta, existimat. Quare ipse quidem non dubitat, malum illud ab irregularitate & anomalo motu spirituum animalium esse deducendum, sæpe naturali, sæpe etiam diuturnis obstinatisque curis, tristitia, imo otiatione quoque demum acquisita hac causa. Hi vero affectus spiritus animales potissimum affligunt, qui deinde cum in ceteris partibus corporis tristes effectus producant, digestionis & appetitus corruptionem,

cruditates stomachi, nauseam, nimium edendi appetitum,
 & post cibum hypochondriorum oppressionem, in capite
 tinnitum aurium, scintillas oculis obversantes, vertiginem,
 phlogoses, cephalalgiam intensam, in pectore anxietates præ-
 cordiorum, variam cordis vibrationem, tum in phantasia im-
 primis & facultatibus animæ ingentem efficiunt anomaliam,
 Inde enim alternantes invicem hinc lætæ, hinc tristes horæ,
 utrobique ad excessum usque modo audacia virilis, modo fœ-
 minea trepidatio, anxie suspiciones, imaginationis vis immen-
 sa, levissimaque inconstantia animi, pathemata hypochon-
 driacorum solennia, a spirituum agitatione modo rapidissima
 modo subsidente nata. Quæ omnia ne porfus nova vide-
 antur, monet doctissimus Autor, jam aliis quoque notatum
 esse, homines hypochondriacis affectibus obnoxios, quamdiu
 sunt extra paroxysmum, aliis præstare acumine, apprehensio-
 nis facilitate imaginationisque vivacitate, quod abunde qui-
 dem ostendat, eum affectum potissimum deberi spirituum a-
 nimalium nimis copis motuique irregulari, etsi aliz causæ
 omnino concurrere valeant. Eadem est Viri docti de hyste-
 ricis passionibus sententia, quarum funesti effectus, majore
 etiam quam in hypochondriacis violentia terribiles, sæpe a cau-
 sis externis emoti, non possunt secundum Autorem rectius
 tribui causæ alii, quam spiritibus in nervis fœminei corporis
 subtiliore velut flamine contextis ad seditiosos motus prom-
 ptioribus, easque, quas horremus, convulsiones producenti-
 bus. Jucundior adhuc est altera hujus tentaminis sectio, qua
 hujus, quam Britanni *Spleen* nominant, lienosæ liceat dicere
 corporis constitutionis, effectus, qui se cum in intellectu, tum
 in moribus hominis exerunt, expenduntur. Consistit ea, ut
 diximus, secundum Autorem nostrum, in certo eoque gene-
 roso spirituum animalium habitu, magis quam in aliis ad vi-
 gorem & agilitatem stimulatorum & exaltatorum, qui pro-
 inde in animo genium *Φαντασιαδῆ*, argutum, ingeniosum,
 levem tamen & ad inconstantiam inclinantem vel efficiant, vel
 comitem certe habeant. Hanc ingeniorum vero indolem Bri-
 tannicæ potissimum propriam esse existimat Vir nobilissimus,
 qua

qua fiat, ut mirifica ingeniorum varietate, excellentia & singularitate etiam abundet insula hæc, cumque in aliis fere Europæ Regionibus id usu veniat, quod Hispani sarcastice de Gallis asserunt, viso uno eorum te vidisse omnes, omnesque fere unius & ejusdem sint ingenii, hac ipsa animorum corporumque Britannicorum temperie id effici judicat Cl. Autor, ut inter Anglos solos invenire sine difficultate liceat dispersas in aliis gentibus ingeniorum morumque diversissimas species, quin etiam spatio 24 horarum idem Anglus modo Hispanum, modo Italum, modo Germanum sistere soleat stupenda prorsus ingenii ad omnia exprimenda facilitate. Hanc ingenii temperiem, si cum solido judicio & ratiocinandi facultate sit conjuncta, & judicium quidem palmam in intellectu obtineat, levitatemque *Φαντασμη* moderetur, utiq; excellentissima ingenia producere observat Autor, si judicium in ea desideretur, tum mira inde procrefcere ingeniorum monstra, jocosæ, phantastica, lunatica, inepta, desultoria, levia, affectata, infinita prorsus varietate & mixtura. Ita leve ingenium cum stolidæ stupiditatis mixtum, huic tamen prævalens, Poetastros, Pseudo-Criticos, petulantes, empæctas producit, ubi mixtura inæqualis est, alternante velut inter hæc duo imperio, ingenia inde nascuntur arguta in dicendo, stolidæ in agendis rebus, de quibus recte dici potest, quod nunquam non ingeniose loquantur, nunquam non insipienter agant. Ab hac splenica velut animi inconstantia ac levitate id quod in proverbio dicitur provenit, nullum sci. esse magnum ingenium sine mixtura stultitiæ, cum plerique ingenio satyrico, arguto, *Φαντασμη* pollentes & admirationem aliis moventes, uno veluti gradu tantum ab eorum classe absint, quos nimia spirituum rapiditas maniacos facit, plerique certis intervallis reapse in eorum castra transfiliant, qui saltus nobis adeptos Chymicos & enthusiastas Theologos peperere. Aliorum parens monstrorum est ea mixtura ingenii, in qua stupor prævalet, addita levitate & phantastica argutia, utque antecedens illa ingeniosos Lunaticos (*Lunatick Witt*) ita hæc stultos Lunaticos (*Lunatick Fools*) efficit, quo referas homines obtusos, blaterones, semieruditos,

ditos, eruditos morosos; quos *Pedantes* dixit sequior ætas, homines affectatos, ridiculos, versutos, & fraudum in re familiarum artifices, & quis tandem suffecerit stolidis ingeniis numerandis? Est & alia hypochondriacorum animorum species, in qua levitas fere omnis melancholica morositate ita absorpta est, ut nihil nisi severum amet, omnem læritiam damnet, quod genus hominum hypocriticæ pietati maxime idoneum multis sæpe suspicionem mover, ipsam pietatem non esse nisi effectum cerebri corrupti & imaginationis splenico affectu incallescentis. Quamobrem & Autor doctissimus de influxu, quem hæc spirituum animalium abundantia & imaginativæ facultatis vivacitas in mores hominum habet, paucis deinde agit, quæ tamen, ne brevitatis justam mensuram excedamus, hic transmittimus.

Brevius defungitur Vir nobilissimus tertio *Tentamine*, quod de *scriptione Librorum* agit, & nos breviores erimus in eo recensendo. Varia sunt, quæ ingeniis excellentibus impedimento sunt, quo minus lucubrationes suas typis exscriptas ad posteritatem transmittant, quibus opponit Noster insignem rei utilitatem, pulcherrimamque famæ ad posteros duraturæ prospectum. Quam tamen Vir doctissimus tantum abest, ut quibuscunque de trivio scriptionibus polliceatur, ut ejus generis Auctores eleganter insectile scriptorum genus appellet, solo numero valens, ceterum, sicut insecta solent esse, *μικροβίοις*, alios perpetuo in terra repentes, alios subito sumptis aliis aliquoties evolantes, mox disparentes, alios vix diem unum viuentes, alios forte mensibus aliquot cum morte confluentes, tandem tamen expirantes. Ut autem constet rectius, quæ scripta ætatem ferre valeant, duo potissimum scriptorum genera exempli loco persequitur Noster, controversa, ac polita vel ingeniosa. Egregie circa illa monetur, & affectuum intemperiam, & insectationem personarum, & morosum merique scholasticum dicendi genus & obscuram prolixitatem scripta controversa & parum decere, & omni fructu suo privare. Circa hæc de Gustu literato agitur, quamque feliciter hic ab antiquo, qui in Romanensium fabularum thrasonicis nugis fe-

rebatur,

rebatur, impetu tum alibi, tum & in Anglia respuerit, saniorque scribendationem nunc ita invexerit, ut, qui paulo emunctioris sit naris, eum veterum illarum deliciarum pigeat nunc pudeatque, ostenditur. Finis denique scribendorum librorum, atque ætas, quæ ei labori sit maxime commoda, examinatur, ubi magna cum honoris præfatione Rich. Steele observatio alicubi facta sub incudem vocatur, qua Vir ille ingeniosissimus asseruerat, optandum esse, ut omnes Autores noscant, quando a scriptione ipsis sit cessandum, & a majoris famæ aucupio abstinendum, dum adhuc pleno ejusdem fruantur usu, siquidem in Republ. literaria tristius nullum sit spectaculum, quam Autoris, qui se ipsum scribendo penitus exhausserit. Quemadmodum vero monitum istud mediocribus ingeniis valde salutare fatetur Noster, ita veretur, ne excellentium ingeniorum sætus plures intercendant, quæ vel vergente ætate & absumpto pæne corporis vigore non minores, quam in juventute mentis vires in senectæ suæ sætibus produxisse, exemplis Sophoclis, Homeri, Ciceronis, recentioribusque ac domesticis magnorum Poetarum Miltoni & Drydeni eleganter evincit.

Quarto Tentamine ad sacra argumenta revertitur Ci. Autor: agit enim hic *de Felicitate futuri seculi*, re non minus nostris meditationibus digna, quam operæ pretium existimatur ab homine in alias terras ablegando, in earum naturam prius inquirere, quam eo e statione sua discedat. Removet ab ea purior Religio voluptates sensuales omnes, etsi per linguarum nostrarum inopiam metaphoris utatur Scriptura a rebus sensibilibus petitis, inprimis a luce, omnis creationis præcipuo decore, ea tamen cum prudentia, ut nusquam ad futuram felicitatem vel verbo metaphora ab iis carnis voluptatibus petita, quæ Mahometis Paradisum constituunt, adhibeatur. Neque vero in sola doloris privatione, nuda quiete, aut otiosa, qualem scholastici putant, visione beatifica hæc felicitas Autori ponenda videtur, sed in perfectione facultatum nostrarum earumque usu ut sanctissimo ita minime otioso. Felicitatem itaque primum corporum glorificatorum sequitur, cujus pignus vel ante resurrectionem contemplans Anima adhuc separata non possit

non immenso gaudio perfundi, in ipsa corporis μεταμορφώσις
 haud dubie amplificando. Tum vero ad facultates mentis
 progreditur, earum consummandam perfectionem primo in
 genere considerans, deinde speciatim, quæ ad intellectualem
 facultatem redundatura sint gaudia, expendens. Ea per re-
 rum creaturarum non in hoc tantum orbe habitabili, sed in plu-
 ribus aliis mundis, quos nobilissimus Auctor cum aliis statuit, va-
 stum ambitum eundo demonstrat, quamque incredibilia incre-
 menta cognitio nostra de Deo inde sumtura sit, conijcere nos ju-
 bet. Tum vero singularem conjecturam proponit, quemadmo-
 dum Angeli, quantumvis faciem Dei perpetuo videntes, tamen
 a Deo delegati curam gerant non nostrimodo Orbis, sed &
 haud dubie innumerabilium reliquorum, idque sine æternis
 ipsorum felicitatis dispendio, ita forte beatis etiam a Deo cu-
 ram aliorum orbium habitabilium commissum iri, quibus ad-
 ministrandis, admirandæque Dei etiam in illis se exerendæ ma-
 gnitudini destinentur. Certiora tamen mox addit, considera-
 tionem *πελυτακία* Providentiæ divinæ, autoritatisque ejus-
 dem legislatoricæ, admirationem stupendi redemptionis, sui-
 que & aliorum conversionis operis, & reliqua, quæ magno
 cum sensu pietatis edisserit Auctor, ad extremum addens, hæc
 omnia, rudi licet penicillo adumbrata, & ex infinito æquore
 non nisi guttam delibandam silentia adeo iis, quæ hic Orbis
 magnifice jactat, omnibus præstare, ut nemo sanus cum ratione
 hæc illis valeat anteferre, quin ipsa conscientia eum de contrariis
 convincat.

Claudit agmen postremum Tentamen *de Amore divino*,
 ab Auctore, quod ipse fatetur, non eo sine scriptum, ut novis
 sublimibusque inventis curiositati hominum velificaretur, sed
 ut stylo zeli divini pleno voluntati hominum persuaderet Bo-
 num summum nostræ prosecutione unice dignum. Cum
 enim non sola veritas ultimam mentis sit desiderium, nec sci-
 entia per se ipsam menti nostræ satisfaciat, sed quatenus ad
 Bonum aliquod cognoscendum, eoque fruendum nos deducit,
 hinc miratur Vir doctissimus, in magna scriptorum de existen-
 tia attributisque Dei copia, paucæ admodum ab excellentibus in-
 genis

geniis de amore divino elucubrata esse. Itaque Noster, quæ in hoc orbe amamus omnibus longissime præcellere summum Numen, Bonum quippe desiderii nostris satisfaciens, spirituali animæ naturæ proportionatum, reale, infinitum, sine omni mixtura mali, perfectum, æternum, unice cum ratione amorem nostrum deposcere posse, unice mereri, graviter demonstrat. Cumque amor Dei sit præcipua religionis pars, egregie ostendit, laborem nostrum, si Christiani sumus, ejusdem esse naturæ cum præmio, ubi Deum amare jubemur, juberi nos revera beatos esse ex parte, ut æternum beati sumus perfecte, agonem nostrum ita partem esse triumphii, messem nostram cum primo momento, quo serimus, inchoari, primamque gradum ad cælum in cælo nos tantum non hoc ipso momento victuros constituere.

THE NONJURORS SEPARATION EXAMIN'D, &c.

i. e.

EXAMEN SEPARATIONIS NONJURANTIUM, UNA
cum demonstratione ex propriis ipsorum principiis deducta,
quod ipsi sunt Schismatici; Auctore THOMA
BENNETO, D. Tb.

Londini, apud Wilh. Innys, 1716, 8. pl. 4 $\frac{1}{4}$.

Singulari plane atque a prioribus, quos Mensibus Aprili & Majo juxta serie recensuimus, longe diversam viam confutandi Nonjurantes & defendendi Ecclesiam, cujus nunc membrum se profitetur, Th. Bennetus instituit, multos propterea adversarios nactus; quam novam inde exsurgentem controversiam, scriptisque aliquot statim subjungendis pertractatam, ne fastidium lectoribus repetitione jam cognitarum objectionum & responsionum moveamus, brevissime quantum fieri possit, recensibimus. Modus ergo procedendi Benneto peculiaris hic est, ut primo distincte agat de diocesi Londinensi, ostendatque, Nonjurantium gregem intra ambitum illius versantem esse vere schismaticum Principium, unde hoc deducit, primum apud utramque dissentientem partem in confesio habetur, estque tale: *Comptum Episcopum Londinensem, qui in juramento*

Mm 2.

Wilhelms

Wilhelmo Regi præstando nullam moram fecit, ante sapius dictam conversionem rerum in Anglia fuisse veram & legitimam ejus diæceses Episcopum. Eo autem progressurus, ut controversum illud alterum probet, quod scilicet idem post ea tempora manserit verus Episcopus, adeoque cætus, ipsi semel traditus, non alii cui-dam cætui, qualis est Nonjurantium, aggregare se debuerit, sed usque in ejus communione permanere, jam nihil vi argumen-torum afferendorum decessurum arbitratur, si hypotheses vel principia largiatur Nonjurantibus atque concedat tria sequen-tia: I. Quod conversio illa rerum politica in Anglia sit injusta II. Quod Episcopi dignitate privati sint confessores, in illorum vero præcise locum succedentes schismatici habendi. III. Quod Comptonus cum schismaticis illis communicando, schismatis reus se quoque fecerit. Nam distinguit inter schismata coordina-tionis & subordinationis, illa vocat, quæ sunt inter potestates in Ecclesia æquales; hæc, quæ inter inferiorem & superiorem intercedunt. Schisma autem, quo onerari possit Comptonus, ad summum esse coordinationis asserit. Hoc vero non magis afficere Diæcesin & auditores ejus, aut eos tanquam reos, con-tagioque illo sceleris affectoq; constituere, ac eidem contami-nati fuissent, si Episcopus homicidio vel alio aliquo crimine se polluisset. Unde sequitur, neminem urgentem habuisse cau-sam ab ejus cætu secedendi. Prolixe deinde probare conatur, patres primitivorum seculorum non eandem opinionem de contagio illo schismatis in gregem propagato ex dissensione Episcoporum ejusdem habuisse, quam Nonjurantes foveant, & ad Cypriani loca, quæ ipsimet usq; obijciunt, partim eorum sen-sum aliter interpretando respondet, partim ostendendo ipsum Cyprianum non fuisse ab erroribus immunem, duritatemque verborum ejus e fervore, quo in disputando usus sit, esse profes-tam. Uterius ad objectionem illam ex Canone II Ecclesiæ Anglicanæ respondet, & quid sit: ipso facto excommunicari, ex disertis verbis legum Anglicanarum explicat, nempe signifi-cari hoc ipso sententiam latam ab ipso jure (non partibus con-tendentibus) quæ opus habeat sententia lata a judice. Ex qui-bus porro deducit, Nonjurantium cætum, controversis in-

ter

ter Episcopos agitati nequaquam se ingerere, aut a Comptono ejusque communionem secedere potuisse, quod vero cum sine sufficienti ratione fecerint, schismaticos eosdem esse. Quantum ad scrupulum, qui eosdem torquebat, nempe precum formulas ipsis contra conscientiam pugnare visas, inquirendum sibi saltem credit, an illarum precum eæ formulæ, quæ pro Rege rerum potente funduntur, postremis annis vitæ Comptoni inter conditiones communionis cum Ecclesia Anglicana fuerint, cumque observasset, primo quidem intentionale saltem (de qua distinctione superius dictum) præceptum hoc Ecclesiæ ejusque præsertim fuisse, nec propter lenitatem Principum Regisque unquam peremptoriale, finale, & pœnarum inflictivum factum (unde nec pro agitione juris Principum modernorum habitum unquam fuerit, si quis his precibus interesset, nec magnum periculum subierit, quisquis dissentium suum hoc vel illo modo publice testaretur) inde deducit, nec hoc dubium ipsis rationis satis suppeditasse foret a communionem Comptoni separandi. Nec plus causa habere eosdem, fugiendi communionem Robinsonii, qui Comptono successit, ex eorum principiis a se iterum admittis sequi putat. Nimirum et si vel maxime concedatur, Episcopos sede depositos potestatem habere nominandi alios successores sibi, & suffraganeos, Robinsonium tamen urget consecratum esse Episcopum Bristoliensem (nam illam diocesin rexerat ante quam Londinensem sedem occuparet) a Tennisonio Cantuariensi Archiepiscopo (Tillotsoni successore) in cuius locum nullus a Nonjurantibus sit institutus Archiepiscopus, cujusque adeo vel consecratio valida sit habenda, vel statuendum, nullum tum Metropolitanum fuisse; quo casu Metropolitanæ consensus plane non sit necessarius. Præterea nullum unquam alium Episcopum Londinensem a Nonjurantibus successum, Robinsonium adeo pro legitimo ab ipsis habendum, a cuius porro communionem abstinere schisma existat. Ultimo loco considerat reliquas dioceses Episcopales, & quarum Episcopi non sint depositi post illam conversionem in Angliam (quod in tota Eboracensi diocesi locum habeat) eam eandem plane esse rationem cum Londinensi; de

qua actum, statuit; quarum vero Episcopi fuerint depositi, in
 iis post mortem depositorum omne schisma coordinationis
 cessare, vel ex ipso Cypriano probatu credit facile.

THE LAYMANS VINDICATION OF THE CHURCH
 of England, &c.

i. e.

VINDICIÆ ECCLESIAE ANGLICANÆ CONTRA
Howells pariter ac Bennets argumenta, ab ho-
mine Laico susceptæ.

Londini, prostant ap. J. Baker, 1716, 8. pl. 5 $\frac{1}{2}$.

AN ANSWER TO THE NONJURORS CHARGE OF
 Schism upon the Church of Engl. &c.

i. e.

RESPONSIO AD IMPUTATIONEM SCHISMA-
tis Ecclesie Anglic. objecti, a Clerico quodam data.

Londini, ap. Jacobum Knapton, 1716, 8. pl. 3.

A LETTER TO D. BENNET OCCASION'D BY HIS
 Treatise, &c.

i. e.

EPISTOLA AD D. BENNETUM SCRIPTA OC-
casione tractatus ejus de separatione Nonjurantium,
autore JACOBO PEIRCE.

Londini, ap. Joh. Clark, 1717, 8. pl. 3 $\frac{1}{2}$.

D BENNETS CONCESSIONS TO THE NONJURORS &c.

i. e.

EPISTOLA AD AMICUM SCRIPTA, IN QUA
ostenditur, quod Benneti concessiones Nonjurantis factæ
causam, quam defendendam suscepit,
plane evertant.

Londini, ap. Joh. Morphew, 1717, 8. pl. 2 $\frac{1}{2}$.

A Pud neutram partem in contentions versantium gratiam
 Bennetum, aulz, ut ipsi objicitur, favorem captantem, inuis-
 se, ex

ex recensione saltem nostra facile est divinare, siquidem scripta contra eum plurima edita jam monuimus.

Quorum quæ sunt primi generis, ab iis scilicet, qui Non-jurantium partes non sequuntur, profecta, simul hic comprehendere & percerere e re nostra & lectorum putavimus.

Ejus eni primum locum assignavimus Autor, maxime ipsi vitio vertit, quod ab aculeatis dictis contra reliquos e cœtu Protestantium, qui communi voce Dissidentium apud Anglos audiunt, non temperaverit, iisdemque, quod ex divisionibus Ecclesiam Anglicanam lacerantibus gaudium capiant, imputaverit, schismatisque notam impegit. Nullos enim unquam Ecclesiaz, ut & regimini politico Anglicano, magis amicos & fideles existere quam illos, quin Jacobi potius partes sequentibus schismaticorum nomen esse dandum contendit. Quos quidem plane non audiendos judicat, hereditarium jus Regum Anglicorum usque crepantes, cum ex Historia constet, in Anglia ut in plerisque aliis regnis primos monarchiarum autores & fundatores cum oppressione etiam & præjudicio juris hereditarii & heredum armis ac vi sibi imperium acquisivisse. Postremo indigne fert, quod Bennetus disputationem illam de modernorum Regum jure Oceanum quendam sibi non tentandum vocans, difficultatem hoc ipso insignem probandi ejus juris insinuaverit.

Secundi tractatus Scriptor cum initio Benneti præposteram methodum brevibus perstrinxisset, totus ad evertenda principia, quæ idem concesserat, adeoque etiam simul contra Howelli scriptum dirigitur. Imprimisque docte & perspicue demonstrat, doctrinam, de Nonresistentia dictam, erroneam esse (quod quidem argumentum, quamvis ab Episcopo Bangoriensi jam solide pertractatum innuit, tamen repetere necessarium duxit) & ad omnes objectiones locaque e Scriptura allata respondet, deinde civili magistratui jus deponendi Episcopos quieti regni obistentes vindicat, officioque suo Ecclesiastico, quod est, saluti commissarum sibi animarum prospicere (quæ causa eum ad scribendum impulsisse dicitur) his omnibus solide expositis admodum quidem laudabiliter coartatur satisfacere.

Tertius

Tertius libellus Autorem habet Dissidentium (Anglico stylo) partes sequentem, adeoque exposulat cum Benneto, quod Nonjurantes quidem æque schismatis alicujus insimulaverit ac Dissidentes, sed hos tamen invidiosius longe traduxerit; horum crimen tanquam longe majus, illorum vero tanquam leviusculum habendo & depingendo. Postea vero false ridet eum, gratias ironice agens, quod principia ea posuerit, vi quorum Dissidentes catholicæ Ecclesiæ accensere coactus sit, contra durissimam sententiam plerorumque, saltem quorundam, suæ religionis, qui argumentis vel ex ipsa Metaphysica petitis probare conati fuerint, eos plane a Catholicæ Ecclesiæ complexu exortes habendos. Deinde singula Benneti argumenta methodumque ejus examinat, ut doceat, infeliciter admodum eundem in sua disputatione esse versatum, cum statum controversiæ alteraverit, compingendo & cogendo scenam disputationis hujus intra cancellos diocesis Londinensis, & in genere quidem tam multa Nonjurantibus concesserit, ut ex illis eorum sententiæ non possint non consequi; in specie vero dubiæ admodum hypothesi unum assertorum suorum superstruxerit, scilicet quod Episcopatus vel alio jure nemo excidat, nisi per latam a judice sententiam, eodemque porro ratiocinetur modo; ac si quis ex Romanensibus contra Protestantes ita argueret: Episcopos Romanenses ante reformationis tempora nullam schismati causam dedisse, cujus indicium, quod Reformatores ipsi cum iisdem communicaverint; nec post reformationem, cum nihil aliud egerint, quam quod ante illam jam usque fecerant; ergo plane nullam dedisse. Insuper dum Episcopum asserit non desinere esse Episcopum, donec a synodica censura deponatur, male hoc & cum maximo præjudicio causæ suæ dictum judicat, cum ex eo sequatur, Nonjurantes Episcopos utique mansisse legitimos, & Elisabetham Reginam æque ac Carolum Regem & Martyrem schismaticos fuisse, qui scilicet Episcopos quosdam & Archiepiscopos per commissarios saltem quosdam ex Episcopis, non per synodum aliquam, deponi curaverint. Certum etiam esse, quod antiquitatis sententiam de notione schismatis verbi gratia

tia Victoris, & Marciani (ut alia prætereamus) alienum in sensum interpretetur; verum quoque schisma fuisse inter Stephanum Romanum Episcopum & Cyprianum, quorum ille hunc tanquam Apostatam, schismaticum, Pseudo-Christum, tractaverit, & omnem tam civilem quam religiosam communionem cum ipso Pecussaverit, quamvis Benneto aliter visum. Ceteram cum everfis argumentis Bennetianis reliquum sit, ut ex solidioribus Nonjurantium sententiis confutet, idem vero jam in libello immediate precedente *An Answer* etc. factum ipsi videatur, ad eundem librum curiosos lectores suos remittit.

Quartæ libelli Autor, etsi aperte se Nonjurantium partibus addictum esse non profiteatur (quam ob causam eundem etiam hoc ordine recensimus) ita tamen in scripto suo se gessit, ut non injuria pro tali habeatur. Totus enim saltem in eo est, ut ostendat primo, post concessa illa Nonjurantium principia jam nullius esse Benneti contra eos directa argumenta, dein prolixè probet, eundem sententiam præcorum Patrum Ecclesiæ sinistre plane accepisse atque interpretatum esse, utpote qui de indole schismatis eadem plane senserint ac Nonjurantes nostris temporibus statuunt, contagium ejus serpere posse a capite Episcopo ad membra ejus cœtus discrete asseruerint, & schismatis coordinationis & subordinationis nullo discrimine habuerint; id quod apertissime credit elucere ex facto (simillimo, ut ipsi videtur, gestis inter Episcopos Anglicanos depositos & eorum successores) quod inter Cornelium Romanum & ejus presbyterum Novatianum ejusque sequaces tres Episcopos intercessit, utpote cum ii solum propterea, quod Novatianum contra legitimum suum Episcopum insurgentem (adeoque schisma subordinationis committentem) ordinassent (adeoque schisma coordinationis fecissent) pro schismaticis revera habiti, & post penitentiam cum lacrimis publice actam ad communionem saltem laicam admissi fuerint. Uterius infirmum esse argumentum, quo urget, Nonjurantibus non esse Diocesanos Episcopos proprios, saltem non pro omnibus Diocesibus, indeque concludit, ab illis, qui in possessione sint, secedendo schismatis se reos eodem statuere. Nam illorum mentem esse eam, quæ se-

uant primo : vacante fede aliqua vel reliquos vicinos orthodoxos Episcopos Diocesanos ejus curam gerere posse, more prisco, quo ejusmodi Episcopi Græcis *Ἐπιζώνημοι* vel *Μεοίρα*, Latinis *Interuentores* dicti fuerint, & secundo credant : pro exiguo numero gregis sui sufficere unicum vel paucos, qui ipsi restarent, Episcopos, qui simul etiam curam habere censendi sint reliquarum Diocesum nullis Nonjurantibus Episcopis instructarum, quemadmodum etiam Sancroftius ille Archiepiscopus Cantuariensis (jure omnibus Archiepiscopis debito) hoc genus officii revera ipsi Lloydio commiserit. Utimoque loco observat Autor, etiam Stillingfleetum longe aliam schismatis notionem sibi formasse, ac Bennetus fecerit.

A LETTER TO D. BENNET.

i. c.

EPISTOLA AD D. BENNETUM, IN QUA AB ipso solidior probatio schismatis ab ipso Nonjurantibus objecti exigitur ab homine Laico.

Londini, apud J. Roberts, 1717, 8.

Plag. 44

Hujus quidem sibi Autor manifeste se Nonjurantem profitemur, præquo se fecit magnam animi de salutis æternæ spe, per objectionem schismatis sibi suisque factam in dubium vocata, sollicitudinem, quæ adegerit ipsum, ut a Benneto variorum assertorum solidiores rationes expetendas crediderit. Nam falsæ & suspicionem alieni, sit, suboriri posse, ac si potissima argumenta in pectore reservaverit, expectaturus, donec aliquis Jacobitarum hæc dictorum ad scribendum pellectus occasionem ipsi dedisset velut ex insidiis erumpendi, eumque cum omnibus sociorum copiis ad internectionem usque cadendū, Exagitat adeo ipsum primo propter definitionem Ecclesiæ, (quam quidem Autor credit ipsum dare voluisse realem & perpetuam, & hoc quidem manifestum cum injuria, cum satis apparet Bennetum definiendo Ecclesiam Anglicanam per eam, quæ a civili potestate in Angliâ tunc tertium positæ approbata sit, nominatam, saltem & temporariam, dare voluisse) & no-

tionem

tionem schismatis, præcipue vero distinctionem ejus inter schismatis subordinationis & coordinationis; cui similem credit, si quis velit inter rebellionem subordinationis & coordinationis distinguere. Et quantum ad praxin & sententiam veterum ac Cypriani de schismate, ne ingenue quidem Bennetum in ea interpretanda versatum esse, Autor contendit. Schismatis contagium longe nocentius esse, quam personale aliquod vitium ebriositatis, omnesque actus clericales schismaticorum esse invalidos, nec eucharistia administrationem integrum suum effectum in gratiæ Spiritus S. collatione habere incalcat. Et in fine sarcastice insultat Tillotsono, quasi ipse furta & rapinas non potuerit coarguere, nisi simul suo se ipsam gladio jugulando, & aperte satis tangit maculam ipsi ab invidis objectam, quod ipse, Archiepiscopus licet, nunquam fuerit baptizatus.

JO. FRIDER. WEIDLERI MATHES. PROF. PUBL.
*Institutiones Mathematicæ, decem & sex pure mixteque
 Matheseos disciplinas complexæ; sub finem accedunt Tabu-
 læ logarithmorum contractæ & Index generalis,
 qui Lexici Mathematici instar esse possit.*

Vitæbergæ, sumt. Sam. Hannaueri, 1718, 8.

Alph. 2 plag. 8 fig. xxi incil. 44.

Autor doctissimus, Collega noster perindustrius, cum in prælectionibus suis Latino sermone, pro more institutoque Academiæ, in qua docet, habendis, nec Sturmianis præceptionibus nimis concisis, nec opere Latino Wölfiano, paulo ampliori, uti commode posset, ipse applicuit animum ad Institutiones universæ Matheseos in ordinem, pro auditorii sui usibus, redigendas. Complexus autem iisdem est, præter prolegomena de natura & constitutione matheseos & methodo Mathematicæ, Arithmeticam, Geometriam, Trigonometriam planam & sphericam, Opticam, Trigonometriam sphericam, Astronomiam, Geographiam, Chronologiam, Gnomonicam, Mechanicam, Hydrostaticam, Aerometriam, Hydraulicam, Architecturam civilem & militarem, nec non principia analyseos finitorum atque infinitorum. Methodum Geometris solen-

nem ubi vis observare nititur; itaque propositiones more eorum in certas classes distribuit, & sub definitionum, axiomatum, theorematum, problematum &c. titulis luculenter exponit, iisdemque demonstrationes, ubi opus est, addit. Præterea theoriam & praxin conjungit, & Auctores, quos amplius progressuri sequantur, commemorat. Tabule logarithmorum comprehendunt logarithmos numerorum vulgarium ab 1. usque ad 1000, & finium atque tangentium pro gradibus singulis, & denis gradibus cujuslibet minutis. His deinde tabula declinationum graduum eclipticæ, nec non ascensionum rectarum, eclipticæ, & obliquarum pro latitudine Vitembergenſi $51^{\circ} 52'$ subjecta est. Tandem finem operi Index satis copiosus imponit, quem lexicæ Mathematicæ instar Autor haberi cupit. Ceterum præterquam quod ordine ubiq; utitur concinno atque eleganti, illud quoque habet præcipuum Cl. Autor, quod omnia ad purissimæ Latinitatis regulas expresſit.

MEMOIRE PRESENTE A. S. A. R. MONSEIGNEUR
le Duc d'Orleans, Regent du Royaume de France, concer-
nant la pretieuse plante du Gin-Sing.

i. e.

*LIBELLUS SERENISSIMO DUCI AURELIA-
nensi, Regnum Gallie regenti, oblatuſ de eximia planta
Tartarica Ginsing a P. JOSEPHO FRANCISCO
LAFITAU, Jef. Missionario, in Canada
detecta.*

Parisiis, apud Joseph. Monge, 1718, 8.

Plag. $7\frac{1}{2}$.

QUam Sinenſes & Japonenſes omnibus præferunt plantam
Nifi vel Ginsing, ejus notitiam Europa inde a longo tem-
pore conſequuta eſt. Imo ipſam accepimus plantam, nobis
licet ipſis neſcientibus. Hujus enim diſſertationis Autori debet-
tur, quod jam conſtet, quosdam Canadenſium plantarum, ante
complures annos ad nos allatarum, e genere Nifi eſſe. Prima
occurrit Araliæ Canadenſis nomine, in Hiſtoria plantarum
Cana-

Canadensium Jacobi Cornuti, quæ impressa est Parisiis anno 1635, tum & in Institutionibus Tournefortianis enumerata inter plantas, *stare rosaceo, quarum pistillum abit in fructum mollem*. Altera extat apud Celeb. Rajum Tomo 3 Historiæ plantarum p. 658, *plantula nempe Morilandica foliis in summo cauliculo ternis, quorum unum quodque quinquefariam dividitur, circa marginem serratis*. Tertiam deniq; sub Nomine *Aralia humilis fructu majore*, anno 1704 Luetias, e Canada misit Dominus Saracenus, Quebeci in superiore consilio consiliarius, Medicus & Botanicus Regius, cujusque commercio epistolico utitur Regia Scientiarum Academia. Idem & aliam sub Araliæ nomine speciem misit, quam eandem esse cum sua affirmat Autor, quamvis a Celsissimo Principe, cui dicta est, imposuerit ipsi nomen Aurelianz Canadensis. In invenienda hac planta Autori neque Araliæ neq; Ginseng aut Gin-seng notitiam tum habenti adjumento fuit epistola P. Jartoux ex eadem Societate Missionarii Sinensis, quæ continetur in X volumine epistolarum Sinensium Missionariorum Soc. Jesu (*Lettres édififiantes*). Eo loco descriptioni accuratæ plantæ Gin-seng A. 1709, eo tempore, quo colligebatur, ab ipso observatæ, adjecit figuram ab omnibus hætenus publicatis diversam, conjecitque, quod si alibi terrarum, quam in Tartaria, illam plantam extare verosimile sit, illam in Canada inventam iri, quantum quidem liceat e similitudine montani soli filvisque consiti judicare. Quæ conjectura excitato Autori, annoque 1716 in Canada quærenti, post tertium mensem sese obtulit planta, cum figura Patris Jartoux tam exacte conveniens, ut ab ipsis Americanis eadem & planta inventa & in figura exhibitæ esse diceretur, cum planta ipsis sub nomine *Garcin-oguen* dudum cognita, variisque virtutibus commendata. Hujus nominis etymologia eo mirabilior visa Autori est, quo magis convenire tam deprehendit cum significato vocabuli Sinensis Gin-seag, quod idem est ac femora humana: ut hinc quoque fortior ipsi nata persuasio sit, Americam septentrionalem cum Tartaria alicubi jungi, cum idem plantæ nomen, a similitudine fere imaginaria impositum esse sine communicatione idearum, hæud

TAB. III.
Fig. 3.

ipfi verosimile videatur. Est autem planta radice lignosa A, in napum unum vel plures desinente subalbidis, sed qui siccando flavescunt, quive inferuntur collo tortuoso B, e quo exsurgit caulis quovis anno deciduus, sui que vestigium C in collo ipso relinquens, ut e numero vestigiorum conspicuorum liceat fere de radicis ætate judicare. Caulis ubi leviter incurvatus, D, e terra emerfit, rectus horizonti insistit, ad altitudinem pedis unius & ultra, nodoque E terminatur, e quo protendantur pediculi longiores plerumque tres vel quatuor, qui axes sunt folii digitati, e quinque aliis serratis compositi, viridibus, siccandoque flavescens, quorum summum sine pari maximum est, parque sequens majus in infimo loco positum. Inter hæc folia e nodo eodem prodacitur caulis in pediculum quinque vel sex digitorum, qui sustinet umbellum F, cujus radius imminent flores parvi G, petalis quinque subalbidis calici impositis, pistilloque bifido H, a staminibus quinque pulvere onustis apicibus I circumdato. Pistillum abit in fructum reniformem K coronatum, initioque striatum e viridi albescentem, tandemque striis evanescentibus intense rubrum, & ubi fuerit siccus, nigerrimum, sub membrana tegentem pulpam subflavam, succo vinoso plenam, ejusdemque cum radicibus & foliis saporis; porro bicapsularem, seminaibus factum duobus reniformibus striatis, nucleum continentibus album, amarumque. Qui characteres & proinde figuras plantæ diversas; dederunt, Menzelius, Kæmpferus, Breynius, non habuisse auctori videretur, cui tam tuto fiderent, ac ipse Jartoufio fidendum putat; neque enim probabile esse, figuræ ejus, si quis fuisset futurus, eum esse potuisse errorem, qui ipsam plantæ Canadensi Jartoufio incognitæ simillimam redderet. Cui accedit radicum e Sina allatarum similitudo, si cum plantæ hujus radicibus eomparentur. Viribus ab auctoribus vulgo proditis, & cum viribus plantæ Canadensis iisdem, alias addit a se observatas, Mandragoræque; Theophrasti, caulis unici levitate, fructus umbellati nigrore, saporisque vinoso, viriumque identitate, magis quam ulla hæctenus a Botanicis pro illa vendita planta, similem esse contendit. Ceterum cons. *Nova nostra Literaria N. V. p. 54 ff.*

MARTI-

MARTINI HANKII MONUMENTA PIE DEFUN-
dis olim erecta, nunc in unum collecta volumina a
 GOTOFREDO HANKIO.

Vratislaviæ & Lipsiæ, ap. Jo. Georg. Blessingium, 1718, 4-
 Alph. 2 plag. 2.

Solebat Clarissimus ille Gymnasii Elisabethani Rector mortes
 Spectatorum utriusque sexus hominum, Vratislaviæ de-
 functorum, Inscriptione persequi sepulcrali, exequiasque ita
 reddere celebriores honestioresque. Quæ monumenta etsi
 ab extemporali Musa proficiscebantur, nec expoliri perfici-
 que per temporis angustiam poterant, tamen non medicorem
 consecuta sunt laudem, adeoque grata fuere compluribus, ut
 doctissimus Autoris filius non dubitavit, ea uno comprehen-
 sa volumine iterum typis committere. Nos annos diesque
 fatales aliquot eruditorum virorum hinc exhibebimus, cetera
 relinquentes lectoribus eloquentiæ Latinæ studiosis. Discimus p. 164.
 igitur ex hoc libro, Jo. Asmannum Lib. Bar. *Abshazium* diem p. 234
 suum obiisse A. 1699. d. 22 Aprilis: Andream *Acoluthum*,
 Theologum polyglottum, rebus humanis ereptum esse A. p. 263.
 1704 d. 4. Novembris: Christianum *Gryphium*, Magdalenzi
 Vratislaviensium Gymnasii Rectorem, extinctum esse A. 1706 p. 280.
 d. 6 Martii: Joannem Theodorum *Leubscherum*, in eodem p. 313.
 Gymnasio Collegam primarium, vita excessisse A. 1706 d. 29
 Junii: Joannem *Lenisium*, Medicum & societate Naturæ Curio- p. 359.
 forum, morte sublatum esse A. 1707 d. 7 Dec. Exhibetur et-
 iam ipsius Hankii Monumentum, ab successore, Cl. Gottlob
 Kranzio, adornatum, quo vita Viri celeberrimi describitur.
 Ex hoc Elogium Hankii jam A. 1709 p. 331 in hæc Acta in-
 seruimus, adeoque hoc tempore labore isto merito superse-
 demus. Illud non omittendum, quod Cl. Hankius filius in
 Prefatione pollicetur, se e Patris MSS. telam historiæ literariæ
 Silesiæ pertexturum. Quod p. 2 *emergi* legitur pro *emerge-*
 re, typographi incuriæ videtur tribuendum.

TRAITE

h. e.

TRACTATUS DE VIIS MUNIENDIS, AUTORE
H. GAUTIER.

Parisiis, apud Andr. Cailleau, 1716, 8.

Plag. 8 Tabb. zn. V.

Praefens tractatus XV capitibus absolvitur. Ubi sub initium Autor veterum Romanorum in viis sternendis firmandisque curam laudat, & quo modo in Galliis Ludovicus XIV feliciter istos imitatus fuerit, refert. Deinceps ipsam artem vias per diversa loca plana, montosa, solida pariter ac lubrica ducendi & obsepiendi sigillatim enarrat, materiae selectum & coagmentationem docet, dictaque figuris perspicuis illustrat. Pleraque autem expositarum observationum non magni momenti, nec architectis, nec maximam forte partem fabricis ipsis ignotae sunt. Sub finem ex Itinerario Antonini excerpta, quae ad Gallias spectant, declarare nititur: hisque lexicon vocum, praesenti in argumento usitatarum, subjicit. Quantum vero ad quaestiones, ut merito appellat, difficiles, quas erudito orbi p. 120 significat, attinet, ex omnes eo redeunt, uti demonstratio rationis, quae inter amplitudinem ac robur arcuum pilarumque, quibus nituntur, & onus sustentandum intercedit, praecisa atque exacta in lucem proferatur. At enim vero, nostra ex sententia, materiae, qua arcus componuntur, & modi, quo coagmentantur, itemque soli, cui moles imminet, diversitas, vix Geometricam illorum problematum determinationem, quam Gautierius postulat, pati posse videtur. *Dn. de la Hire* monita, quibus his quaestionibus, antequam ab Autore nostro iterum moverentur, nonnihil satisfacere laboravit, exstant in *Memoires de l'Acad. Royale*. 1712 p. 91. Ceterum idem Autor noster de Pontibus & aggeribus Tractatum eodem anno edidit paulo prolixorem,
de quo dicemus Mense proximo,



ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Julii Anno MDCCXVIII.

*JOANNIS PETRI LUDEWIG, JCTI, PORUSSIÆ
Regi a consiliis intimis atque Professoris in Fridericiana,
Novum Volumen Scripturum rerum Germanicarum,
plurimam partem nunc primum editorum ex
Codicibus MSCtis*

Tomus I & II.

Francofurti & Lipsiæ, sumtibus Orphanotrophii, 1718, fol.

Alph. 12 plag. 7 & Tabb. æn. 26.

CUm singuli principatus Germaniæ singulas consti-
tuant respublicas, legibus, statutis, moribus, actis
gestisque invicem diversas, viris rerum gnaris, ma-
xime *Seckendorffio*, id pridem in votis fuit, ut habe-
remus *Juris publici Particularis* systemata sive, quod idem est
Jus publicum provinciale cujusque Principatus. Tentavit Il-
lustris Autor noster hoc institutum in *Germania Principe*, quæ
historiam & jura exhibet præcipuorum patriæ Principatuum,
quos verbo dicimus, in patria nato, *Electoratus*. Quemad-
modum vero re ipsa intellexit, quod opus hoc arduum &
plurimis difficultatibus circumseptum, alia fere ratione superari
ac perfici nequeat, quam lectione scriptorum cuivis provin-
ciæ singularium ac domesticorum: ita viam ad hæc anecdota
aperire voluit, promulgatione monumentorum, quæ cuivis
Principatui essent peculiariora. Initium a sacris Præfultatibus
imprimisque ab *Herbipolitano & Bambergensi* fecit ideo, quoni-
am illi pristinorum jurium tenaciores, cum alii ordinis civilis
mores fere migraverint degeneraverintque in absolutam ne-

O o

que

que ullis legibus adstrictam Principum potestatem, tum quod his duobus Episcopatibus vix nobilior & potentior ullus in Germania deprehendatur. De collectione *Herbipolitanorum* scriptorum egimus in Actis A. 1714 Mens. Nov. p. 494. Quos nunc Bambergenses sequuntur, in presentis operis Tomo I congesti & exhibiti. Præmittitur scriptoribus ab Ill. Editore præfatio, ubi omnes figillatim recensentur, adjectis elogiis vel censura. Primus in illis *MARTINUS HOFMANNUS*, Jureconsultus & Historicus humanissimus, qui historiam Bambergensis Episcopatus & urbis ac Comitatus ab origine ad A. 1440 plene, candide, ornate eleganterque, fide publicorum diplomatum ac monumentorum ex Principis tabulario, cui fuerat præfectus, conscripsit. Qui liber hæcenus latuit in codicibus MSctis. Alter est *JACOBUS GRETSERUS*, cujus *Divi Bambergenses* nullibi fere potuerunt reperiri, ut aliqui, eos unquam editos, fuisse, subdubitaverint. Cum vero plurima diplomata, codicillos, epistolæ Imperatoris, Papæ, Principum ac Antistitum seculi undecimi & duodecimi exhibeant, tum & coevos biographos Henrici S. Cunigundæ S. & Ottonis S. illorum usû viri docti adhuc non sine damno caruerunt. Tertius *VALERIUS LASCHIUS*, qui S. Ottonis biographum, a Gretsero, Canisio, Surio aliisque editum laudatumque, passim auxit, correxit emendavitque ex codicibus vetustissimis. Quarto *HOFMANNI* supra laudati Urbs Bambergæ & Abbates cœnobii *Michelsbergensis* versibus elegiacis descripti, qui cum a Poetis, tum ab Historicis omnino merentur legi. Quinto succedunt *JUSTI VERACII* Consuetudines Bambergenses, maxime *feudales*, quæ majoris fieri debent, partim quod libellus rarissimus, partim quod instituta Francorum feudorum incerto fere jure utantur; atque h'c Celeb. Editor hinc inde affudit lumen. Sexto *ANDRÆ GOLDMEYERII* Bambergæ Historico - Mathematica locum hic propterea meretur, quia plures sunt, qui hodieque delectantur ejus generis commentis Astrologicis, in quibus ille impudentissimus. Septimo ipse Editor illustris Bambergenses Episcopos suo calamo descripsit continuavitque ab anno 1600 ad annum 1718, ne desissent novissima. Quo opusculo singularem pietatem

probat

probat genti *Schanborniane*, quæ in hujus ævi delicijs. Octavo Diplomatum apparet codicillus, illorum scilicet, qui neque in Gretserianis neque alibi inveniuntur. Ornatur insuper opus iconibus omnium Episcoporum Bambergensium *Joannis SALVERI*, sculptoris Herbipolitani, opera æri incisus. In præfati, one voluminis hujus non solum vitæ omnium scriptorum recensentur, & libri ac fragmenta plura, res Bambergenses illustrantia, sed etiam insignia quædam ultimæ vetustatis cimelia e thesauro Michelsbergensis cœnobii, quod sacrum est ordini Benedictino, producuntur. Principio apparet icon *crucis stationalis*, cum aliquod imaginibus & inscriptionibus Græcis, quæ ætatem sapere videntur sæculi V aut VI. Quemadmodum vero restant duarum imaginum sculpturæ, quas Illustris Editor non evolvit, ita aliqua circa alteram nobis hic uti liceat conjectura! Nimirum illa, quæ latus dexterum legit Servatoris, *JO-ANNIS* esse videtur *Theologi*. Quoniam O est articulus: litera I exhibet nomen Joannis: literæ OW sefellerunt forte pictorem, cum tres literæ esse debeant OEO: quemadmodum & litera inferior corrupta & loco A restitui debet A: loco I quod ultimum est O, atque sic habes *Joannem theologum*, virum pristino ævo cultissimum. Quod nomen imaginis illius sit, quæ nostræ opposita in extremitate manus sinistræ, inquirant alii. Nam inscriptio haud dubie manu pictoris aut incisoris est depravata. Altero loco habentur duæ *coronæ S. Kunigundæ imperiales*, quas diva virgo Michelsbergensi cœnobio dicavit, ex quo sæculo renuntiaverat contuleratque se in cœnobium. *Ultimum est sepulchrum & tumba S. Ottonis* sacrorum portentorum multitudine hodieque celeberrimum.

Sed transeamus ad *Tomum secundum*, qui Scriptores exhibet vel nunquam editos vel inventu rarissimos, quos Illustris Editor pro insigni rem literariam adjuvandi studio ex instructissimo ac privati hominis largitiones propemodum superante librorum penu liberaliter prodit. Principio legitur *Chronicon Schwarzacense* ab A. 800 ad A. 1590, quod tenebris Franconiæ lumen affert & instructum est diplomatibus. Deinde *Origines Banzensis*, quo fragmento salivam excitare vult, ut

optimæ fidei annales integros promulgent monachi, istorum possessores. Porro *CUNRADI DINNERT*, Jcti, vitam *B. archidi. Abbatis Schwarzacensis & Banzensis*, quæ omnino est literatissima. Præterea *Chronicon Reichersbergense*, editum quidem antea, sed raro tamen obvium, quod ab anno 1000 ad annum 1200 vere anecdotæ & singularia habet; non dicta scriptaque historicis aliis, quodque diplomatibus ubique radiat instar fiderum. Tum *AVENTINI Origines Oetringenses*, qui libellus parvus est, sed diplomatibus Carolingicis admodum instructus. Sequuntur *Origines Murenses*, hisque junctæ acta & monumenta *Murenfis*, quæ partim ob res sacras, partim etiam civiles & Habsburgicas præsertim origines viris hæctenus eruditissimæ desideratissimæ, quorum sitim nunc explet editio hæc interata. Ad extremum offert se *P. WUIÆ*, aut, quemadmodum alii cultioribus elementis scribunt, *WLE* notitia Episcopatus Caminensis, quæ certe ob plures causas maximi debet haberi. Nam primo singularia prodit in historia Pomeraniæ; deinde jura aperit provincialis Præsulatus, quales alias in Germania rarissimi; porro ostendit, Pomeraniæ Ducibus in Caminensem Episcopatum eandem facultatem fuisse, quam Imperatori in Imperiales, ut adeo primarias preces, annatas, patronatum, eligendi & confirmandi actus ceteraque habuerit atque conservaverit eo etiam tempore, quo Pontifex jam pleraque subtraxerat Cæsaribus. Tacemus historiam reformationis in Pomerania, aliaque anecdotæ & diplomata, quorum plurima operi inseruntur. Ut adeo illustri Editori multas debeat gratias orbis literatus, quod hunc scriptorem æque ac reliquos in apicam lucem produxerit.

LA VIE DE S. CYPRIEN.

h. e.

VITA S. CYPRIANI, DOCTORIS ECCLESIAE, EPISCOPI Carthagenensis & Martyris, quæ & epitome scriptorum ipsius & notæ critica historiceque & Dissertationes Theologicae de controversiis ejus temporis habentur.

Parisus,

Parisii, apud Jacobum Estienne, 1717, 4.

Alph. 3 plag. 17.

DE Cypriano Carthaginensi Episcopo præclare meriti sunt plures, cum qui ejus scripta emendate ediderunt, secundo horum Actorum anno accurate recensiti, tum qui in ejus vita describenda defudarunt, ut Pontius ex veteribus, & Tillemontius, Bailletus & Lombertus ex recentioribus, alique; at ceteros longe superare videtur hujus scripti Autor anonymus, qui accurate ejus vitam scriptaque recensere, ac simul tempora cætus divini ab anno CCXLVI usque ad annum CCLVIII illustrare aggreditur. Ex præfamine clarius patet, ejus institutum esse, sex libris ita tradere res Cypriani, ut primum quo tempore quælibet ejus epistola vel scriptum editum, tum quæ ei ingenii monumenta falso sint attributa, aut quæ plane deperdita, deinde qui ab aliis hac in parte sint commissi errores, tum quomodo se habuerit Hæreticorum baptismus, postea quæ crimina ei falso sint objecta, & ad extremum, qui status fuerit in aula Imperatoris Valeriani, a quo tum atrox Christianorum vexatio profecta sit, indicet. Ac illud continuo excipit tabula omnes ejus epistolas, habita temporis ratione, quo scriptæ sint, complectens, ac in margine numeros paginarum, in quibus vel in Lomberti, vel in Oxoniensi, vel Pamelii, vel Rigaltii, vel Manutii editionibus conspiciantur, annotans.

In Libro primo, quem ab ejus patriæ educationeque orditur, & in quo usque ad id tempus, quo ad Episcopi dignitatem evectus est, progreditur, non tantum cum aliis sentit, decretum Gelasii Papæ, quod Cypriani scripta inter apocrypha refert, corruptum esse, §. I, sed etiam peculiariter observat, in causa fuisse vaticinium Jonæ, ut relicta superstitione gentili Christianorum sacra amplecteretur, ceu constat ex Hieron. in Jon. III, §. II, libellum ad Donatum, qui dialogus sit, ac librum de vanitate idolorum, in quo causas mutæ religionis exponit, prima ejus esse scripta, quæ Christianus ediderit, §. V, VI, eam Diaconi munere ante collatam sacerdotis dignitatem oportuisse fungi, cum moris Christianorum non fuerit, ut lai-

cus crearetur sacerdos, §. VII, & Quirinum, ad quem duos libros testimoniorum adversus Judæos scripserit, Judaica religione fuisse imbutum, antequam Christianæ nomen daret, quibus interjecto aliquo temporis spatio tertius, ad preces illius adornatus, quo Christianorum mores formet, successerit, §. VIII. Ubi ad libros de habitu virginum accedit, non tantum notat, eos ab eo nondum in Episcopum lecto conscriptos esse, sed etiam duo ex iis affert loca, quorum prior: *Que se Christo dicaverint, & a carnali concupiscentia recedentes tam carne quam mente se Deo voverint, consumunt opus suum magno premio destinatum; votum perpetuæ virginitatis; posterior vero: spiritualiter pergite, pervenite feliciter, tantum memento tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari; sanctorum invocationem stabiliet.* Computum de Pascha, qui multum eruditionis præ se ferat, Cypriano prorsus denegat, tametsi eum ejus genuinum factum esse, Mabillonius, Fellus, Sirmondus & Bucherius contendunt, idque ideo, quod stylus sit humilis ac submissus, nec ad Cypriani dictionem accedat, §. IX, docetque insuper ex epistola LXVIII, in eligendo Episcopo eo tempore præcipuas populi fuisse partes, Episcoposque, vicinos tantum ejus suffragia direxisse, sicubi contigerit, ut in eum, qui ad moderanda sacra non fuerit idoneus, incideret, §. X. Continuat libro secundo cœptam de Cypriano narrationem, progrediturque usque ad ejus in urbem reditum, a qua ob gravissimam Christianorum vexationem ad tempus abfuerit. Concilii Affricani lex, quæ vetat pro animis eorum, qui Clericum designassent tutorem, sacrificium offerri, ipsi argumento est, jam tum in usu fuisse in Ecclesia missas pro defunctis, §. IV, & ex querela ejus in tractatu de lapsis de infantibus ad altaria gentilia a parentibus oblati, ubi modo acceptam gratiam perdant, conficit, eos in tenerrima ætate illo tempore sacro baptismo initiatos esse, §. IX. Tum negat non tantum, literas, quarum meminit epistola XV, esse perditas, quæ sint epistolæ LXXXI, sed etiam ullas ab eo esse scriptas ad illos, qui sponte ab exilio redierint, etsi eorum aliquam mentionem injecerit in ea, quæ est ad confessores, §. XVII. Po-
stea

Ita pluribus de scriptis seu libellis, quibus confessores Christianæ fidei in viuculis detenti lapsoꝝ receptionem in Ecclesiam flagitabant, cœtuique divino commendabant, agit, ac in illorum originem, usum abusumque inquirat, §. XIX, XX, XXI. His missis inter alia notat verbis, quibus Cyprianus Diaconis lapsis nimium indulgentibus minatur se admonitione usurum, qua eum uti Dominus jusserit, ut interim *prohibeantur offerre*, non indicari eum nolle, ut lapsoꝝ ad altare proferant nomina, uti Lomberto visum, sed potius denunciari, interdictionem muneris ecclesiastici, §. XXII, nomen Papæ tum omnibus Episcopis & etiam Ecclesiasticis inferioris ordinis cum Episcopo Romano fuisse commune, §. XXIII, tredecim literas ad fideles suæ Ecclesiæ ab eò missas, quarum mentio fiat in epistola ad Clerum R. non perditas esse sed adhuc superstites, esseque, si Pamelii editionem sequaris, V, LXXI, XXXVI, XIX, VIII, XXVII, VII, VI, XI, X, XII, XIII, & XIV, §. XXVII; literarum quas ad confessores, ac Clerum R. dederit exemplum eum non communicasse cum Clero Carthaginensi, §. XXIV; Ecclesiæ gubernationem tunc fuisse monarchicam, constare ex epistola XXVII, §. XXXI, ac Celerinum martyrem omnino tormentis fuisse subjectum, §. XXXVI. Dum enarrat schisma per Felicissimum, qui se Cypriano opposuit, in Carthaginensi Ecclesia excitatum, contendit, eum omnino in montem, qui locus altior Carthagine fuerit, se recepisse, ac in epistola XXVIII, non in *morte* sed in *monte* legendum esse, §. XXXIX, cumque eruditi in nominandis quinque sacerdotibus, qui una cum Felicissimo ex cœtu Dei Carthagine proscripti fuerint, permultum a se dissentiant, ex epistola VI & XXVIII docet, eos fuisse, Donatum, Fortunatum, Novatum Gordium & Gajum (non Cajum) Didensem, §. XLI. Sicuti tandem libros de laudibus Martyrum, de disciplina & bono pudicitiz inter spuria eique supposita refert, ita librum de spectaculis ab eo profectum esse, affirmare non dubitat, §. XLV. Liber *tertius* res Cypriani usque ad concilium Carthaginense II complectitur, & postquam Autor & de concilio, quod simul ac Carthaginem rediit, habitum est, non tamen

tamen præcise, ut Dupinius contendit, die XV. Maj. cœpit, §. II, & de Libellaticis, quos peculiari dissertatione se descripturum esse promittit, nonnulla attulit, §. III, digreditur ad res in Ecclesia Romana gestas, ubi Cornelio Episcopo designato se se opposuerat Novatianus presbyter Romanus, Novati Carthaginensis, hominis turbulenti & de rigore Cypriani Romæ maximopere conquerentis, consiliis adjutus, §. VI, VII, narratque eum frustra Cyprianum contra Cornelium per literas animare ausum esse, qui potius Clerum R. ad pacem colendam excitaverit, ac redeuntibus ea de causa Romam missis Episcopis delatam Cornelio Episcopi dignitatem cum concilio ratam haberit, §. IX, X, & cum tamen postea Novatianus se Episcopum creari passus esset, §. XII, & quosdam suorum assecrarum ad Africanos Episcopos misisset, qui eos in sententiam suam pertraherent, tamen nec hac ratione præsidium malæ suæ causæ obtinuisse, inprimis quod de eorum conatibus Cyprianus Cornelium certiores reddidisset, §. XIII, XIV. Addit, successisse illis legatos magnificentiori apparatu instructos, qui Cyprianum ad tuendam Novatiani dignitatem perducerent, sed spe sua dejectos, eo processisse audaciæ, ut se ejusdem adversariis jungerent, ac cum iis novum Carthagine Episcopum crearent, §. XXI, id quod tamen Cypriani animum non fregerit, qui & in hac causa se prudenter gesserit, §. XXII, ac Antoninum a partibus Novatiani abstraxerit, §. XXIII. Pervenit tandem Autor ad concilium Carthaginense secundum, cujus Episcopi de variis causis Ecclesiasticis dixerunt sententiam, cujusque initium non mense Aprili, ut Dupinio videtur, sed Maji fuit, §. XXVI, commemoratque Cyprianum non tantum Fortunatiano Episcopatum, quo motus fuerat, repetenti per epistolam, cujus scriptio- nis tempus omnino sciri possit, restitisse, §. XXVII, sed etiam Privato Hæretico se opposuisse, ac paulo post factum esse, ut cohors Felicissimi, quocum Privatus se sociaverat, Fortunatum in Episcopi Carthaginensis dignitatem eveheret, ac Cornelius Episcopus Romanus, a legatis peculiariter ea de causa ad se missis deceptus, ejus delati honoris fautor existeret, §. XXIX. Quæ in libro quarto sequuntur, spectant ad ea, quæ a vexatione
Chri-

Christianorum, quam Gallo imperante perpeffi sunt, usque ad id tempus, quo Cyprianus de aquæ oblatione commentatus est, gesta sunt. Mirari vero satis nequit Autor, qui factum, ut recentiores scriptores affirmant, Cornelium Episcopum R. placide obdormivisse, cum ex Hieronymo de vir. illustr. constet, eum violentæ morte sublatum esse, §. V. Tum duo etiam in Cypriano censura digna judicat, quorum alterum, quod pessilentiz malum, cujus culpam gentiles in Christianos Diis cultum denegantes transferebant, in scripto contra Demetrium ab orbe senescente & ad finem vergente arcessat, §. IX, alterum vero, quod ad diluenda crimina sibi a Puppiano, qui falso credatur Episcopus, cum laicus fuerit, objecta legitima sui ad Episcopatum electione utatur, cum constet, etiam legitime lectum Episcopum peccata & crimina admittere posse, §. XV. Deinde ostendit, Cyprianum autorem esse cum epistolæ ad Stephanum Episcopum R. qua Marcionis Episcopi Arelatensis excommunicatio flagitetur, tum libri de unitate Ecclesiæ, qua Novatiani causa tractetur, ejusque error refellatur; ac cum critici recentiores a Nostro in hac re dissentiant, eos & Pontii testimonio & sententia de baptismo Hæreticorum ibidem stabilita refellit, §. XX. Postremo disserit de ritu offerendi aquam in S. Cœna, traditque, consuevisse temporibus illis Christianos sacrificium bis quotidie mane & vespere offerre, & cum gentiles ex odore sensissent, illos jejunos vino usos esse, ideoque eos comprehendissent & in custodiam dedissent, morem eum consensu sacerdotum apud plebem invaluisse, ut loco vini aquam, ne hostibus proderentur, offerrent; perseverante vero ea in hoc ritu, ubi cessasset hostium vexatio, minuendorum sumptuum causa, Cyprianum a Deo monitum scripto seu epistola ad Cecilium in Mauritania Episcopum illum improbasse, ac sine vino sanguinem Christi accipi negasse, XXI, XXII. Dum vero Cyprianus velit, ut & vinum & aqua offerretur, unde quidem doctorum utriusque in sacra Cœna usum absolute necessarium statuant, simul ac autoritate Concilii Tridentini nitantur, illos eo damnari sentit, quod nullæ rationis nec ex institutione Christi per Apostolos tradita crema

in eucharistia requiri, non vero eos, qui illud divino peculiarique præcepto & ad essentiam *validitatemque* sacramenti-necessarium esse negent, §. XXIII. Librum *quintum* impendit Autor describendæ de baptismo Hæreticorum controversiæ, ac ubi observasset, jam ante Cypriani ætatem in Ecclesiis orientalibus Africanisque receptum, ut baptismus extra Ecclesiam collatus pro nihilo putaretur, & ad eam accedentibus conferretur, §. I, II refert, occasionem disputandi de eo datam esse, eum Novatiani eos Christianorum, qui se eorum cœtui adjungerent, denovo aqua salutaris tingendos esse censent. Hoc enim videntes quosdam in Numidia Episcopos, in eam venisse opinionem, sibi potius convenire, ut Novatiani focii ad se accedentes sacro fonte abluerentur; sed in hac causa nihil certi ob varias, quæ se offerrent, difficultates decernentes, rem detulisse ad Cyprianum, §. III, qui in concilio sub finem anni CCLV Carthagine habito sententiam tulit, Hæreticorum baptismum esse nullum, §. IV. Quanquam vero illius rationes caruerint vi firmandi ea, quorum causa productæ essent, id quod postea præcipue ab Augustino demonstratum, qui tamen nec ipse sine censura dimittendus sit, §. V, approbatas tamen fuisse a variis Episcopis; sed & quosdam aliter sensitse, inprimis Quirinum, qui negaverit, justam esse repetitionem baptismi apud eos, qui inter Hæreticos eum jam acceperint, eum idem antiquitus factum non sit, nec Ecclesiæ unitas id concedat. Huic autem Cyprianum respondisse peculiari epistola, in qua priorem sententiam confirmaverit, idemque factum esse in sequenti Concilio Carthaginensi sub finem (vel potius sub initium) anni CCLVI habito, cujus nomine, non proprio, ut Du. Fleury sentiat, Cyprianus ad Stephanum Episcopum Rom. scripserit, ac suæ sententiæ approbationem petierit, §. VI, VII, VIII. Accidisse vero, ut, antequam hujus responsum daretur, Jubaianus Cyprianum in eadem causa per literas consulere, iisque adiceret scriptum, in quo multa contra eum ob rejectum Hæreticorum baptismum contumeliose erant dicta, §. XI, quod peculiari ad eum epistola postea labefactare conatus sit, §. XII, quam quidem nullus adversariorum tunc refuta-

refutaverit, Augustinus autem suo tempore cum cura expendit, §. XIII, XIV. Pervenisse tandem Stephani responsum Carthaginem, cujus jactura eruditus sit peracerba, fragmenta autem apud scriptores antiquos servata testentur, eum acerbius in-
 vectum esse in Cyprianum, ac statuisse eos, qui Hæreticos rebaptizandos esse sentiant, e cœtu Dei ejiciendos esse, §. XV. Perstrinxisse illud Cyprianum literis ad Pompejum, se de hac re consulentem, in quibus tantum absit, ut traditionis autoritatem, ceu quibusdam visum sit, elevaverit, ut potius, si ejus scripta percurras, eam omnino multum æstimaverit §. XVI, cumque animadverteret, se ab adversariis multis modis injuria affici, ac premi, coegisse concilium primo die Septembris anni CCLVI, in quo Episcopi LXXXV una cum ipso denuo Hæreticorum baptismum damnassent, misisse etiam ad Stephanum quosdam, qui eum hujus sententiæ certiore facerent, sed accessu illis denegato, ablegasse alios ad Orientales, qui cum Firmiliano in Cappadocia in ejus sententiam iverint, & Stephanum Orientales condemnantem iterum cum suis Episcopis condemnaverint, §. XXIII, XXIV, a quo Stephano etiam frustra, ut Dionysium Alexandrinum in partes suas traheret, laboratum sit, §. XXV. Cyprianum etiam ea de controversia, cum jam diu agitata esset, ad Magnum Episcopum dedisse literas, §. XXVI, neque unquam suam in ea mutasse sententiam eamque revocasse, ut quibusdam videatur, §. XXVII. Cum postea docuisset Autor, Stephano ob religionem atrocissime sublato aliam fuisse hujus disputationis faciem ejusque successorem unicuique Episcoporum libertatem in hac causa agendi, quid velit, largitum esse, §. XXX, exponit, quid sibi videatur de Cypriano, fateturque ingenue, eum errasse, quod senserit, baptismum ab Hæreticis vel schismaticis secundum rationem Ecclesiæ Catholicæ administratum nullum atque invalidum esse, §. XXXI, tamen & a Stephano Papa eas esse allatas opiniones, quæ tolerari nequeant, §. XXXII, id quod etiam a Benedicto XII fuerit animadversum, §. XXXIII. Tum & sibi causam esse existimat investigandi, cur Cyprianum Deus in hac causa a veritate aberrare permiserit, cum tamen ei alia ad religionem

nem spectantia aperuerit, §. XXXIV. Accedit tandem ad ea, quæ postero tempore in causa baptismatis Hæreticorum disputata sunt, & notat, in Concilio Arelatenfi, quod œcumenicum fuerit, Occidentales decrevisse, eos tantum Hæreticorum baptismo tingere, qui sacrosanctam Trinitatem negassent, §. XXXV, sed Orientales Cyprianum ac Firmilianum secutos in sua perstitisse sententia usque ad Concilium Constantinopolitanum I, in quo eam deseruerint, ac Occidentalium etiam amplexi sint, §. XXXVI, permanentibus tantum in opinione aduersa Donatistis, quæ tamen cum ipsis et seculo sexto exspiraverit, §. XXXVII. Libri *sexti* argumentum Autori præbet mors Cypriani, qua a Valeriano affectus est, & quoniam is primum multum indulserit Christianis, postea vero summò in eos odio flagrauerit; hujus causam a Macrino accessit, qui eum cum ad horrenda sacrificia magica, tum ad crudelem Christianorum vexationem animauerit, §. I. Petitur & tum ait sanguinem & vitam Cypriani, Imperatori maximopere inuisi, qui nequitiam, ut Prudentius tradat, in vincula locumque tenebricosum conjectus, §. III, sed Charybam extulatum missus sit, §. IV, ubi etiam a Deo & dies & genus mortis ei reuelatum, tandemque a Proconsule Galerio Maximo Carthagine capite sit plexus, §. XVIII. Reverenter quidem habita esse loca, in quibus & supplicium de eo sumptum & ossa ejus condita, ac ibi templa extructa, §. XXI, a Christianis, quibus post mortem se conspicendum præbuerit, §. XXII, sed cessisse ea postea Arianis, tandemque Muhametanis, §. XXIII, ossa vero ejus pervenisse in potestatem Oratoris a Carolo M. ad Orientales missi, qui ea primum Lugdunum in Gallia secum pertulerit, unde translata sint Compendium, & tametsi Pamelius Bailletusque existiment, ea in alius loci Ecclesia conservari, verosimilius tamen esse, ea adhuc Compendii haberi.

Controversias peculiare pertractat Autor in subjunctis quinque Dissertationibus, & ut in *prima* illustret verba Cypriani Ep. XVIII: *occurrendum puto fratribus nostris, ut, qui libellos a martyribus acceperunt, si periculo infirmitatis occupati fuerint, non expectata presentia nostra ad Presbyterum quemcumque presen-*

*praesentem, vel si Presbyter expertus non fuerit, & urgere exitus coperit, apud Diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint, ut manu eis in paenitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres desideraverunt; quærit, num hæc potestas absolvendi lapsos moribundos, antequam acta paenitentia in cœtum Dei recepti sint, a Diacono absente sacerdote facta, sit tantum censuræ seu pœnæ ecclesiasticæ, an vero peccatorum apostasia commissorum, ac respondet, se non Natali Alexandro, prius, sed Rigaltio & Dupinio, posterius affirmantibus, adhærere, sibi que firmiter persuadere, Cyprianum non tantum hanc potestatem Diaconis permisisse, sed etiam reverentulisse, atque ut adversariorum sententiæ eo clarius occurrat, præ se fert, se ab Italis Theologis inultum recedere, qui statuunt, clavium potestatem a Christo unice Petro & in ejus persona ejus successoribus Pontificibus maximis collatam, ita ut ea ratione nullus Episcoporum, imo nec universa Ecclesiæ ea gaudeat, sed tantum a Papa communicatam accipiat, contra vero cum Gallis facere, qui sentiant, eam in persona Petri collatam esse communi ratione Ecclesiæ universæ, sive per eam corpus pastorum tantum, sive omnium membrorum intelligatur. In *secunda* demonstrat, Cypriani fugam, qua sibi in atroci Christianorum vexatione sub Decio Imp. consuluit, justam fuisse ac æquam, quia peculiare mandatum de ea a Deo accepere-rit, & si eo caruerit, tamen neque suo honori neque legibus Ecclesiasticis ea adversatum fuisse, quin potius ad eam suscipiendam, si temporis rationem habuerit, in conscientia obligatum fuisse. In *tertia* eos reprehendit, quibus Novatus videtur Episcopus, inductos in errorem a Baronio, qui locum ignoret, quo illo munere functus sit, & cum adversæ parti favere videantur verba Cypriani Ep. XLIV: *Ipse (Novatus) est, qui Felicissimum satellitem suum, Diaconum nec permittente nec sciente sua factione & ambitione constituit*, respondet, hic non legi Felicissimum manuum impositione designatum Diaconum, sed tantum dolo ac fraude, qua Novatus illud apud alios effecerit, additque simul, falli Pearsonium ex illis verbis conscientem, unicuique sacerdoti antiquitus fuisse Diaconum, cum pronomen *suum**

non ad Diaconum sed satellitem sit referendum. Ut in dissertatione quarta Autor de Clericorum conjugio uberius differat, faciunt verba Cypriani Eph. XCIX: *Idem est Novatus, qui apud nos primum discordia & schismatis incendium seminavit. Pater etiam ejus in vico fame mortuus & ab eo in morte post modum nec sepultus, uterus uxoris calce percessus & abortione properante in parricidium partus expressus.* Et si vero Autor sub initium animum in cœlibatum Clericorum maximopere propendentem præ se ferat, variisque modis in Protestantes invehatur, qui eum ex cœtu Dei exterminaverint, cum nihil sit, quod religionem, mysteriorum sanctitatem, sacerdotumque eminentiam magis exornet, veritate tamen ductus, duo sibi sumit, ut demonstret, quorum alterum, Novatum utique fuisse sacerdotem, quando ita in uxorem sævierit, alterum vero, cœlibatum Clericorum demum Pontifice Maximo Syricio, vergente ad finem seculo quarto, in usu esse cœpisse, ac postea seculo sequente sacra Romana moderante Innocentio I legem de eò publicatam. Præterea affirmat, neque in Veteris neque in Novi Testamenti scriptis ullum extare præceptum, quod ministros Ecclesiæ ad perpetuum cœlibatum obliget, nec quidquam ejusmodi 1 Tim. V, 22, III, 2, 1 Cor. VII haberi; ac ita matrimonia sacerdotibus non lege divina, sed Ecclesiastica interdicta, id tamen nec factum in canone tertio concilii Niceni, in quo nomine *subintroducta mulieris Agapeta* intelligatur, quæ in eodem domicilio cum Clero versata sit, eique in rebus necessariis servierit, id quod & Hieronymi & Epiphaniï testimoniis corroborat. Ad extremum causæ suæ patrocinium a Paphnutio pro conjugio Clericorum in Concilio Niceno dicente, Tertulliano in conjugio, cum esset minister Ecclesiæ, vivente, & a Boussardo Ecclesiæ Parisiensis Cancellario peculiari scripto A. MDV de cœlibatu Ecclesiasticorum commentante & Autore novi codicis Franciæ petit. *Quinta* seu ultima est de Libellaticis, qui tempore Cypriani non fuerunt ii, qui, ne idolis sacrificare cogerentur, a magistratu gentili numerata pecunia obtinuerant libellum, quo producto a satellitibus in se irruentibus missi facti fuerint; sed potius ii, qui a magistratu acceperant libellum, testantem, eos, qui illum pro-

ducerent;

ducerent, secundum Imperatoris edictum idolis sacrificia obtulisse, tametsi etiam illud ab eis non fuerit factum, quam in rem & Autorem de frequenti communione, & Tillemontium, & Lombertum citat.

AN ORIGINAL DRAUGHT OF THE PRIMITIVE
Church.

i. e.

*VERA ET ACCURATA DELINEATIO ECCLESIAE
primitivae, quae respondetur Dissertationi, cui titulus:
An Enquiry into the Constitution &c. i. e. Disquisitione de
constitutione, disciplina, unitate, & cultu pri-
mitivae Ecclesiae, quae tribus prioribus post Christum
natum seculis floruit; Auctore Presbytero
Ecclesiae Anglicanae.*

Londini, apud Ge. Strahan & J. Bowyer, 1717, 8.

Alph. I plag. I.

A Nonymus noster, Anglicanae Ecclesiae addictus, in hoc scripto illa, quae alius quidam Anonymus, Presbyterianorum partes secutus, in Disquisitione de Ecclesia ejusque membris, de dioecesi & parochia, de officio & electione Episcoporum, de aequalitate ordinis in Episcopis & Presbyteris, Diaconis item & Subdiaconis, & modo ordinandi Presbyteros, de Laicorum jure & privilegiis in eligendo & deponendo Episcopo, de juncto olim consensu & administratione Clericorum & Laicorum in rebus ad regimen & politiam Ecclesiae spectantibus, denique de quatuor unitatis Ecclesiae, Ecclesiae nimirum universalis, collectivae, provincialis, & dioecesanae vel parochialis, generibus defenderat, novem Capitibus refellit. Cum singula inde recensere nimis prolixum, ac, cum multa superioribus Mensibus ventilata sint, tædiosum foret, nonnulla saltem hinc inde delibabimus. P. 30 sqq. agit de voce *παροικία*, inter alia observans, quod in Graecis & Latinis scriptoribus saepius idem sit, ac dioecesis multarum parochiarum & congregationum in
illa.

illa. P. 37 sqq. loca producit non solum ex Scriptura, sed etiam ex Tertulliano ad Scap. cap. 2, & Apok. c. 37, Eusebio H. E. II, 3, Optato de Schism. Donat. Lib. II p. 39, de innumeraibili hominum multitudine, quam Apostoli eorumque successores prioribus statim Christianismi seculis Christo lucrati sint. Hæc autem sicuti ideo produxerat, ut refutaret Adversarium asserentem, quod tribus prioribus Christianismi seculis vel in maxima etiam urbe non nisi una Ecclesia fuerit, in qua Christiani convenerint, ita etiam Patrum loca eam in rem allegata ab interpretatione Adversarii vindicare studet. P. 65, 66 contendit, in verbis Tertuliani de Cor. Mil. p. 121, *nec de aliorum manu quam præsentium sumimus*, per præsentes intelligendos esse illos, qui sacris cætibus, in quibus sacramentum eucharisticum administratum fit, præfuerint, sive ministros officio sacro fungentes. P. 118 sqq. probare conatur, quod, ut Christus sine prævia vel concurrente electione & suffragio populi Apostolos ordinaverit, ita Apostoli etiam eo ipso alios eodem modo eligendi & ordinandi potestatem acceperint, imò non ipsi solummodo Apostoli illa usi sint, sed eandem quoque ad alios in plantandis Ecclesiis Christianis propagaverint. Et de Apostolis primo quidem provocat ad Clementis Epist. I ad Corinth. p. 54, 55, ubi scribit, quod Apostoli constituerint Episcopos & Diaconos illorum, qui aliquando credituri essent; atque inde manifestum esse ait, quod credituri illi nihil ad electionem Episcoporum & Diaconorum istorum contulerint. Deinde etiam huc refert locum Act. XIV, 23, observans, quod iidem qui ibi memorentur ordinasse Presbyteros, verbis statim sequentibus dicantur populum tum præsentem commendasse Domino; atque adeo illi non nisi Paulus & Barnabas esse potuerint; quodque verbum *καταστήσειν* ibi adhibitum *constituere, creare, designare* simpliciter sæpius significet, nec vota vel suffragia populi una complectatur. Quod vero Timotheus etiam & Titus eandem auctoritatem ordinandi Presbyteros acceperint, non solum ex 2 Tim. II, 2, Tit. I, 5 evincere, sed etiam ex 2 Tim. IV, 3, Tit. I, 12 confirmare annitur. Posterioribus enim locis tantum Apostolo conjicit, ne Timotheus

theus & Titus popularem electionem admitterent. Eundemque morem post tempora Apostolorum adhuc obtinuisse, tam Clementis Romani, Euaristum successorem designantis, & Phædimi, Episcopi Amaleæ, Gregorium Episcopum Neocæsarensensem creantis, exemplis, quam Canone Apostol. 36, iisque quæ de Ecclesia Alexandrina Hieronymus narrat Epistola ad Evagrium, ostendit. Ex Cypriani autem Epistola 68 §. 6, vel 67 edit. Oxon. quam pro sua sententia Autor Disquisitionis allegaverat, nihil aliud patere putat, quam quod Episcopus ab Episcopis ejusdem provincie proximis, plebe præsentem, & vitam moresque ejus perfectos habente, delectus sit. Plebemque illam testimonium reddere debuisse de creando Episcopo, eoque testimonio Episcopos eligentes vel eligendo illo confirmatos, vel inde retractos esse. Sic etiam suffragium universæ fraternitatis, quo Cyprianus Episcopatum Sabino delatum scribit, nihil aliud, quam solemnem ejus testimonium, approbationem, vel simile quid notare. Et quando Clemens Romanus Ep. I ad Cor. p. 57 testetur, quod Apostoli & Apostolici viri ordinaverint Episcopos & Diaconos, *συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης*, illum verbo *συνευδοκεῖν* non votum Ecclesie, ut Autor Disquisitionis docuerat, sed potius approbationem pariter innuere. Neque minus Noster ad exempla producta ad probandum, quod Episcopi a populo electi sint, respondet. P. 255 sqq. exponit, quid sint *fratres sportulantes* apud Cyprianum Epist. 66, observans, quod Episcopi e primitiis & decimis a plebe oblatis unicuique Presbytero, Diacono, aliisque inferioris ordinis Ecclesie ministris partem convenientem assignaverint, & in distributione uniuscujusque portio dicta sit sportula, allusione facta ad sportam Judæorum procul a templo Hierosolymitano habitantium, qui sportæ primitias juxta Deut. XXVI, 2 eo portare debuerint. Inde ergo ministros, qui ejusmodi portionem ex sacris oblationibus acceperint, Cypriano sportulantes fratres dictos esse, h. e. fratres, qui sustentationem suam a dedicatis ejusmodi primitiis habuerint.

ACTA ERUDITORUM
 JOH. GEORGII DORSCHER IN EPISTO-
 lam ad Ebræos Commentarius.

Frankof. & Lips. apud Hiobum Franckium, 1717.4.

Alph. 5 plag. 8.

Vere post funera vivit, qui Phoenix quondam Theolo-
 gorum audiebat, incomparabilis Dorscherus, cujus ad di-
 midium capitis decimi perductum in Epistolam ad Ebræos
 Commentarium, ut justè simul systematis Theologiz Har-
 monicæ Veteris juxta & Novi Instrumenti, immò demonstra-
 tionis Evangelicæ contra Atheos & Judæos vicem subiret,
 Theologus Tubingensium meritissimus, D. Jo. Christophorus
 Pfaffius, publici nunc juris fecit, ac simul, ubi hiare videbatur,
 supplevit atque absolvit. Apodicticam hic efferunt metho-
 dum, qui erudite præfati sunt, Theologi Tubingenses, vitam-
 que ac fata Dorscheri, & in iis scribendi, literasque pingendi
 artificium, Bibliothecam, ab ipso pauperulo licet initio ad-
 ornata, posteaque a filio, Patris dissimili, dissipatam, tenta-
 tiones item periculi plenas & alia recensent. Quem ergo
 aliquoties ut latentem laudaverat thesaurum Calovius, cujus
 possessione Mayerus, licet quæ in prima quatuor capita ex-
 tant, ejus saltim Bibliotheca asservabat, se felicem existima-
 verat, ille nunc una cum supplemento doctissimo hic exhibe-
 tur integer, allegatis simul, quæ a Joanne Cucuelo, discipulo
 quondam & convictore Dorscherano, asservata sunt, MSis, ut
 sunt Synodologia sacra, Schola sacrificialis, Aphorismi Theo-
 logiz Casualis, Miscellanea Philologico-Theologica, quæ ut lu-
 cem aliquando perinde aspiciant, eruditi cupidissime flagitant.

Fauca ex opere ipso nunc potius libamus, non ingrata re-
 rum intelligentibus futura. Tempore V. etiam T. primam
 Personam fuisse Patrem, Schlichtingiumque esse minime an-
 diendum, qui nomen istud ad tempora demum N. T. referat,
 ibi vero Deum saltim Israelis fuisse somniet, ex Epistolæ sta-
 tim initio, ubi Pater ceu fons revelationum Patribus factorum

p. 3. producitur, probat, & *ἐκ τῶν* filii respectu Angelorum
 99 seqq. nec *creationis*, nec *occultationis*, sed *introductionis*, atque sic
realem

realem infra Angelos collocationem fuisse memorat, qua ordinarium alias Angelorum ministerium ipsi subtractum, dehonefata vero diabolica, ut in tentatione in deserto, in qua tremorem illum Jac. II, 19 seposueret diabolus, actusque non mere morales, sed vere physicos commiserit, fuerint admissa. *Ἐπέμα τῆ Ἀβραάμ* c. II, 16, nec de tota seminis Abrahamitici 135 seq. multitudine, ut Socinianis placet, nec de certa aliqua Persona, us Riberæ visum, sed de natura ex Abrahamo oriunda exponitur. *κατὰ φύσιν* vero seu destructio diaboli alibi accurate examinatur, quod scilicet sit partim *moralis & acquisitoria*, qua, siquidem pro mere exemplari, doctrinali vel auxiliari habenda non sit, jus prætensum fuerit a Christo exinanito extinctum; partim *realis & applicatoria*, qua jus quesitum a Christo sedente a dextris in gloria executioni detur, *σύντηψις τῆ Σαρταναῖ ὑπὸ τῆς πόδας*, Rom. XVI, 20, nec tamen illa Gen. III, 15 cum læsione calcanei conjuncta, sed ejus fructus & applicatio. 1 Cor. XV, 24 seqq. Christus *Apostolus*, axiomate alias in sacris plane singulari, multa quidem humilia non tamen inferioritatem respectu Deitatis inferente, alibi sistitur, ac *λόγος ἕως κων ἔργων* de verbo scripto c. IV, 12 exponitur Neglectus cognitionis rerum divinarum hoc magis evitandus est, quod, ex nexu Apostoli, hinc facile in peccatum in Spiritum Sanctum degenerare ignari possent, (quod de neglecto cognitionis augmento haud dubie intelligendum) in peccatum ejusmodi quod non tam pro *moralis* quam *dogmatico*, dum contra illuminationem & gustum doctrinæ cœlestis committitur, habendum, & perseverantiam finalem pro adjuncto quidem, non vero constitutivo essentiali agnoscit, quandoquidem Apostolus cap. VI adhuc viventes viamque ad pœnitentiam etiamnum habentes (quod de mortuis dici nequit) illius peccati arguit. Distinctio *illuminationis in primam & secundam* tam nova non est, quin acutissimus Dorscheus eam sua jam tum urserit ætate, qui illuminationem *mentalem & cum immutatione voluntatis per fiduciam in Christo conjunctam* diligenter discernit, ac *Balaamo spiritum Prophetiæ*, hoc nixus discrimine tribuit, cui vero *spiritum regenerationis & sanctificationis*

176.

209.

252.

261.

263.

257.

- P 333. *rectissime negat. Magno infirmiorum solatio intercessio-*
nem Servatoris in gloria cum oratione etiam proprie sic dicta
conjunctam esse porro docet, dum nihil obstat, idem quod po-
stulavit humiliter in terris, postulare eum itidem sublimiter
posse in caelis, & potestatem efficiendi per se omnia postu-
lando a patre sub certa hac ratiōe exercere. Abstulisse, per-
git, Ecclesiam aliquando, ne Arianis columniandi occasio-
nem praeberet, ab hac assertionē, analogiz tamen fidei uti-
que conformi, utpote ex qua nondum sequeretur, hac sua ora-
tione Christum etiamnum aliquid mereri, cum, meritis in
exinanitione consummatis, in throno gloriae ultra merendi con-
ditionem positus sit. Zelum contra subdole & perverse docen-
tes hic tum in Dorscheo, tum in illo qui supplevit opus, con-
 427. *spexeris perinde, ubi modo Fanaticorum deificatio, modo*
 481. *profanz de Sacramentis N. T. opiniones, modo terminus, ut*
 753. *vocant, peremptorius, immo scedi illius per Ecclesiam increbe-*
 887. *scantis mali, indifferentissimi, abominanda strictim rejiciuntur*
 659 *seqq. ac postea Apostatarum poenae, praeunte Apostolo, exaggeran-*
tur. Curiosa nec ubivis obvia quzerentium hic itidem labor
frustraneus non erit. Sic Divam Dei Genetricem in Sancto San-
 469. *ctorum a sacerdote summo fuisse occultatam & educatam,*
quod Baronio aliisque visum, ex ingressu in conclave illud
arcannam in anno semel facto (solennis expiationis causa, cum
 691. *ob rationes urgentes introire & alias sacerdos summus potuisset)*
improbatur. Alibi semen feminarum adstruitur, ne Cataba-
pustiz gloriantur, ex semine Mariae, quod non habuerit, pro-
 878 *seq. dire Christum nequivisse. Immo HESUS, Celtarum quod-*
dum idolum, producitur, & simul, unde dies apud nos pro-
festus, dienstag, appellitur, non inerudite inquiritur. Quae
& alia pleno potius irruere haustu, quam libare passim in
fontibus his Dorscheanis noviter apertis suadent.

Beschreibung des schädlichen Genus der Korn-
 Zapfen in dem Brod.

i. e.

CAROLI NICOLAI LANGII, PHIL. ET MED. D.
*Academia Leopoldino-Carolina, Societas Reg. Prussica,
 & Physico-Crit. Sen. Collegæ, Lucernensis Republicæ Sa-
 natoris & pagi Knutovyensis Præfecti, Descriptio
 morborum ex esu clavorum secalinorum
 cum pane.*

Lucernæ, apud Henricum Kennwardum Wyssing, 1717, 8.

Plag. 19 & Tab. 22, 1.

EX quo Clariss. Langius magistratus jussu in causam con-
 tagii bovini ante hos quatuor annos inquirendo, civibus-
 que suis salutaria suppeditando consilia, laudabiliter suo fun-
 ctus fuit officio, id quod in Actis his Anno 1715 Mense Fe-
 bruario pag. 77 commemoravimus, eodem nunc jubente nec
 minori cum successu mala evoluit, quæ superioribus annis
 ex esu clavorum secalinorum cum pane hinc inde sunt anno-
 tata. Prima quidem vice Anno 1709 in pago Lucernenfi **Cap. I.**
 clavi secalini suum sparserunt venenum, absque ulla febre
 aut præternaturali quadam sanguinis fermentatione, ut pluri-
 mum post præviam plus minus diuturnam lassitudinem, in-
 ter ascendendum potissimum mortales male mulctans. Sci-
 licet artus frigore correpti pallorem atque rugas contrabe-
 bant, haud secus ac si calidæ diutius aquæ fuissent immersi, ve-
 nis sub rugosa cute disparentibus, hinc torpidi omnique or-
 bati sensibilitate, superstitè tamen, difficiliore licet, motu,
 dolore interno cruciabantur atrocissimo, qui ex atmosphæræ
 vel lecti calore enormiter augebatur, in frigidiori vero loco
 aliquatenus remittens frigiditatis sensationi vix tolerandæ ce-
 debat. Sensus hic adeo molestus ab extremitatibus partium
 ortus sensim atque sensim se diffundebat, & ascendendo post
 digitos in manibus brachia & humeros, in pedibus crura &
 femora occupabat, donec superveniente sphacelo pars afflicta
 marcida, nigraque vel a trunco vel vicino membro delaberetur.
 Fuerunt, qui omni dolore expertes unum alterumque digiti
 articulum sphacelo correptum & delapsum in chirothecis vel

Q 9 3

tibiali-

tibialibus invenerunt. Sub morbi decursu reliquæ corporis partes satis bene valebant, nisi quod sub doloris incremento levem æstum febrilem, sub passu ciborum calidorum sudorem a capite ad scrobiculum usque cordis, somnos laboriosos insomniæque turbulenta perpessi sint ægri. Grassabatur tum temporis per decem septimanas morbus, & Anno 1716 Mense Julio priorem ludere scenam cœpit, in prima tamen herba idoneis remediis suffocatus. Non solum autem in Lucernensi,

Cap. 2.

verum etiam in Bernensi & Tigurino pago, quin & in Gallia in Aurelianaensi, Boloniensi, Blesensi, Guiennensi, aliisque provinciis tam dictis annis quam etiam Anno 1650, 1674 & 1676 similes fere effectus edidit fecalis temulenti usus, ut alia nunc non attingamus mitiora symptomata eidem ad-

Cap. 3.

scripta, & ab Autoribus consignata. Gangræna igitur atque sphacelus fuit isque siccus, quem venenum per corpus distributum excitaverat: si vero non adeo magna copia fuerat haustum, de capitis gravitate atque torpore, quem gravior alias temulencia post se relinquit, conquesti sunt ægri imprimis panem adhuc calentem comedentes. Quemadmodum autem omnis mortificatio & sphacelus impedito & abolito spirituum æque ac sanguinis influxui debetur, ita clavi fecalini pani admisti sanguinem pituitosum maxime reddiderunt, & ita coagulaverunt, ut per ultimos ramulos ad hanc vel illam partem penetrare nullo modo potuerit, quin in vasis hærens turgidis vicinos nervos compresserit, spirituumque interceperit motum. Ad quam coagulationem vel acrimonia acida corrosiva in clavis latitans, vel ipsa horum pituitosa textura nulla digestionem corrigenda, vel utrumque ansam dare potuit. Enormium dolorum causa erat sanguis, arteriolas in corporis extremitatibus nimis distendens, nervosque membranasque premens, & dum hic a calore externo ad validiorem motum intestinum invitabatur, tam distensio quam dolor augebatur. Frigus intolerabile erat, quia rigida ejus, acuminata & subtilia falia cutem rugosam & ab omnibus humoribus vacuum facile penetrare seque nervis ac tendinibus adhuc sensibilibus affigere poterant, deficientibus calidis balsamicisque sanguinis
 exhala-

exhalationibus, quibus temperari vel imminui potuissent. Decidebant quandoque articuli nullo præcedente dolore, quoties sanguis minima vasa capillaria, quæ validam non admittunt distensionem, repleverat, omnisque mox sensatio cessaverat. Lassitudo de sanguinis mixtura turbata & coagulatione testabatur, motum ejus progressivum cohibente, qui inter ascendendum accelerari debebat. Cui circulationi sanguinis impeditæ noctes pariter inquietæ atque insomnia turbulenta erant adscribenda. Sudabant ægri circa caput & pectus post passum, quia sufflaminato sanguinis motu circa partes inferiores, in superioribus autem aucto, ventriculi distensio coacervatum sanguinem magis premebat, & ad ebullitionis motum incitabat. Stagnans interim venenum in parte quadam acrimoniam suam acidam vel ex suo dimittebat sinu, quæ vasa tendineaque arrodendo efficiebat, ut sponte articulus decideret vel proximo communicabat sanguini, unde sphaceli energia augebatur, vicina loca occupantis. Quoties verò vel ob veneni haustu paucitatem vel propter virium robur non sphacelum sed torporem & temulentiam quandam percipiebant ægri, contingere hoc poterat, vel quod sulphurei figentes acidi vapores elaborum ob panis calorem copiose exhalantes ad sanguinem penetrabant, & ad cerebrum delati arteriolas distendendo nervos adjacentes premebant & spirituum motum liberum intercipiebant: vel spiritus animales ipsos inviscando & obvolvendo eorum vel secretionem vel motum debitum sufflaminabant; aut nervos in spasmodicas contractiones deducebant. Causa externa horum malorum merito in esum panis secalini, clavis venenosis referti, est rejicienda, cujus effectibus funestis eo promptius expositi erant pauperes, quo magis ventriculum ante, aquam largiter ob intentum Solis æstum sub laboribus durioribus in se ingurgitantes, debilitarunt, caloremque nativum suppresserunt. Clavi scilicet sunt morbus granorum secalinorum, qui in eorum excresecientia, magnitudine aucta & forma coloreque depravato consistit. Sunt hi clavi acuminata sua parte vaginæ implantati, instar reliquorum granorum, quam propter crassitiam suam nimis distendunt, coloris fulci,

Cap. 4

5. 6.

fulci, nigricantis, duri, modo teneriores modo crassiores, recti vel incurvati aut cornati, saporis frumentacei, cum acrimonia tamen conjuncti; juxta longitudinem binas, ternas, vel plures nanciscuntur fissuras, in eo potissimum latere, quod circumvolutioni & commissuræ involucri farinacei oppositum est; in summitate, quæ eminent, aperturam monstrant, instar ferri a rubigine arrosi; de cetero quoad superficiem externam inæqualitates & rugas habent. Facile quoque transversim franguntur, propter involucrum semiputridum ac nimis distensum, in quo eapropter nulla amplius circumvolutio, ut in granis, conspicitur. Interior eorum substantia non albicans & farinacea est, sed vetusto macro caseo similis, qui marginem fuscum habens ad putredinem vergit. Dum conteruntur, non farinam volatilem concedunt, sed pulverem graviolem; leviores tamen integri sunt, quam grana frumenti, dñu enim aquæ supernatant, quam si imbiberunt, nigredinem contrahunt, & propter spongiositatem & viscositatem suam flexiles evadunt, tandemque fundum petunt. In fervente aqua macerati pinguedinem de se dimittunt, in ejus superficie in membranam crassiusculam varii coloris concrenentem. Accensi clavi facile flammam concipiunt, sed obscuram & nigriusculam, & cinerem post se relinquunt nigricantem, splendentem tamen instar cornuum vel crinium combustorum. Quæ cuncta phænomena in granis desiderantur, copiam interim in clavis crassi oleosique sulphuris inauunt. Sed non omnes clavi tam infaustos edunt effectus, verum venenati tantum; quotannis enim tales in spicis frumenti conspiciuntur, omni tamen venenositate carentes. Venenosi in egenis potissimum deleteriam suam exerunt vim, utpote qui non nisi secalino vescentes panem nullam in clavis a bonis granis separandis aut frumento debite exsiccando adhibent curam. Excedenti vero aeris humiditati adscribendus est nimius clavorum horum proventus, cui ros, nebula, pluvia socias adjungunt manus. Aer enim humidus ratione subtilium & levium suarum particularum fortiter penetrat, nitro, sulphure volatili, aliisque subtilibus particulis imprægnatus. Hinc spicam

Cap. 7.

cam ambit, vaginam emollit, extendit, premit, involucrium fa-
 rinaceum ad putredinem disponit, cum pericarpio se uniens in
 fermentationis motum rapitur, sicque augmentum grani pro-
 movet. Emollita hoc modo grana promptiorem concedunt
 aditum luxurianti succo nutritio, in terra contento, ad ruptu-
 ram usque & fissuras involucri farinacei; qui deinceps a su-
 perveniente æstu solari in vapores resolutus lentam, duram
 & cineritiam substantiam relinquit, involucrio plicato, rugoso,
 nigro & quasi ambusto superflite. Venenositas porro iisdem
 accedit a rubigine, utpote quæ eo potissimum tempore de-
 scendere observatur, quo grana frumenti in clavos excre-
 scere incipiunt, sub forma etiam materiæ cujusdam viscidæ
 dulcis eis adhærere inventa fuit, ac tandem iisdem gaudet fa-
 cultatibus, quibus clavos nocere diximus, visciditate puta & acri-
 monia. Quemadmodum enim ros ex subtilibus aqueis aeris
 particulis, quæ a diurno Solis æstu ex terra & aquis puris eleva-
 tæ, per nocturnum frigus vero congelatæ matutino tem-
 pore descendunt, conflatæ; ita similiter rubigo ex aqueis, in-
 salubribus tamen ac vepematis constat particulis, quæ de die
 ex terra & aquis impuris sublata, vel per ventos adductæ no-
 ctuque condensatæ, mane delabuntur, & instar roris viscidæ ar-
 boribus earumque foliis adhærent, oriente Sole attenuantur,
 crescente vero æstu in vapores iterum abeunt, relicto albicante
 pulvere farinæ molarum parietibus affixæ haud abfimili, unde
 etiam Germani eam rorem farinaceum vocant. Gaudet hæc ru-
 bigo visciditate dulci cum corrosiva tamen acrimonia conjun-
 cta. Eam enim degustantes nausea tentantur, & in labiis
 ulcuseula contrahunt; nudis pedibus in pratis obambulantes
 nigras in eis pustulas & ulcera recipiunt, & diutius sub Jove
 frigido eo tempore, quo delabitur illa, commorantes febrium
 ardentium insultibus sunt expositi, ut taceamus noxas, quas
 plantis inducit, ab eadem causa repetendas. Quemadmodum
 autem ros naturalis multis modis corrumpi potest, ita variæ
 sunt occasiones, quæ rubigini corrosivam & penetrantem vini
 concedere possunt. Accusandum potissimum est nitrum
 aeris volatile, seu subtilis ejus penetrans acrimonia & falsa
 R r humiditas,

Cap. 8.

Cap. 9, 10

Cap. II.

humiditas, unde ros naturalis oritur, dum ab aura frigidiore magis exaltatur, aut acribus corrosivis arsenicalibus salibus ex paludibus & stagnis a Solis aestu elevatis aut per ventos adductis, vel etiam minutissimis insectorum seminibus in vehiculo viscido corrosivo latitantibus, imprægnatur. Nec impossibile est, ex vegetabilibus ipsis particulas quasdam acres, corrosivas exhalare, quæ plantis eandem noxam ac rubigo inferre possunt. Primus vero ortus veneni hujus paludibus, lacunis & lacubus adscribendus venit. Aqua enim in eis stagnans, dum sensim atque sensim in terram penetrat, heterogeneam ejus solvit substantiam, sibi que unit subtilem ejusdem pinguedinem seu sulphur, & salia nitrosa, aluminosa, vitriolica, quandoque etiam arsenicalia, vel alia mineralia, in fermentationis motum cum iisdem abripitur, atque putrescit. Qua fermentatione per venti pluvizque calorem, aut exhalationes calidiores ex terra assurgentes adacta particule sulphureæ & salinæ sibi invicem non modo magis magisque intricantur, sed & usque adeo subtilifantur, & volatilifantur, ut in auram exhalent æstivoque tempore in rubiginis, hyemæ vero & autumnio in nebularum fetidarum transeant materiam. Simili modo exhalationes pariter ex mari & fluminibus aliquid ad rubiginem tribuant, dum eorum undæ super fundum paludosum aut noxiis salibus refertum volvuntur, aut aliunde insalubrium aquarum affluxum admittant. Ne autem ex paludibus talismodi noxæ oriantur, consultum foret, fossam latam profundamque prope illas effodere, per quam putrida aqua continuo effluat, & cum pura affluente mista aliorum derivetur. Hanc rubiginis acrimoniam Ramazzinus iustar aquæ fortis aut spiritus vitrioli vel nitri acidam pronunciat, quia 1) a nitrosis & aliis acidis terræ salibus oritur; 2) in Italia rubigo ut plurimum æstatibus humidis nec adeo calidis observatur, quo tempore salia calida non commode excoqui possunt; 3) spiritus vitrioli & nitri foliis quarundam plantarum aspersus maculas rubicundas, iisdem similes, quæ a rubigine conspiciuntur, excitat; 4) morbi, quibus a rubigine ortis pecora vel correpta vel mortua sunt, ab acido dependebant; & 5) juglans a rubiginis noxa immunis fuit, utpote

Cap. 12.

utpote cujus sal volatile alcalicum rubiginis sali acido se opposuit. Quibus accedit, quod ros naturalis tantillam salis acidi contineat, & quod medicamenta contra funestos rubiginis effectus cum successu adhibita alcalicæ fuerint profapiz. Existimat tamen Autor, dulce rubiginis sulphur urentibus quandoque salibus alcalicis exterra extractis posse imprægnari. Præter proventum clavorum secalinorum plures sunt noxæ a rubiginæ metuendæ. Adurit enim hæc plantas, & maculis rubicundis, vel luteis, vel nigris signat, oculos arborum fructiferarum corrodit, vel acrimonia sua, vel mediantibus vermiculis ex se exclusis; spicas frumentorum corrumpit & in pulverem nigricantem transmutat, pictoribus in usum cedentem, quod malum usilaginem vocant; fructus immaturos debilitat, ut vel ad maturationem pervenire nequeant, vel vermibus scateant; erucas aliaque insecta cumulat; plantas fructusque veneno inficit, quorum esum morbi periculosi, contagiosi & pestilentialia excipiunt. Nec minus animalibus nocet, vaccis potissimum & ovibus, quæ dulcedine ejus allecta gramen, cui incumbit, avidè devorant. Auget tamen bilem, inflammationes accendit, omnibusque symptomatibus ansam præbet, quibus hoc animalium genus subjectum est; nec dubium relinquitur ullum, quin nuperi morbi contagiosi hominum eidem suam originem in acceptum habeant referendam. Præterea apes vel necat, vel fugat. Interim & cicadis infensa est, loco roris naturalis veneno vescentibus, unde taciturnitas earum morborum epidemicorum præsagium existit. Tandem & homines habent, cur ab ea sibi caveant, dum non solum ex esu fructuum herbarumque venenatarum morbis gravissimis se exponunt, verum etiam quando depluente rubigine in libero aere commorantur, aut nudis pedibus per graminia, ea humectata, circumambulant, ut dictum. Non incongruum esset, si rubigo mox post sui descensum linsis pannis eodem, quo ros naturalis solet colligi, modo a graminæ detergatur, ne profundius se in illud insinuet; aut focum, si corruptionis aliqua subsit suspicio, coquatur & iterum exsiccetur, antequam pecudibus offeratur. Forsan ex juglande, tam arbore quam nucibus, earumque

Cap. 13.

Cap. 14.

- rumque potissimum putaminibus viridibus efficax parari posset medicamentum contra morbos armentorum hoc modo infectorum, siquidem hæc arbor immunis est a veneni hujus insultibus, & suis venereæ causam, quæ pariter in viscido acsi radicata est, tollere valet. De clavis fecaliniis hoc adhuc mendum restat, quod eorum venenum exaltetur, dum in panem excoquantur. Acrimonia enim eorum acida augetur non solum, dum novum ipsis acidum fermentum scilicet, admiscetur, verum etiam ob calorem fornacis volatilifatur; & viscidæ farinaceæ particulæ sub fermentatione quidem resolvuntur, atque distendantur, sed aptæ quoque redduntur, ut in porositates earum hoc modo auctas spicula salina & particulæ igneæ profundius immergantur. Therapiam quod concernit supra descripto morbo correptis adhibitam, consistebat hæc in vomitoriis, cordialibus & sudoriferis internis; externe vero ante sphaceli præsentiam cataplasmata resolventia & spiritus calefacientes, eo autem præfente digestiva limimenta & pulveres vel emplastra consolidantia admovebantur; imo venæ sectio in parte læsa adornabatur, ut calor nativus illuc magis attraheretur. Interdicebatur interim ægrotis vini ciborum *δυσπτητων*, vel in butyro frigorum, fructuum horæorum, oryza, panis gravioris usus, & ut sibi ab aere humido & ab ira caverent, injungebatur.

De cetero monendus est L. B. calcî libri observationes Practicas ab Autore factas esse appositas.

FRIDERICI HOFFMANNI MEDICINÆ RATIONALIS Systematicæ Tomus prior, quo Philosophia corporis humani usvi & sani, ex solidis mechanicis & anatomicis principiis, methodo plane demonstrativa, per certa Theoremata & Scholia, traditur, & Pathologiæ ac praxi Medicæ Clinicæ, seu verum fundamentum, præmittitur.

Halæ Magdeburgicæ, ex officina Rengeriana, 1718, 8.
Alph. 2 plag. 18.

Solidiffi-

Solidissimi hujus operis rationes maximam partem perspicantur ex præfatione, ad solidioris doctrinæ & peritæ Medicos perscripta, quorum integritati, judicio, nec non attentioni atque experientiæ permittitur, ut videant, quemadmodum cum praxi cohæreat hujus operis theoria, & quænam utilitas in certam & compendiosam medendi methodum inde redundet. Nam, quam inde ab artis salutaris primo ortu Medicinam ex rationum verarum principiis colere, digerere, & apto nexu inter se conjungere plures allaboraverint: successus tamen, vel ipso dissenso teste, conatus laude dignos destituit. Adeoque, quæ Hippocratem insequuntur sunt, methodicorum & Galenicorum antiquæ scholæ, magis sectatorum pervicaciæ argumentum sunt, quam quod ipsi arti ex illis multum perfectionis accesserit. Propiori ævo exsuscitata tandem Philosophiæ experimentalis, Chyniæ, & Anatomæ nobilissimæ disciplinæ, lucem veritatibus medicis accendere sane poterant clarissimam, nisi generi humano prope congenita festinatio in hypothesium condendarum recidisset infelices scopulos, adeoque Paracelsi, Helmontii, Tackeni, Sylvii, Cartesii, aliorum præiis, tanquam saxo, inhæssissent. Sectarum hujus calamitatis causas Illustris Autor, Medicinæ in Alma Fridericiana Professor celeberrimus, in eo maxime sitas docet, quod pauci ad literas sublimiores iis adminiculis instructi accedant, quæ veritatibus percipiendis, inveniendis & bene ordinandis fore unice inserviunt. Quæ negligentia effecit, ut in ipsis disciplinis, quid verum rectumque sit, quid cohæreat, quidve repugnet, minime perspiciant aut dijudicent, sed memoriæ potius quam judicii laborem in rebus addiscendis agitent. Theoriæ autem medicæ veræ tanquam fons & origo sunt accuratæ observationes phænomenorum in corpore hominis sano & morbis obnoxio, imo etiam sanitati ex morbo reddito vel morte extincto, cum attentione factæ & in unum collectæ; quæ discendi adminiculo quisquis ex veteribus & recentioribus maxime usus est, is rem medicam potissimum ornavit & amplificavit. Sed hoc studium sine Anatomæ & Physiologiæ non succedit: hæc vero accedente operæ demum facit præteritum,

tium, & in cognitionem verarum causarum penetrat. His itaque instructus subsidiis Autor in promovenda atque explicatus tradenda Medicina plurimis annis cum magna laude continuo usus, ad hoc opus scribendum tandem accessit, in quo, repudiatis omnibus hypothesibus, ex vera definitione vitæ, quam conservare consilio & auxilio laborat medicus, integram theoriam orditur. Nam, quum hæc sit sanguinis & humorum continuus, a systole & diastole cordis & arteriarum, debitaque constitutione partium solidarum pendens motus; a quo vitali motu conservatio ipsorum humorum, calor & robur corporis, secretiones & excretiones, hominum mores & inclinationes, naturarum individualis diversitas, corporis nutritio & augmentum dependet, quamdiu recte procedit, quam primum autem turbatur & auferitur, morbi ipsaque mors produciuntur; intelligitur sane hoc Medico sufficere principium, ex quo rerum in corpore contingentium rationes reddat, & extra corpus positarum salubritatem vel insalubritatem intelligat, morborum essentias, symptomatum æstimationem, diagnosis denique & prognosin in singulis affectibus desumat, medendique justas indicationes capiat. Mederi enim nihil aliud est, quam motus & excretiones, a naturali statu desciscentes, in ordinem reducere, impeditos excitare, nimium intensos ad æquabilem normam revocare. His sanguinis auctor in febribus circulus est ipsa illa a veteribus toties decantata natura morborum medicatrix, cujus beneficia agnoscebant satis quidem bene, sed quid esset in illa artis infantia, satis eloqui recte nondum poterant.

Quoniam itaque multi in designanda hujus naturæ essentia in diversissima abierunt, multaque supposuerunt, quæ nec desinari nec cognosci, minus autem demonstrari possunt: Cl. Autor illis modeste discutiendis operam navat, & maxime laborat in evolvenda mechanisimi vera notione, vindicandoque Medicinæ principio mechanico adversus eos, qui mechanicam potius mobilitatis quam motuum esse scientiam perhibuerunt: quippe tantum abest, ut mechanica disciplina tam angustis includatur terminis, ut potius in eo tota sit occupata,

pata, ut vires motrices, quæ cum massa corporea cohererent, in mutua actione & reactione observet atque mensuret, & ita immutabiles motuum leges, tam in elasticis solidis quam fluidis corporibus, condant, quæ ad effectus naturæ alios explicandos magno sunt usui. Quumque jam pridem a doctissimis Philosophis subruta sit illa opinio, quod corpora sint pure passiva, & essentiam suam in mera extensione habeant; ab iisque edocti sumus, omnia corpora vi ad motum esse instructa, eorumque phænomena ex hac dependere; ipsa insuper magistra experientia doceamur, alimenta, elementa, venena, medicamenta, omnesque res noxias posse animalium motus augere, imminuere, destruere, in ordinem redigere, ita prorsus, ut pro veneni diversitate diversissimi in corpus resultent pravi effectus, certis etiam remediorum generibus debellandi; ex eo sane elucet, quam sit Medico, cum recta ratione artem facturo, necessarium, vires corporibus insitas, earumque invicem actiones & reactiones nosse, hoc est, disciplinam profiteri mechanicam.

Pendet autem sanguinis & humorum circuitus a duplicis generis motu solidorum, nempe contractione & dilatatione, & ipsi hi duo motus in solidis vicissim ab influxu humorum suam habent originem. Quippe cognoscimus, nullum in parte quadam solida fieri motum, nisi probe illa perfundatur sanguine arterioso & hujus subtilissimo elemento aereozetheræ indolis, quod per nervos advehitur. Adeoque videmus, horum sublato libero accessu aut vitiata temperie, movendi facultatem, robur atque tonum partibus auferri: e contrario autem motus in iis recte procedere, ubi hæc libera & integra sunt, alimenta que commoda, aer purus & serenus, vinum spirituosum, medicamenta benigniora & corpori amica subtiliorem illam sanguinis partem movendo idoneam suppeditant. Quomodo autem sanguis & fluidum nerveum efficiant perpetuam illam systoles ac diastoles in corde & vasi vicissitudinem; cognoscitur ex structura organorum, quippe ex fibris elasticis coagmentatorum, quæ sanguinis appulsu expansa in locum pristinum se restituere nituntur.

Quod

Quod si itaque in cor ingressus sanguis calidus ejus parietes extrorsum movit; fibræ illius, ob sanguinis subtilioris & roris nervei affluxum magno renifu instructæ, dum se contrahunt, sanguinem in aortam, & simul, per arteriam coronariam, in cordis substantiam propellunt, & hoc ipso systolen quidem peragunt, sed novæ diastoles motum producunt, quia cordis fibræ motrices novo influxu stimulantur. Sicque in humani corporis fabrica videmus, quod arte perficere tanto conamine multi nituntur, perpetuum mobile. Quoniam vero fibræ, declinante ætate, densiores redduntur, ut illarum vasa minima minus subire possit illud elementum sanguinis subtilissimum; patet inde ratio mechanica, quare tunc vires vacillent, corporis functiones minus rite peragantur, & homo moriendi necessitati subjectus sit.

Hoc fluidorum jugi motu illorum non solum sustentio, verum etiam in excrementitios & inutiles humores satisfactio efficitur, quæ duæ res necessario faciunt nutritionis & excretionum perpetuum in corpore successum. Nutritio, ut corpori aptissimo fiat modo, non solum multis secretionibus opus est, quibus sanguinis commercio idoneus succus ex ingestis paratur: sed maxime postulat dieteticarum regularum salutaria præcepta, quæ aspernari temerarium esset, quum ad vitam, sanitatem, morbos mortemque ducat dietæ recta vel prava ratio. Excretionum necessitatem cognoscimus ex eo, quod jugi & intestino humorum motu multæ partes mixtionis minus redduntur idoneæ; tum vero etiam inde, quod homo constitutæ ætatis, ex tanta alimentorum copia, vix sensibile incrementum capit. Hujus doctrinæ maxima est in pathologicis necessitas, quippe si, excretionum defectu, humores vel copia vel qualitate peccant, morbi producuntur, seu motuum naturalium læsiones. Possunt autem omnes morbi, secundum motuum duas species, referri ad duo summa genera, quippe in aliis motus nimii sunt atque intensi, quod spasmodum vocamus, ex quo humorum circuitus inæqualis redditur: in aliis nimis sunt remissi, quod atonia dicitur, & impeditum facit sanguinis circulum, maximeque valet ad tardos affectus producendos,

ducendos, quemadmodum spasmus in acutis præcipue regnat. Hæc morbosorum motuum vitia, pro eo, quod partes oblederunt, diversos progignunt morbos. Nam, si universalis exacerbatio motus intensioris eorum cum vasis corripit; febres accendit: si nervosas & membranaceas partes; epilepticos & convulsivos morbos inducit. A spasmō partis cujusdam singularis congestiones, dolores, tumores, sanguinis effusiones, seri defluxiones, inflammationes, cetera sequuntur mala. Omnium vero motuum morbosorum effectus si quis velit recte intelligere, lucem ex nervorum distributione indeque pendente partium consensu, nec non ex hydraulica & statica disciplina mutuari debet. Causæ morbosorum motuum, si ve a quantitate læsa, si ve a qualitate depravata pendeant, maximam partem intra primarum viarum regionem sedem sitam habent, ex quo apparet, quam recte in praxi agant, qui semper eo respiciunt, ut gravium morborum fomes hic gliscens exstinguatur tempestiva & commoda evacuatione. Sed aliter se res habet in acutis passionibus, tota motuum, tam sanguinis quam fluidi nervei, turbata œconomia, ubi hoc morbi genus suas habet insignes cautiones.

Quemadmodum in pathologicis effectus morborum ad duo causarum revocantur genera: ita in therapia non nisi totidem sunt medicamentorum classes ad illos expugnandos comparatæ; in quarum altera sunt antispasmodica seu sedativa, in altera autem tonica seu roborantia. Ut vero effectuum morbosorum causas expugnemus & amoliamur, indigemus evacuantibus atque alterantibus; quorum pauca & selectiora Medicus pro scopo suo requirat, maxime vero simplicia, parabilia & temperatius agentia habeat commendata.

Ex hac designatione totius systematis facile dijudicari poterit, non solum quis scopus inscribenda hac Medicina rationali fuerit, & quo nexu res tam varix & difficiles inter se cohzreant, aut quid expectari in altero Tomo liceat: verum etiam apparebit, quantum omnes debeant Celeberrimo Autori, qui ad Medicinam adspirantibus viam, tot remotis salebris, nunc planam & facilem reddidit, theoriam ubique praxi ac-

commodavit, multarumque rerum feliciter explicuit rationes, quas dari posse alii desperaverant vel prorsus negarant.

Prior hic Tomus, post Prolegomena, de Medicinæ natura, fundamentis & principio demonstrandi, exhibet Physiologiam, & Hygieinam, quam Excellentissimus Autor; præter scholarum morem, proximam a Physiologia locandam censuit, quia non solum hoc ordine, ob arctissimum utriusque partis nexum, commodissime docetur: verum etiam Pathologia maxime supponit dieteticas regulas, quia omni die videmus ex harum neglectu morbos enasci, vel aliunde in corpus negligentius habitum translatos peculiarem considerationem depolcere.

Methodus hæc omnia tradendi talis est, quæ legenti ad fructum capiendum aptissima sit futura, scribenti autem multo labore & assidua meditatione consistit. Nempe, ut solent Geometrarum, definitionibus claris atque theorematibus propositis, ad ultiores conclusiones progreditur, & quæ ad illustrationem pertinent, scholiis subjunctis declara: simili ratione totum opus hoc adornatum est. Quare non est dubium, quin in hoc opere, rerum pulcherrimarum copia & ordinis nexusque ratio studiosissime habita, lectori plurimum utilitatis sint allatura, præsertim quum indicis copiosi beneficio, si quid alio loco forte clarius & copiosius de eodem argumento propositum fuerit, facile reperiat.

M. GEORGII ANDREÆ HELWIG, PAST. ANgerburg. & Reg. scient. Societ. Berolin. Membri, Lithographia Angerburgica, sive lapidum & fossilium in districtu Angerburgensi & ejus vicinia collectorum brevis & succincta consideratio.

Regiamente, literis Jo. Stelteri, 1717, 4.
Plag. 16 Tabb. zn. II.

AD quod olim avaritia mortales incitavit, ut in intima terra penetrarent, & in suæ quasi matris viscera sævirent, ad effodienda metalla colligendosque splendore caros lapillos
theſau-

thesauris inferendos, ad id majore laude hac nostra ætate doctorum hominum fertur honesta industria, qua non solum sollicitè campos & sylvas pererrant, lacus piscantur & maria; sed montium altitudines percurrunt, durissimasque rupes cædunt & in profundissimos terræ sinus demittuntur, ut quicquid illa arcani condidit rinentur, & sagaci solertia perscrutentur. Germani vero nostri uti nulla in scientiarum percolendarum parte reliquis gentibus inferiores sunt, ita quasi in hac reliquos superare velle videntur; hinc producta sunt Tenzelii, Lachmundi, Brunneri, Geyeri, Hertodi, Schœnbergii, Beyer, Butneri, Hermannii, Liebkechti, Wolfarti, Mylii, aliorum docta solertia monumenta, quibus in luce inprimis singuli patris sinu reconditos & conservatos fortè protrahunt. Ergo neque a suo, sacrorum curandorum, munere id alienum esse duxit, ab aliis jamdum editis operibus clarus divini verbi venerandus Præco, quem hic exhibemus, qui sui Angerburgii in Prussia lapides sedula cura collegit, & sagaci mente exposuit, hoc incedens ordine, ut primo loco ipsius terræ Angerburgicæ situm & limites, aerisque temperiem exponat, ubi inprimis de lacubus, stagnis & fluviiis, quæ adferuntur, notanda sunt: non enim modo per subterraneas cryptas dimidii milliariis inter se coherent diversi lacus & fluvii, quod immixti alibi pisces & alibi capti prodiderunt; sed & notando fluxu & refluxu sibi que forte proprio, insignes sunt, quo fit, ut per annos plures integros, aquis abundant, per alios vero exarescant, ut segetem ferant messemque concedant. Inde progressus sit ad terræ species varias recensendas, ubi nihil forte, quo præ aliis emineat, invenias; sed propius hinc acceditur ad lapides, & primo loco agitur de lapidibus non figuratis, quibus satis refertus est ager Angerburgicus, qui nec marmore caret. De lapidibus diaphanis agitur IV capite, quo etiam refertur Jaspis & Achates variorum speciei, Chalædonius lapis, Sardas & Carneolus, Nephriticus etiam, imò occidentalis Adamantis species, sequatur lapides alterius cujusdam corporis formam referentes, in quibus & illi sunt, quos literatos dicunt, siue qui literarum notas sibi impressas exhibent, quorum ali-

quot exhibentur propterea magis notandi, quod civium nomina exacte descripta contineant, quorum forte vera origo est, quod vel materia lapidum in cava notarum duri corporis, in quo scripta fuerunt nomina, confluerit & in lapidem durata abrupta iterum sit, vel corpus literis ante notatum lapidem induerit. Caput VI. sistit lapides diversarum rerum naturalium æmulos in classes & sectiones distributos, & prima classis est vegetabilium, cujus generis lapides, vel fructus, seminave, vel plantas ipsas, fungos, folia, ligna, & radices referunt. Osteocolla quoque inter eos recensetur, qui lapis ex vegetabilibus coalescit, ea quidem methodo, qua marga radicum arborum fibris adhærescens arenas affluentes implicat, & in unum corpus utrumque induratur, ea formaquam ipsa radix obtinuit, quo ipso Cl. Autor discedit a recepta sententia, qua osteocolla ipsius naturæ opus, ad instar plantæ illam efformantis, & producentis, esse creditur. Corallia fossilia quoque is accensentur ex aliorum autoritate, quorum hic diversæ species reperiuntur. Classis secunda lapidum est, qui rebus animatis aliqua parte similes sunt, sectio vero prima eorum, qui humani corporis membra exprimunt, & tabulæ VII eorum inscriptæ formæ sunt, qui veros hominis vultus ostentant. Sectio secunda tributa est lapidibus, qui ad reliquorum animalium & insectorum historiam pertinent, ut qui cornubus sunt similes, quadrupedum unguibus, dentibus, linguis, ubi plures adferuntur glossopetrarum species, & illos reperiri Angerburgi narratur lapides, qui apum favos exprimunt, qui que ex veris favis apum sylvestrium in terræ cavernis nidulantium coaluisse non temere putantur. Sectio tertia agit de testaceis petrefactis, quorum hæc quoque aliquis proventus est, ex aquarum fluctibus, ut nautilitarum, cochlitarum, turbinatarum, echinatarum, aliorum. Classis tertia est mineralium, & sectio prima metallorum. Et quamvis metalli ferax non sit Prussia, lapides tamen gignit, qui metalli scorias admixtas habent, ferri etiam largior effoditur minera. Sulphuris, salis & bituminis non major hic reperitur copia, nec ad lithographiam quidem illa attinere videntur, agitur tamen de illis sectione secunda hujus classis

classis, & ita transitur ad caput septimum de lapidibus & fossilibus arte factis, quorum sectio prima sistit lapides superstitiosos, ad quos refertur fulminaris, quem in nubibus generari vana plebis est opinio, sed magno numero illos juxta Angerburgum erui Autor reperit, & data opportunitate adferuntur, quæ ad historiam & usum horum lapidum apud antiquos Prussiz incolas faciunt. Urnæ sepulchrales factæ sunt ex lapide, atque effodiuntur non raro in agro Angerburgico, hinc earum, & variz in illis contentæ supellectilis, recensetur datur secunda sectione VII. capitis. Numos etiam antiquos Romanos terra recondit Prussica & ager Angerburgicus, vomere aliquando erutos, quos in novissima sectione conspiciendos præbet Cl. Autor, sed in eorum interpretatione brevior est, ne magis antiquitatis peritis accuratius verum indagandi occasionem præripiat, neque enim indignum erudito foret examine, qua occasione, & quo tempore & modo Romani antiquissimi numeri ad barbaras gentes, ante aris cusi usum delati fuerint.

*JACOBI A MELLE DE ECHINITIS WAGRIS
cis ad V. Cl. JO. WOODWARDUM Epistola.*

Lubecz, typis Samuelis Struckii, 1788, 4.

Plag. 2½, Tab. æn. 1.

EO evidentiz rationum vi produxit Cl. Woodwardus suam de antiquo mundo universali diluvio dissoluto, ejusque conservatis reliquiis, sententiam; ut in communem fere consensum eruditos pertraxerit, pluresque nobili ardore incitaverit, ut quæ cuique subministraret patrium solium, ea diligenti solertia perquirerent. Itaque & Venerandus Lubecz sacrorum Antistes, vir doctus & rerum antiquarum & naturalium sedulus scrutator, *Jac. a Melle*, vicinas Wagriz ripas pervestigans naturæ quasi præstæ & mundi aboliti rudera reperit, atque ut ad eum referrentur, qui novi fere dogmatis stator est, eorum descriptionem ad Cl. Woodwardum direxit. Echinitæ sunt, quos obtulit Wagria; eorumque non contemnendæ formæ variz species. Nomen indepti sunt ab echino marino, eoque jure disploditur eorum sententia; qui vel cælo delapso cum

cerantibus autumant, vel a bufonibus vel anguibus gigni com-
 menti sunt. Echinus marinus extestaceorum, vel crustaceo-
 rum numero est, cujus testam si animal reliquit vacuum, mate-
 ria lapidis in illam influa replet, in lapidem induratur, qui
 formam crustæ, ea diffracta vel tempore exesa, retinet, ut echini
 apographum illum appellare jure liceat; hinc tot echinitarum
 ita dictorum existant species, quot echinorum maria suppedi-
 tant, quod e Wagricis etiam cognoscitur. - Inveniuntur qui-
 dem illi non sicut alibi in montium penetralibus, quia mera
 hic planities expansa est, ex qua vel vomere eruantur, vel plu-
 via illapsa denudantur, vel maris fluctibus in ripas propellun-
 tur tanta copia, ut a XXIX Junii die ad 1 Decembris ducenti
 & viginti Autoris cura potuerint colligi. Eo ab Anglicis, Gal-
 licis, Noricis differunt Wagrici, quod isti cretæ similes facile
 diffringantur, illi ex fabulo coaliti non multum duriores sunt,
 & hos etiam prioribus compactiores; duritie superent, & si-
 licis durissimo comparandi sunt, in quo cum Helveticis & reli-
 quis Septentrionis conveniant. Coloris non unius sunt, ple-
 rumque tamen nigricantis, externe obducti alba crusta, quæ
 conjecturæ locum præbet, esse testæ, cui insula fuit lapidis ma-
 teria, reliquias. Magnitudo echinitarum sequitur echino-
 rum ambitum, & sunt inter Wagricos, qui undecim excedunt
 uncias. Formam Wagrici echinitæ vel pileatorum galeato-
 rumve, vel cordatorum, quos cluniculares vocat Luidius, reti-
 nent, eo inter se diversi, quod alius alio sit depressior, vel magis
 acuminatus. Quinque futuræ echinorum totidem eandem
 vestigia in echinitis sistunt, aculeis vero, quibus alii instructi
 sunt, carent Wagrici. Etenim cum nullus in mari Baltico
 echinus capiatur, mirari possis, unde tanta echinitarum in vi-
 cinis oris copia. Jo. Dan. Major credit, vel occultos latere
 juxta hujus ripas hospites, vel jam antiquas latebras deseruisse;
 verum tutius doctissimo Autori nostræ videtur cum Wood-
 wardo suo ad cataclysmum mundi universalem, factamque
 in eo rerum creaturarum σύγχυση confugere.

JO. JACOBI SYRBII P. P. INSTITUTIONES PHI-
*losophiæ rationalis eclecticæ. In Præfatione Historiæ
 Logicæ succinctè delineatur.*

Jenæ, ap. Jo. Felic. Bielckium, 1717, 8.

Alph. I pl. 6.

IN præfatione Historiæ Logicæ, cujus in titulo mentio est, IIII periodis describitur, quarum *prima* Logicam mere *naturalem*, *secunda* *Logicam utentem*, seu *praxin Logicam*, in inventis Mathematicis potissimum notabilem; *tertia* *Logicæ dogmaticæ*, cui originem dedit utens, initia, sub Parmenide, Zenone Eleate, ejusque sectatoribus, imo etiam Socrate, Hippocrate, Democrito, Archyta Tarentino; *quarta* *Logicæ dogmaticæ incrementa majora*, in scholis Platonis, Aristotelis, Zenonis Cittiei & Epicuri; *quinta* *Logicam sectariam*, Aristotelicam imprimis, *uberius illustratam*, proximis a Christo nato seculis maxime, sub Galeno, Alexandro Aphrodisiensi, Ammonio, Themistio, Simplicio, Philopono, Boethio; *sexta* *Logicam Barbaricam* per ætates scholasticorum, usque ad tempora Reformationis; *septima* *Logicam reformatam*, a Lullio nempe, Valla, Vive, Ramo, Nizolio, itemque iis omnibus, qui Dialecticam ex scriptoribus antiquis purgandam, fingendam & restaurandam sumpserunt, sive doctrinam scholasticam retinuerint, & in nonnullis saltem emendaverint, sive, ea neglecta, pressius Aristotelis Græcorumque hujus interpretum vestigiis insisterint; *octava* denique *Logicam eclecticam* Verulamii potissimum, Cartesii, Gassendi, Campanellæ, Hobbesii, Weigeli, Malebranchii, Geilingii, Tschirnhusii, Lockii, Clerici, Pireti, Langii, Thomæii, Titii, Buddei, Croufazii, Gundlingii, Gerhardi, Buffierii, aliorumque habuisse Autori videtur. Præcipuorum scriptorum placita breviter, perspicue tamen, recensentur, adductis ubique testimoniis idoneis addisque observationibus, quibus, quid in singulorum systematibus laudari, vel etiam desiderari possit, indicatur. Interim, quum Historiæ Logicæ potius, quam rei literariæ intentus Cl. Autor fuerit, ut ipse profitetur p. 7, vitio eidem haudquaquam verten-

vertendum erit, si non omnium Logicorum consignaverit nomina. Sub finem etiam hujus præstationis monet, longiorem multo texti posse historiam, si quis singulorum capitum originem & progressum describere, hostes quoque & conciliatores Logicos indicare voluerit.

Liber ipse in duas Partes divisus est, quarum prima de *cognitione*, altera vero de *applicatione veritatis* agit. In prima ante omnia capitibus sex prioribus de fine, tum vero decem reliquis de instrumentis, seu subsidiis cognitionis, quæ vulgo mediolorum nomine venire solent, præcipit. De fine non solum conditiones & partes, sed & opposita & impedimenta considerat. Finis ipse est veritas Logica, ad quam in mirum tendit proprie intellectus hominis. Hæc igitur in Capite I primo distinguitur a veritate Metaphysica, Physica & Morali ac definitur *conformitas cogitationum inter se*. Qua in re discedit Autor ab omnium ferme, post *Thomam Aquinatem*, Philosophorum sententia, qui ferme definiunt veritatem Logicam, *conformitatem inter intellectum & rem*. Dari enim dicit veritatem, ubi cogitationes cum rebus non conveniant, & contra dari falsitatem, ubi cogitationes conveniant cum rebus. Quæ observatione facile dirimi posse videtur quæstio illa, num detur veritas in prima mentis operatione, quamvis Cl. Autor eam non ventilet. Ceterum veritatem Logicam omnem hæc dividit in veritatem *existentiam*, non confundendam cum metaphysica *essentia & contingentiâ*. Conditiones sunt *claritas & soliditas*. De *claritate* Capite II dicitur, ubi primo de *lumine mentis* disputatur contra Malebranchium inprimis, qui nos omnia in Deo videre, putavit, itemque Hamelium, rationes vel ideas æternas ponentem, ex quibus lux omnis veritatis in mentes illabatur. Autori vero mens ipsa lumen esse videtur, quatenus facultate instructa est percipiendi relationem inter ideas; quam facultatem nominat *conscientiam passivam* & quidem *Logicam*, Alias enim & *Moralem* dari conscientiam passivam, qua relatio actionum cum norma percipiatur. Ab hoc igitur lumine venit *evidentiâ*, ipsius *veritatis criterium*, cujus objectam, partes & species recensentur; Inter species notabilis inprimis est

est illa, quæ a gradibus desumitur, quorum primum cum splendore Solis, alterum cum die sed non radiante, tertium cum diluculo vero, & quartum cum diluculo dubio Autor comparat.

Respectu principiorum alia evidentia est *ratiōis*, alia *traditionis*; quæ si divina fit, *revelatio* appellatur. Cuius traditioni respondet *fides*, quæ proinde vel *divina* est vel *humana*. Divina testimonio Spiritus S. nititur, quo id pluribus nationibus contra dissentientes quosdam asseritur.

In Capite III describitur *soliditas*. Quæ, cum firmiori partium idonearum cohesione constet, hæc de divisione veritatum in *primas & ortas* agitur. Ad primas pertinent *principia*, quæ in absolute, & in certo tantum genere prima dispefcuntur. Absolute primorum sex ponuntur conditiones, ex quibus deinde varia rejiciuntur, ab aliis, veterioribus & recentioribus, venditata, in quibus pervulgatum illud: *Quodlibet est, vel non est*, ne quidem verum satis, in hoc verborum situ, esse, multo minus pro principio haberi posse, Autor existimat. Ceterum ipsi duo principia absolute prima ponenda videntur: alterum pro cognitione veritatis directa, & pro indirecta alterum: illud est: *quæcunque cogitationes inter se conveniunt, ea sunt vera*; hoc vero: *impossibile est idem simul esse & non esse*. Principiorum in certo genere primorum *species, fontes* (definitio nempe & inductio) & usus denique, quatuor cautelis contra Lockium imprimis restrictus, indicantur.

Et hæc quidem de fine Logices tractatio positiva, trium vero proxime sequentium capitum remota est; ubi nempe veri rectæque cognitionis opposita & impedimenta expenduntur. Vero ipsi tum *falsum* tum *incognitum* obstat, quorum utrumque una cum causis & speciebus suis generatim describitur Cap. IV. Speciatim vero præcipua falsæ Logicæ species, *præjudicia* nempe, pro triplici, ex qua orinatur, origine, in præjudicia *propriæ, auctoritatis humane, & præcipitantia* capite V distinguuntur. Quum enim prima omnium origo in voluntate quaerenda sit: hanc vel studio animo labi, vel neglectu. Rursus cum studium nimium hominibus tantum impendi queat; si nosmet ipsos complectamur nimium, hæc præjudiciorum causa *proprietas*; aliorum vero hominum stu-

dium nimium *autoritas* appellatur. Nuda negligentia *pre-
cipitancia* nomine heic venit. Singulis istis generibus plures
subjiciuntur species; ut non facile occurrere possit præjudi-
cium, cujus origo & causæ ex hac ipsa dispositione distincte
evolvi nequeant.

Porro veritatis cognitioni obstat *Opinio*, quæ & obscuri-
tate & infirmitate laborat, adeoque male habetur pro fine
Logices, ad genuini finis opposita referenda potius. Hujus
ratio, cognata, partes & causæ sextum hujus partis caput oc-
cupant. Sequentia decem capita rectæ cognitionis instrumentis
destinata sunt. Hæc autem duplicia sunt, *communis* nempe,
quæ ubique cum in veritatis, tum in sapientiz studio necessa-
ria sunt, & *propria*, quæ cognitioni veritatis peculiariter infer-
viunt. Illa sunt *sinceritas* & *attentio*, de quibus agit Cap. VII.
Hæc rursus vel negativa sunt, seu remedia, vel positiva. Re-
media præjudiciis opponuntur maxime, in quibus *dubitatio*
inprimis valida esse potest, si erudita sit & *eclectica*, minime vero
sceptica, a qua ista & objecto & modo dubitandi & sine discre-
pat maxime, cap. IIX.

Instrumenta seu media positiva vel ad veritatem in se, &
meditatione propria, vel ad verum sensum, ex aliorum sermo-
nibus cognoscendum, faciunt. Et, quum cognitio veritatis
in se vel *sensitiva* sit, vel *abstractiva*; sensitivam adjuvat *expe-
rientia*, tam *externa*, qua corpora, quam *interna*, qua objecta
spiritualia, intra mentem evenientia, observantur, & utraque
tum *absoluta*, qua res ipsa præcise percipitur, tum *relativa*, qua
eadem confertur cum causis & effectibus suis. Experientiam
alienam haurimus *fide* humana inprimis, ubi & credens & res
credenda, & ratio credendi recte se habere debet, Cap. IX.

Cognitionis abstractivæ fons propriumque quasi princi-
pium est *definitio*, cujus finem, species, partes, leges, virtutes,
fontes & inventionem ita Autor explicat Cap. X, ut non solum
necessaria a liberis, utilia ab inutilibus ubique separet, sed & ina-
nes aliorum subtilitates rationibus idoneis explodat, & sterilia
inventionum loculamenta obstruat. Inprimis notari mere-
tur distinctio inter præcepta definitionis, ubique necessaria, &
monita, quibus major tantum definitionis cultus & elegantia
deseri-

describitur. Quæ cum vulgo misceri soleant; mirum non est, si de multarum rerum definitione desperent Philosophi isti, & male culpent optime se habentia. Eadem methodo divisionem quoque exponit Cap. XI, ubi tamen simul leges & criteria *distinctionis realis & rationis* perspicue tradit.

Peculiarem operam impendisse videtur duobus capitibus sequentibus, quibus methodus meditandi in veritate *investiganda & probanda* dirigitur. Et primo quidem Cap. XII de meditatione dicit in genere, ubi meditationis objectum & modum exponit. Objectum respondere debet perfectionibus, sive, ut vulgo appellantur, habitibus mentis nostræ, *intelligentia, scientia, arti & prudentia*. *Intelligentia sensus veri, scientia fundamenti veri*, ars vero & prudentia quoque *usus veri* meditatione acquiritur. Modus meditandi præceptis communibus, antea expositis, *sinceritate & attentione* dirigitur.

Speciatim investigationis fundamentum est, quod *ideæ* mentis nostræ sunt *relativæ*, & unius cogitatio aliarum sen. per cogitationem quasi provocat. Ex hoc fundamento tria sequuntur præcepta, ut nempe *ideæ* de quocunque meditationis argumento primo recte *colligantur*, tum inter se *comparentur*, & denique *propositiones*, ex comparatione *naturæ, reducantur in ordinem & connectantur*. Quibus momenti omnem veritatis inventionem inniti, putat Autor, ut, iis observatis, non possit non inveniri veritas, & ubicunque unquam inventa sit veritas, ea quoque observata esse debeant. Quod quidem inventi illius Pythagorici (quod in quolibet triangulo rectangulo quadratum hypotenusæ æquale sit quadratis laterum) aliisque exen. plis illustrat; quin & Mathematicorum Algebram iisdem fundamentis inniti, contendit; quamvis ejus præcepta rebus quantis tantum accomodata sint. Ut vero constet liquidius, quomodo observari possint præcepta ista, iis plures regulas specialiores subjicit, quibus *idearum collectio, principiorum inventio & applicatio*, & denique *reductio*, sive connexio, dirigitur. In specialiori hujus capituli tractatione methodum investigandi definitam, indefinitam & mixtam describit.

Sed & de probatione tractatio generalis & specialis est, in Cap. XIII. In generali ejus natura & differentia ab investigatione & ostensione exposita, fundamentum quoque ponitur,

& ex eo præcepta generalia pro propositionibus recte connectendis, & connectendi ratione, deducuntur. In specialiori vero variz probationum species occurrunt, ubi univërfa doctrina Aristotelica, ex scriptoribus accuratioribus descripta, ad examen vocatur & in ea aliqua *male confundi, multa inutiliter & sine ratione requiri, potiora denique aut omitti penitus, aut negligenter & obscure proponi*, pluribus ostenditur. Inprimis etiam ad probationes certas refertur *methodus mathematica*, quamvis demonstrationes mathematicæ, quod certiores videantur, non tam a methodo, quam argumenti ratione, habeant; alias vero sophismata quoque methodo mathematica non minus, quam syllogistica, involvi utcunque possint. Ceterum regulas hujus methodi exemplo illustrat Autor, quo immortalitatem animæ, itemque existentiam Numinis, ex desiderio hominis infinito demonstrat. Sub finem capituli spuria, tum investigationis tum probationis, subsidia, locos dialecticos nempe, & pontem afinorum examinat & evertit.

Ad verum sensum ex aliorum scriptis eruendum *Hermeneutica* facit, seu doctrina de interpretatione, quam Autor ante omnia Logicæ vindicat, contra dissentientes aliquos. Deinde ejus natura & speciebus variis expositis, finem seu sensum, una cum speciebus suis, porro impedimenta seu causas obscuritatis, remedia (in quibus *Criticam* inprimis, tanquam Hermeneuticæ partem exponit) itemque instrumenta positiva, quorum duo admodum admittit, *contextum* nempe & *parallelinum*, & utramque in *verbalem & realem* distinguit, denique specialiora quædam, pro diversis interpretationum & sensuum generibus, proponit, Cap. XIV. Quo autem usus interpretationis pateat luculentius, de eo peculiari capite XV tractat, in cujus parte priori, quo modo de aliorum scriptis judicandum, & ad quænam in singulis momenta attendendum sit; in posteriori vero *artem excerpenti* explicat.

Denique, quam & pro adjuvandis mentis nostræ facultatibus inprimis, variz commendari soleant adminicula & artes, *Mnemonetica* veluti, *Combinatoria, Analogica, Kabbalistica* &c. singulas paucis explicat, & quomodo facultatibus istis rectius tutiusque consulatur, ostendit Cap. XVI.

Altere

Altera libri Pars veritatis cognitæ applicationem Logicam, & quidem externam, dirigit. Moralis enim ad aliam disciplinam, Logica vero interna ad partem hujus priorem, de cognitione, pertinet. Externa illa communicatione cogitationum nostrarum cum aliis hominibus absolvitur. Ubi duplex communicandi methodus statuitur, *doctrinalis* nempe & *retorica*, seu eloquentiæ; cujus utriusque præcepta tamen ubique conjungenda sint, Cap. I. Rursus methodus doctrinalis in *solitariam* & *socialem* distinguitur. Illius finis & præcepta generalia habentur Cap. III. Speciatim vero de *methodo scribendi*, universali & particulari, Cap. II, ac de *methodo docendi*, cui *discendi* respondet methodus, Cap. IV ita præcipitur, ut, reiectis otiosis & difficilibus tricis, magis necessaria & utilia requirantur, atque soliditati sæilitas & elegantia ubique jungatur.

Communicatio cogitationum socialis, quatenus doctrinalis esse supponitur, methodo disputandi definitur, qua nunc in sermone vivo, nunc in scriptis utimur. Illa rursus duplex est, *sylogistica* & *Socratica*, seu *dialectica*. *Sylogistica* ut recte intelligatur, ante omnia de *propositionibus*, *sylogismo* ipso & *fallaciis* præcognoscendum est. Quæ proinde argumenta capite V tribus distinctis sectionibus ita explicantur, ut multa passim utiliter moneantur, alibi non ita obvia. Sic inter affectiones propositionis conversio uniformis, a B. Titio tentata, examinatur, & vulgaris quoque ea de re doctrina corrigitur, quod juxta eam subinde propositio vera in falsam commutetur; neque minus suppositio distinctus explicatur, quam vulgo fieri solet. In doctrina sylogistica vero ex uno fundamento, quod idem est cum fundamento reductionis, in veritatis investigatione, itemque probationis, omnes hujus artis regulæ, generales & speciales, deducuntur & demonstrantur; alia autem, ut *dictum de omni & nullo*, tum recentiorum illud: *conclusionem altera præmissarum contineri, idque ab altera ostendi debere*, & quod omnibus in ore est: *quacunque sunt eadem unum tertio, ea sunt eadem*, tanquam minus idonea, aut sufficientia, rejiciuntur. Postremum imprimis, nisi valde limitetur, plane falsum esse, Noster existimat. Præterea sorites quoque vindicatur, ut forma omnium perfectissima, contra Crellium, autorem Artis cogitandi & ali-

os; ejusque ratio certis regulis ita circumscibitur, ut nunquam hæc argumentandi forma fallere possit, & quæ sunt alia ejusmodi. *Syllogistica disputandi methodus* cap. VI, *Socratica* vero cap. VII, præceptis luculentis & utilibus dirigitur. De scriptis autem disputationibus agitur cap. IIX.

Postremo methodus eloquentiæ tribus præceptis generalibus absolvitur cap. IX, quorum primum *perspicuitatem*, secundum *elegantiam*, tertium denique *prudentiam* requirit. Quisquis enim ita sermonem instruit, ut intelligatur *facile*, propter perspicuitatem, & *cum voluptate*, propter elegantiam, ac denique *cum fructu*, propter prudentiam; eum & bene dicere, adeoque officium eloquentis implere, nemo dubitaverit. Quum autem, ut hæc obtineas, plura observanda sint, hæc breviter, perspicue, bonoque inprimis, ac demonstrativo ferme, ordine indicantur omnia. Sic *perspicuitas* in materia, tum profectibus dicentis, tum captui auditorum attemperanda, bono ordine, & modo dicendi spectatur. *Elegantia* vel est *verbalis* in stylo, vel *realis*, in inventione & ingenio. Rursus stylus *expressione* & *connexionem* convenienti absolvitur. Expressio *puritatem* habet & *suavitatem*, tum in sono nudo per *numcrum* tum in sensu per *acumen* & *emphasin*. Connexio vel est *literarum* & *syllabarum*, alias *junctura*, vel *verborum* & *phrasium*, alias *ordo* peculiariter dictus, vel *sententiarum*, alias *periodus*, vel denique *argumentorum*, alias *dispositio*. Ingenium sensa animi recte *declarare* debet & *probare*. Tertia eloquentiæ pars, prudentia in electione & propositione dicendorum se exserit, &c.

In hac tota tractatione id inprimis Cl Autor egit, ut, quicquid in antiquiori & recentiori Philosophia de materia Logica aliquid saltem momenti habet, facili & convenienti inprimis ordine traderet. Complura tamen ipsius inventioni debentur, alibi frustra querenda utique; quum nullum facile caput evolvi possit, in quo non plura notatu digna occurrant: neminem tamen nominaverit Autor, quem de ullo argumento secutus sit per omnia: ab omnibus potius utut summæ autoritatis viris, recedere, cum omnibus etiam consentire, paratus, prout veritatis postulaverit ratio; ut adeo institutiones *istæ* haud injuria *eclecticæ* dicantur in titulo: Stylus usus est facili

& pro-

& profuente, sed ex meditatione tamen, qualis in Lectore quoque simile quid requirit, & excitare potest.

Ceterum sub finem Præfationis *Philosophiam primam* quoque eadem methodo elaboratam ac præterea *reliquarum disciplinarum synopsis* promittit.

J. H. SUPPLEMENTUM SOLUTIONIS SUÆ PROBLEMATIS de Trajectoriis Curvarum inveniendis Mense Augusto superioris Anni in his Actis exhibitæ.

UT solutio Problematis de Trajectoriis datae seriei curvis ad angulos rectos occurrentibus, quam in Actis præteriti Anni pag. 348 sq. dedi, generalis est pro omnibus curvis algebraicis, ita diffiteri nolo, viam quam in analyfi exempli quarti illic secutus sum, non satis expeditam, nec æquè generalem esse ac primum putaram. Verum festinationi meæ imputandum est, quod non animadvertierim statim principia ibidem posita multo latius patere, quam tunc ostenderim aut ostendere potuerim. Reapse enim permutatio illa elementorum coordinatarum in curvis secandis quam adhibui, & assumptio novæ indeterminatæ principia sunt talia, ut, si iis rectè utamur, via plana & facili ad solutionem problematis conducere possint. Quod ut probem, meamque *Analysin* reparem, exhibebo hoc loco constructionem generalem Trajectoriarum ex principiis istis deductam, suppressa tamen analyfi, ne aliis in problematis solutionem inquirendi proprioque Marte eruendi voluptatem adimere velle videar.

Sic generalis æquatio curvarum secundarum $dx = pdy$, ubi p data supponitur quomodocunque per y & constantes, facta $q = r(1 + pp)$, æquatio $\log. c - \log. a = \int (qq dy : y + p \int p dy)$ præbebit constructionem generalem & facilem ope Logarithmicæ perficiendam, existentibus a modulo curvæ secundæ, & c quantitate qualibet constante. Ad id enim aptandæ solummodo sunt in Logarithmica dux ordinatæ a & c , atque in curva, cujus abscissæ y , ordinatæ vero sint $qq : y + p \int p dy$, abscindenda area proportionalis distantie applicatarum illarum Logarithmicæ; abscissa hujus areæ dabit ordinatam, ejusque valor in æquatione $x = p \int dy$ substitutus, abscissam Trajectoriæ quæ sitæ in puncto intersectionis ejus & Curvæ secundæ. Q. E. F.

Exam-

Exemplum. Sit curvæ secundæ æquatio eadem quæ in exemplo quarto Act. 1717, pag. 351, $dx = y^m dy: \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$, eritque $p = y^m: \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$ & $q = a^m: \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$, quare invenietur $spdy = \int \frac{1 - ma^{2m} p dy}{y^{2m}} - \frac{y}{p}$, quod via differentiationis verum esse facile comperieris, & ponendo brevitatis gratia $1 - ma^{2m} p dy: y^{2m} = dR$, erit $y + spdy = pR$; & $qqdy: y + spdy = dR: 1 - mR$, quare integrando habebitur $\int (qqdy: y + spdy) = \frac{1}{1-m} \log. R - \frac{1}{1-m} \log. a$ (const.) = $\log. c - \log. a$, ergo multiplicando per $1-m$, $\log. R - \log. a = 1-m \log. c + m-1 \log. a$, [atque adeo abjectis Logarithmis $R = a^m c^{1-m}$, est vero $R (= \int 1 - ma^{2m} p dy: y^{2m})$ seu restituendo valorem ipsius p , = $\int 1 - ma^{2m} dy: y^m \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$; ergo si in curva cujus abscissæ y , & applicatæ sint $1 - m a^{2m}: y^m \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$, abscindatur area = $a^m c^{1-m}$, areæ hujus abscissa y , dabit ordinatam trajectoriæ quæ sitæ.

Æquatio differentialis hujus Trajectoriæ $x dy - y dx = y^m ds: c^{m-1}$, quam in citato Actorum loco, quarto exemplo inveni, in eandem constructionem definit, quod simplici substitutione illico apparet; nam quia æquatio curvæ secundæ est $dx = p dy$, erit permutatis coordinatarum elementis, $dy = -p dx$ & $ds = -a^m p: y^m$, nec non $spdy$ seu $x = (pR - y): p$, retentis superioribus symbolis: substitutis his valoribus in æquatione $x dy - y dx = y^m ds: c^{m-1}$ invenietur $-pR dx + y dx - y dx = -a^m p dx: c^{m-1}$, id est $R = a^m c^{1-m}$, ut supra.

Si jam $m = \frac{1}{2}$, ut in Coroll. ad exempl. 4 Act. 1717 pag. 352, fiet hoc casu $R (= \int 1 - ma^{2m} dy: y^m \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}) = \int \frac{1}{2} a dy: \sqrt{ay - yy} =$ arcui circulari cujus diameter a & sagitta y ; unde liquet constructionem nostram generalem in hoc casu particulari omnino ducere ad constructionem synchronæ Bernoullianæ, ut in Actis loco citato jam dixi; nam hic arcus

R nunc erit = \sqrt{ac} .

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Augusti Anno MDCCXVIII.

SEXTI EMPIRICI OPERA GRÆCE ET LATINE. *Pyrrhoniæ Institutionum libri III. cum Henr. Stephani versione & notis. Contra Mathematicos sive disciplinarum professores libri VI. Contra Philosophos libri V, cum versione Gentiani Herveti. Græca ex MSS. codicibus castigavit, versiones emendavit supplevitque, & toti operi Notas adjecit JO. ALBERTUS FABRICIUS, Lipsiensis, SS. Theol. D. & Prof. P. in Gymn. Hamburg.*

Lipsiæ, sumtu B. Jo. Frid. Gleditschii Fil. 1718, fol.

Alph. 8 plag. 9.

Sexti Empirici, *vir ingenio & argutiis validi*, iudice Lipsio *lib. II Manud. ad Philos. Stoic. Diss. 3*, cui tamen Græcum ejus codicem videndi felicitas non obtigit, ut ex ejusdem libri dissertatione 23 apparet, novam exhibemus eamque splendidissimam magnaque cura expolitam editionem. Scilicet eruditissimus multisque jam monumentis illustris in orbe liberario Vir, *Jo. Alb. Fabricius*, quod non obscure promiserat *Bibliotheca lux Græca lib. IV. Cap. 18* (quo Capite historiam Sexti literariam more suo, id est, diligenter eruditeque exposuit,) nunc feliciter præstitit. Ut autem cognoscat Lector, quantum debeat Empiricus novo Editori, non solum is Græcum Sceptici textum recensuit ad tres MSS. Codices, quorum ope tantum lucis ei illatum existimat, ut paucissima superesse videantur loca, quibus medelam afferre queant veteres manu exarati libri; verum etiam versionem, ejus alteram partem Stephanus, alteram Hervetus adornavit,

U u

curate

curate recognovit ac alteram subinde meliorem reddidit. Præterea singulis paginis subiecit annotationes doctissimas, philosophicas quidem rarius, nisi quod argumenta, p. 130 item lib. IX, contra DEI existentiam providentiamque prolata, non sine censura dimittit; ac criticas philologicasque maximo numero. Ipsi enim, ut p. 223 fatetur, *non fuit propositum, cavillationes Sexti omnes confutare, sed ad MSS. codices castigatum explanare hunc scriptorem atque illustrare, ut intelligi ab omnibus possit.* Nec vero primas quasque ingenii suspiciones in emendando hoc Autore secutus est, sed adeo religiose versatum se esse in critico hoc negotio, p. 9 & 81 proficitur, *ut sine auctoritate codicum, vel gravissima, quam semper allegat, ratione, nihil mutare ausus sit.* Ad philologicas ejus annotationes quod attinet, quicquid ex historia veterum Philosophorum attingit Empiricus, uberiori Fabricius perfundit luce cum ex ipsius Empirici locis aliis, tum e Diogene Laertio, aliisque sive antiquis, sive recentioris ævi scriptoribus. Inter hæc dum p. 178 ex Hincmaro aliquid profert de Cynico quodam, monere liceat, id Hincmarum ex Hieronymi Commentario in *Ephes. V, 3* ad verbum descripsisse. Porro Clarissimus Editor verbis Sexti perspicue interpretandis intentus est, ubi sensus eorum non est liquidus. Sic p. 66 docet doctissime, quid sit Stoicum *δὴ δὴ ὑπερβαίνον ἁπλοῦς*. Imo statim p. 1 explicat, cur Sextus prius Opus suum inscripserit *ὑπερβαίνον*, ostenditque pluribus exemplis, hanc vocem significare *adumbrationem & compendiosam institutionem.* Accurate item p. 214 homonymiam nominis *Mathematicorum* exponit, simul demonstrans, errari vulgo, cum docetur, per *Mathematicos*, in quos calanum strinxit Sextus, intelligi omnium disciplinarum Philosophos. Ostendit quippe, *Mathematicos* Sexti nostri esse professores disciplinarum humaniorum, Philosophiæ oppositarum. Ad hæc more in *Bibliothecis* suis, *Græca & Latina*, sibi familiari passim diligenter recenset homonymos. P. 276 varios producit *Sofratos*, p. 372 *Euthydemus*, p. 507 *Basilides*. Exhibet etiam aliquot figuras æneæ, ut p. 30 magnifici balnei antiqui; p. 39 Diogenis Cynici, palium

Hum ita humero dextro subsistentis, ut ipse humerus exsertus & nudus exstet; p. 264 Cerastræ, quod serpentium genus est; p. 578 numorum pileatorum. De *Theologi* titulo ejusque antiquo usu perdoctè disserit p. 593. Cur Busiris a Virgilio (*Georg. lib. III v. 4*) appelletur *illaudatus*, disquirat p. 308. Nobis Poeta usus esse videtur figura, quam *ἀτότητα* vocant, ut *illaudatus* idem sit, ac *infamis* vulgo ob immanitatem. Denique nec illud prætermittendum, quod subinde loca Scripturæ Særæ hic illustrantur. P. 9 docetur, quid sint *Ephes. II, 3 τὴν καὶ φύσιν ὀργῆς*. P. 19 commemoratur, olim moris fuisse, oves, canes, & alias pecudes impositis distinguere nominibus: & inde illustrantur verba Christi, *Joan. X, 3* dicentis, a bono pastore oves suos vocari *nominatim*. Quod *Joan. VIII, 25 τὴν ἀρχὴν* significet *protus, omnino*, ostenditur e *Sexto* p. 26, 78 & 491. Cur *Tit. I, 12* Epimenides vocetur *Propheta*, docetur p. 227, ibidemque vox *πεπετευθεὶς*, quæ i *Corinth. XIII, 4* occurrit, ab obscuritate sua liberatur. Subjectus Index scriptorum a Sexto memoratorum longe fistitur hic locupletior ac melius compositus, quam exhibitus ab Editore fuerat in *Bibliotheca Græca* Capite jam laudato §. V. Nihil addimus, nisi ut Cl. Editorem rogemus, ut promissi sui, in *Bibl. Gr. lib. IV cap. 6 §. 5* tacti, memor parem diligentiam adhibeat *Arriani dissertationibus Epictetis*, easque doctis splendentes annotationibus quam primum cum amatoribus præter sapientiæ communicet. Ceterum ignorare Lectorem nolumus, Cl. Viro & in Græcis versatissimo *M. Stephano Berglero* non parum debere luculentam hanc Sexti editionem, quippe is diligenter operam dedit, ut errores ac sphalmata, quæ per absentiam Celeb. Editoris haud dubiè irreptura erant, tollerentur, cunctaque quam emendatissime prodirent,

HISTOIRE DE L'ACADEMIE ROYALE DES INSCRIPTIONS & belles lettres, &c.

hoc est,

HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ INSCRIPTIONUM & elegantiorum literarum, inde ab ortu suo us-

Uu 2

quo

que ad hunc annum. Accedunt Dissertationes, variis
argumentis, e scriniis hujus Academiæ
depromptæ.

Tomus I.

Lutetiæ, e Typographia Regiâ, 1717, 4¹
Alph. 4 plag. 8.

EXhibetur hoc Opere, duos Tomos complexo, primum *Histo-*
ria literariæ Societatis A. 1663 auspiciis regii institutz: unde
discimus, eam fuisse destinata[m] gloriæ Ludovici XIV ampli-
ficandæ, in eoque fuisse occupatam, ut partim nuntios ele-
gant[er] inscriptos, quibus modo memorati Regis res gestæ ex-
hiberentur, ederet; partim celebrioribus & angustioribus locis
ingereret Inscriptiones, regiz munificentiz atque magnificen-
tiz testes futuras. Colbertus, Vir illustrissimus, hujus Socie-
tatis Director, Socios etiam sollicitos esse jussit de Versalia sta-
tuis & picturis eximie ornanda. Initio quatuor duntaxat er-
rant hujus Academiæ membra, que quod simul erant mem-
bra Academiæ Francicæ, hinc nova ista Academia vocari so-
lebat *Academiola*. Postea vero quam Bignonius Abbas, Gallo-
rum Mæcenas, Præses huic Societati datus est, insignia cepit ea
incrementa, ac A. 1701 novam induit formam, adscitis qua-
draginta membris, promulgatisque certis legibus. Rursus
novo splendore A. 1713 Rex beavit hanc Academiam, editis
litteris publicis, quibus ejus confirmarentur privilegia. Anno
1715 prima vice recepti sunt tres alienigenæ in hanc Socie-
tatem, Gualterius Cardinalis, Anselmus Bandurinus, & Cupe-
rus. Defuncto Ludovico XIV, Dux Aurelianensis, qui nunc
tutoris titulo Galliz imperat, favore suo dignatus est hanc Aca-
demiã, eamque jussit deposito titulo, quem adhuc gesserat,
Academiã Inscriptionum & Numerum, quippe minus perfectò,
adsciscere titulum *Academiã inscriptionum & humaniorum lite-
rarum*. Exhibentur hic & nomina eorum, qui usque ad A.
1717 in literariam hanc civitatem fuerunt adscripti. Sequi-
tur (p. 39) Historia rerum in hac Academia elaboratarum
usque ad A. 1710. Et primo quidem representantur non ipsa
scripta

scripta sociorum, sed eorum duntaxat summæ ac breves recensioni. Possis hæc nostro stylo appellare *Acta eruditorum hujus societatis*. Deinde etiam exhibentur non pauca dissertationes perfectæ, quas composuerunt Socii, argumenti rarioris. Ne tardium creetur lectoribus nostris, harum posteriorum recensione[m] reservabimus Mensi proximo. Nunc priorum argumenta pleraque exponemus.

Prima igitur, quæ hic recensetur, dissertatio egit de expiationibus veterum ethnicorum, ejusque contenta hic referuntur, altera (p. 50) Morinus ingeniose contendit, fabulæ fidei esse, quæ vulgo creduntur multisque veterum testimoniis nituntur, sacrificia humana veterum; p. 54 dissertitur de divinationibus sive præfagiis; p. 60 de Neocoris; p. 63 de Censoribus Romanis; p. 69 de civilitate morum in vetere Roma; p. 75 de pictoræ artis origine; p. 89 de arte gymnastica veterum; p. 104 de origine *tuba* & ejus usu apud veteres; p. 109 de vitri origine & ejus antiquis usibus; p. 115 de acclamationibus veterum; p. 120 de ludo alexæ apud veteres Romanos; p. 125 de gigantibus, quos olim revera existisse hic defenditur; p. 129 ostenditur, quod Reges Idumæi, Genes. 36 memorati, sint e posteritate Esavi; p. 142 disputatur de origine fabulæ, quæ Ethnicis Judæis tribuerunt cultam asini. Hic Morinus, quem clariss. Stephani Morini filium esse hoc loco discimus, recitatis patris sui, item Bocharti, Heinssii, Tan. Fabri, Huetii, satis ingeniosis conjecturis, statuit, Judæos huic criminationi occasionem dedisse tum cultu Baal-Peoris sive Priapi, cui Deo sacrum fuisse *asinum* constat; tum anilibus aliquot fabulis, quas circumferant de abjectissimo hoc animali. Tradere enim Rabbinos, inter decem animalia, quæ sexto mundi die extra ordinem produxerit DEUS, fuisse *asinum* Bileami; & hunc eundem esse *asinum*, cujus ministerio & comitatu usus Abrahamus, cum profectus est ad locum, ubi filium immolare justus fuerat; Mosem quoque hoc eodem *asino* usum esse ministro, eoque vestam fuisse Moysi uxorem una cum filio; denique eundem *asinum* adhuc nescio ubi loci vitam degere, servarique ac nutririque usque ad adventum Messie, qui insidens hinc

afino suam sub potestate redacturus sit, quicquid est terrarum ac gentium. Ista igitur fabellas Marinus suffecisse putat Ethnicis, ut *afinaum* haberent pro Judæorum Numine. Addit, quod, Epiphanio teste, Gnostici, qui semi-Christiani erant iidemque semi-Judæi, Deum suum *Sabaotb* sub figura *afini* coluerint. P. 150 de nomine *Byrsa* arci Carthaginis indito, Bocharti opinio novis stabilitur rationibus. P. 152 inquiritur, cur Neptunus a Græcis cognominatus fuerit *αἰοφάλιος*. P. 159 agitur de distinctione plebis a patriciis; p. 162 de vocabulo *regnum*, quod medio ævo significavit *coronam*: ubi simul inquiritur, cujus rei symbolum fuerit missio coronæ ad alterum a Rege facta; p. 168 docetur, a Platone non simpliciter & sine exceptione rejectam esse Poësin, sed tantummodo ejus abulum; p. 176 instituitur comparatio Virgilii & Homeri, uter altero major sit Poeta; p. 180 de periodo *Juliana* agitur; p. 191 de nuditate athletarum in ludis Græcæ; p. 193 de obeliscis: ubi exploditur institutum Kircheri, qui literis hieroglyphicis contineri Philologiam maxime sublimem contendit; & ostenditur ex antiquis scriptoribus, in obeliscis symbolica scriptura consignatam fuisse historiam Ægyptiacam; p. 199 agitur de templis antiquæ Romæ; p. 204 de aliquot Inscriptionibus in lingua Hetrusca, Punica, & Palmyrena; p. 209 de verbis prisce urnæ funebri inscriptis: D. M. SULFICIO NOTO ADESTE SUPERI; p. 212 explicatur Inscriptio dicata Imp. Albino, reperta Lugduni; p. 216 afferuntur Cl. Baudelotii conjecturæ super sigillo quodam miræ raritatis, quod præfert caput Gordiani III. Imp. & affabre hic depingitur; p. 219 de numis Atheniensium; p. 227 de numis Lacedæmoniorum; p. 235 de numis Crotoniensium; p. 240 de allocationibus, quæ in numis Imp. Rom. repræsentantur; p. 244 de congiariis, quæ iidem in aumis exhibentur; p. 248 de numo quodam sic inscripto: HELENA N. F, quem Gallandius ita interpretatur: *Helena, Nobilissima Femina*; docetque, significari Constantini M. matrem. Sequuntur plures explanationes numorum, inter quas potissima est, qua p. 263 difficitur de numis CONOB vel COMOB inscriptis. P. 270 afferuntur

tantur observationes in aliquot gemmas rariores; p. 232 describitur de numis in obsidione cufis. P. 302 exhibetur Apologia Fredegarii Chronicographi; & p. 310 sqq. Catalogus potiorum librorum, qui fuerunt in Bibliotheca Regia regnantibus Carolo V, Carolo VI & Carolo VII. Sequuntur p. 329 sqq. Elogia illorum Academicorum, qui mortui sunt usque ad annum 1710. Nos hinc annotamus sequentia. *Carpenterius* natus est Lutetiz A. 1620 d. 15 Febr. exstinctus A. 1702 d. 22 Aprilis. *Stephanus Pavillonius* natus est ibidem A. 1632, mortuus A. 1705. *Julianus Puchardus* A. 1656 in Normannia natus, A. 1706 mortuus est. *Nicolaus Baratus* diem suum obiit A. 1706. *Valens* sive *Vaillant* senior, cujus Numismata in nostris etiam Actis recenseri meminimus, natus A. 1632 d. 24 Maji, mortuus A. 1706. Filius ejus, *Jo. Franciscus*, Rothomagi A. 1665 d. 17 Febr. natus, A. 1709 exstinctus. *Jo. Mabillonius* natus A. 1632 d. 23 Nov. mortuus A. 1708. *Franciscus de la Cbaize* mortuus est A. 1709, natus A. 1624 d. 25 August. nobili stirpe. Quindecennis receptus est in ordinem Jesuitarum, assiduaque navata literis opera, Lugduni factus est publicus Philosophiz, hinc Theologiz Professor. A. 1675 factus est Regis Confessionarius. *Thomas Cornelius* A. 1625 d. 20 Aug. Rothomagi natus est, rebus humanis ereptus A. 1710.

Hactenus prior Tomus. Quæ restant Dissertationes literariæ, earum recensionem exhibebit Mensis proximus.

PHÆDRI FABULARUM ÆSOPIARUM LIBRI V, ex recensione GOTEFRIDI RICHTERI, Subconrectoris Gymnasii Vinarieusis.

Jenæ, sumte J. F. Bielckii, 1718, 12.

Pl. 12.

CL. Editori, cujus *Specimen Criticum* A. 1713 p. 401 recensuimus, id maxime propositum fuit, ut juventuti suæ disciplinæ commissæ Phædrum daret quam emendatissimè exscriptum, & a mendis, quibus jam olim contaminatus Autor fuit, opæ criticæ artis diligentissimè liberatum. Uade omnissis notis,

notis, quarum loco subjecit Inditem, Gronovii, Gudii, Barmanni, Dispontinii, aliorumque, ac suas ipsius observationes exhibentem, in Præfatione rationes exponit emendationum a se in textum receptarum. Ac fatendum nobis est, Cl. Richterum ita se gessisse in emaculando suo autore, ut ne temeritatis ingenioſæ, nec superſtitioſi priſcæ lectionis cultus crimine accusari mereatur. Nec minori laude dignum est, quod ingenue fatetur, ubi in suo *Specimine* supra memorato errarit, Phædrum emendaturus. Præmiſit etiam Vitam Phædri a Scheffero compositam, item judicia eruditorum de hisce fabulis, denique Catalogum editionum, quarum hæc est quadragesima quinta. Non est moris nostri, criticas ejusmodi emendationes nostris lectoribus proponere, extra suam quippe sedem & orationis contextum lectu tardiores. Unam tamen conjecturam, qua *lib. I fab. 21 v. 3* nonnemo pro *defertus viribus* (quæ dictio Latina esse non videtur,) rescribendum censuit *defectus viribus*, locis parallelis, constabile conabimur. Scilicet non solum Phædrus *lib. V fab. 6 v. 2* dixit *defectus pilis*, sed ipsissima illa phrasis: *viribus defectus*, occurrit apud Julium Cæsarem & Valerium Maximum. Illius *lib. III de bello civ. cap. 64* hæc sunt verba: *Cum gravi vulnere esset affectus aquilifer & viribus deficeretur*. Valerius *lib. VIII cap. 7* Livium Drusum narrat *& atatis viribus & acie oculorum defectum fuisse*: ejusdemque Capitis posteriori parte Demosthenem scribit *lateris firmitate defectum, quas corporis habitus vires negaverat, a labore mutuum esse*. Consali quoque hanc in rem Cellarius noster meretur *Cur. poster. p. 60* sqq. Sed hæc hæcenus. Cl. Richterum sub finem suæ Præfationis novas pollicetur in Ciceronis selectas epistolas Notas, item novam editionem Cellarii Orthographiæ Latinæ, suis & Cl. Heumanni, quas possidet, animadversionibus locupletatum.

P. BERNARDI PEZII, BENEDICTINI ET BIBLIOTHECARIIS MOLLICENSIS, DISSERTATIO APOLOGETICO-LITERARIA AD PAVILL. JO. BENED. GENTILOTTUM ab Engelstrum, pro

*pro editione integri Syntagmatis Diplomatico-Historico-
Epistolariis Udalrici Babenbergensis, impugnata
a V. C. ANGELO FONTEJO.*

Augustæ Vind. & Græcii, apud Veithios, 1717, 4.

Pl. 8 $\frac{1}{2}$.

Quam Cl. Pezius editionem promiserat Codicis Udalrici Babenbergensis, publicato A. 1717 p. 30 sqq. in his *Actis* codicis illius Conspectu, eam Fontejus quidam, cujus Epistolam eodem anno p. 315 recensuimus, maxima sui parte fore inutilem doctisque hominibus ingrati indicaverat, iudicatis libris, ubi plurima illius Codicis monumenta jam dudum publici juris facta legantur. Hoc vero male habet Pezium, suspicantem, Fontejum, veterem suum amicum, epistola illa invidi animi documentum edidisse, ideoque hac dissertatione institutum suum edendi Codicem illum *integrum non contemnendis* propugnat rationibus. Etsi enim magna pars monumentorum isto Codice contentorum edita jam fuerit a Gretsero in libro quem *Divi Bambergenses* inscripsit, & a Tengenagelio in *Veteribus monumentis, quæ jam olim pro Gregorio VII aliisque Pontificibus Romanis conscripta fuerunt*; duo tamen hæc opera tantæ esse raritatis ait, ut compluribus ne nota quidem sint, in Bibliothecisque plurimis frustra quærantur. Addit, quæ edita sint sui Codicis monumenta, tam mendose imperfecteque fuisse exscripta, (cujus rei exemplum producit unum itemque alterum,) ut nova emendatioque eorum editione omnino opus sit. Cumque Fontejus quædam illius Codicis monumenta non esse publicanda propterea censeat, quod Lutheranis favere causæque Catholicorum minus patrocinari videantur; respondet Pezius, consilium istud oppido inconsultum esse, cum ita Protestantibus causa subministraretur, Catholicos scriptorum veterum editores fraudulentæ & partium studii jure optimo accusandi. Statuit contra, fideliter publicanda esse omnia, quæ in codicibus manu exaratis offendantur, suamque hanc sententiam non solum Melch. Cani suffragio munit, verum etiam gravibus confirmat rationibus, & exemplo

Xx

Mabil-

Mabillonii, Acherii, Baronii, Sirmondi, aliorumque. Hinc tandem concludit, se & proposito publice Syntagmatis Udalriciani Conspectu bene de rep. literaria meritum esse, & longe optime de eadem *integræ* Udalriciani Codicis editione meriturum esse: cui sententiæ nos lubentissime subscribimus, doctissimumque Pezium, ut editionem suam maturet, publico nomine rogamus. Lectorum vero nostrorum in gratiam libet hic ex pagina 56 dissertationis Pezianæ adscribere verba nonnulla, quibus status Bibliothecarum, quæ in monasteriis Germaniæ nostræ sunt, describitur. *Omnia fere* (en testimonium *ἀνδρῶν*) *religiosarum bibliothecarum pægmata & plures Scholasticis Aristotelicoque Theologicis scriptis onerati sunt, omnia Scholasticis concertationibus & syllogismis personant, in omneque librorum genus offendas sapius, quam in Criticorum, utilium, exquisitorumque, sine quibus tamen hæc nostra præclara & publica studia nulla sunt.*

HISTOIRE DU REGNE DE LOUIS XIV ROY DE
France & de Navarre.

i. e.

*HISTORIA REGIMINIS LUDOVICI XIV REGIS
Galliarum & Navarræ, in qua occulta ipsius artes in reli-
quis Europæorum Rebus publicis adhibite deteguntur ;
Autore H. P. D. L. D. E. D.*

Tomus VII.

Amstelodami, sumptibus Societatis, 1717, 12 maj.

Alph. 7 pl. 2 1 icon. zn. 49.

CUM Ludovico XIV Galliarum Rege vix fatis functo multæ summæ cupiditate flagrarent, Regis illius rara felicitate vere Magni vitam & res gestas per tot annorum seriem, uno volumine complexas intueri; primus illorum desiderio satisfactorum Gallus haud incuriosus *De Limiers* J. U. Doctor, in Belgio degens, schedis de vita Ludovici in usum proprium conscriptis hortatu quorundam sub incudem revocatis, & quantum temporis patiebatur angustia, accessionibus haud vulgari-
ribus

ribus auctis, librum hunc lectu non injucundum publici juris fecit. Totum opus in VII Tomos divisit, Summariis cuilibet adjectis, & subnexo Indice locupletissimo, singulis vero Tomis duos libros inseruit, ut adeo integrum opus XIV Libris absolvatur. Libro I gesta a nativitate Regis usque ad Pacem Monasteriensem 1648, II ad sopita bella civilia 1643, III ad mortem Mazarini 1661, IV ad Pacem Aquisgranensem 1668, V ad dissolutionem Conventus Coloniensis 1674, VI ad Pacem Neomagensem 1678, VII ad adventum Jacobi Regis Britanniz in Gallia 1689, VIII ad Pacem separatam Ducis Sabaudiz 1696, IX ad Pacem Rysvicensem 1697 pactam, X ad pugnam prope Hochstadium 1704, XI ad ruptos Pacis tractatus Hagz Comitum 1709, XII ad Bochanium occupatum 1711, XIII ad Pacem Ultrajectinam 1713, XIV denique usq; ad mortem Regis 1715 continentur. Præfationem præmisit Autor, qua de regulis Historicis præscriptis multa tradit, easq; se secutum fuisse confidit. Labor sane Autoris laude sua haud fraudandus, præsertim cum Acta Publica non sub calcem operis, quod multis usitatum, sed locis suis intexuerit, quorum nonnulla vel rariora vel typis antea non expressa hic deprehendes, inter quæ pacta dotalia inter Ludovicum XIV & Mariam Theresiam; Acta Re- T. 2 p. 140.
nunciationis ejusdem Mariæ Terefiz in hæreditatem & Regna p. 237.
Hispaniz; conventio, qua solutis & myriadibus librarum Gal- p. 407.
licarum Dunquerque summo Anglorum detrimento Gallis fuit
cessa; Contractus Matrimonii inter Philippum Aurelianensem T. 4 p. 191.
& Carolam Elisabetham Palatinam; Edictum Regis, quo de T. 6 p. 546.
ordine inter Duces & Pares disponit; Edictum, quo Rex filiis T. 7 p. 421.
naturalibus Duci Cenomanensi & Comiti Tololano, jurâ suc-
cessionis in Regnum tribuit; deniq; & ipsum testamentum Re- p. 427.
gis connumerari merentur. Optandum tamen fuisset, ut con-
troversiarum, quas Autor subinde memorat, decisionem simul
subjunxisset, & præter alios errores, de quibus mox erit faci-
enda mentio, nominum priorum majorem rationem ha-
buisset, quemadmodum, uti ex multis pauca adducamus, Dul- T. 1 p. 92.
linghen præ Dutlinghen, Kœnshoven pro Kœnigshoven, p. 126, 130.
Villoc pro Wistok, Patkul pro Paikal, Smiegiski pro Smie T. 6 p. 65.
gela-

- gelsky, hic consignata legimus. Sed istam culpam Auctor in scripturam MSCtorum obscuriorem rejicit, atque pollicetur, in editione altera, quam proxime speramus, omnia perposita esse proditura. Ne modum nobis præscriptum excedamus, nequam omnia hoc loco persequemur ex eleganti penu, verum nonnulla notatu maxime digna tantum seligemus. Paucis ante
- T. I p. 74- parentis obitum diebus Delphinus digna nostro sacro baptismate tangebatur, indito Ludovici nomine. Hoc facto ad Regem moribundum accedit, ipsique lætus nunciat, se baptizatum, & vocatum fuisse Ludovicum XIV; cui Rex, non-
85. dum XIV, indignabundus respondit. Anno 1643 Condæus pugnam ad Rupem Regiam contra expressa mandata ardore ductus commisit, & victor delecto Hispanorum peditatu, urbeque liberata discessit. Quanta invidia ubique laboraverit Mazarinus, in vulgus notum est, & sane Auctor sibi persuadet, si Caprusia, Bellovacensis & Castellonovæ collatis consiliis Reginam Matrem in suas partes pertrahere fuissent conati, Mazarinum loco fuisse dejectum, sed dum omnes in diversa nituntur, singuli Mazarini artibus perire. Richelius vanæ gloriolæ, quæ Clerum minime decet, inhians, palatium suum olim Cardinale, nunc Regale dictum, Regi quondam dono dederat sub conditione, ut nullus præter Regem ejusque Successorem illud inhabitaret. Cum Galli maxime eo allaboraverint, ut suprematum Principibus Germaniæ expressa lege vindicarent, certe admirationem movet, eosdem Legatos primi ordinis ab illis missos non admisisse, quod Principibus Italicis nunquam denegarunt. Insignem deinde errorem commisit Auctor statuens, Imperatorem Ducatus Juliacensis & adjacencium terrarum investituram, extinctis possessoribus, in Saxoniz Electorem contulisse, ne terræ istæ a Protestantibus possiderentur; cum cuius notum sit, & Christianum II & Joannem Georgium I divæ memoriæ semper Protestantium sacra coluisse, atque jura Saxonica Expectantiis Imperatorum rite fuisse suffulta. Anno 1643 Angulianus prope Friburgum victoriam reportavit, quæ plurimo sanguinæ consistit, adeo ut multi eam non pugnam, sed continuas velitationes sanguinolentas, non
- Insigne

Insigne Triumphi, sed Inscriptionem Coemeterii vocandam
 censuerint. Equidem ipse tanta virtute conflixit, ut projecto
 in hostium munimenta baculo, atque in pedes profiliens, stricto
 gladio in confertos hostes irrumperet. Mazarino 1651 Lutetia
 profugo, Parisini lætitiæ testaturi numulos distribui curarunt,
 ex una parte ascia & virgis, utpote insignibus Cardinalis, nota-
 tos cum epigraphe: *quod fuit honos, criminis est vindex; ex*
altera capistro insignitos, additis verbis: sunt certa hæc facta
tyrannis. Circa inaugurationis Regiæ solennia Autor existit
 mat, acclamationem populæ fieri non in signum subjectionis,
 sed antiquæ potestatis, qua populus sub limitibus quibusdam
 omne jus ac potestatem suam in Regem transfudit; nec notatu
 injucundum, Regem Caroli M. coronæ ornatum pondere illi-
 us adeo fuisse gravatum, ut post trium horarum spatium gavisus
 sit, quod non tantæ molis diademate decoratur. A. 1658 subito
 Rex gravissimo morbo correptus est, cujus causam nonnulli a
 nimio castitatis studio, alii a pestifera tabe derivant, quæ milites
 Mardici, ubi Rex integrum ferè mensem versatus, depopulaba-
 tur, a qua tamen antimonio vite propinato brevi convaleuit.
 Principem filiam Ducis Sabaudicæ Margaretham, cum qua pri-
 mum Ludovicus XIV sponsalia semet celebraturum simula-
 verat, postmodum Electori Bavaricæ junctam Noster falso tra-
 dit, cum illa potius Duci Parmensi Rainutio II matræmonio
 fuerit sociata. Verum quod Ludovicus a conjugio Sabaudicæ
 fuerit alienus, nonnulli ob deformitatem illius factum dicunt,
 alii vero sibi persuadent, Sabaudicæ Matrem nuncio de nuptiis
 cum Principe Hispanica contrahendis accepto, magno animo
 Regem esse hortatam, ut illud consubium consummaret, si pax
 optatissima loco dotis orbi universo hoc modo restitueretur.
 Nummum, in quo imago Beuningii, Consulis Amsteloda-
 mensis expressa, addita inscriptione: *in conspectu meo stetit*
Sol; nunquam extitisse, sed famam istius solum ab inimicis Bel-
 garum fuisse vulgatam, Autor recte offerit. Trajectum Lu-
 dovici in littore Rhemi prope Tolhusium prodigiis fere annu-
 merant Galli, sed si quis fluvium isto anno exsiccata, exercitum
 Gallorum numerosissimum; ex adverso copias Belgarum tu-

368.

T. 2. p. 4.

6.

60.

62.

82.

T. 3 p. 54.

88.

- multuarie coactas, nec numero valentes, castra misere munita, tormenta clam a Mombasio subducta, pluriumque Praefectorum perfidiam perpenderit, is mirari sine dubio desinet.
- P. 313. Seditionis Messanenſis causam Autor hanc refert, quod populo tributis nimium exhausto, loci praefectus Jacobus Faria capite plecti iussisset hominem, qui effigiem ipsius sub figura Pilati expressam vendendam publice exposuerat. Regem Galliae connubio Auriaci cum Maria Stuarta fuisse adversum cuilibet constat; Noster vero narrat, Ludovicum omni conatu tentasse, eandem Delfino jungeré, adeo ut omni ferme spe semet frustratum videns, Covelum Clericam corruerit, cujus ope ipsam ex Anglia clandestine asportare posset, sed consilia hæc eventum destituisse. Galli ad bellum contra Imperatorem movendum A. 1683 Turcas concitarunt, quod ex literis Regiis ab Imperatore interceptis evidentissime apparuit. Sedebat autem Gallorum animis propositum, ut Imperio Germanico, quod frustra quondam ambiverat Ludovicus, Delfinum obtruderent in Regem Romanorum coronandum, quam in rem conditiones Autor in medium producit a Gallis tunc
- 154 seqq. hinc inde divulgatas. Deinde multus est Noster in describenda Revocatione edicti Nannetensis, & immani crudelitate in Hugonotas exercita, quæ omnem pæne memoriam superat.
- T. V p. 132. In Conventu Pacis Rysvicensis legatis primi ordinis fuerat denegatum, ut more militari salutarentur, unde illi a Conventu abstinerunt, secundariis interea omnia peragentibus.
134. Præterea legati Imperatoris Electoralibus Excellentiae titulum tribuere recusabant; & Legati primarii ante omnes secundii ordinis priorem locum affectabant; denique legatus Ducis Lunzburgo-Cellani opportunum tempus captans, nomine Electoris Brunsvicensis est admissus, adversariis postmodum protestantibus. Tandem errare videtur Autor, dum
363. Borussia ab Imperatore in Regnum evehctum, atque Electorem Brandenburgi Regio axioma ab eodem donatum fuisse dicit. Reliqua, quæ sequuntur, utpote recentiora, aliunde satis nota sunt, quapropter filium hic abruptum.

ACTA

MENSIS AUGUSTI A. MDCCXVIII. 351
*ACTA MEDICORUM BEROLINENSIVM IN IN-
crementum Artis & Scientiarum collecta & digesta.*

Volumen I & II.

Berolini, apud Godofredum Gedikium, 1717 & 1718, 8

Vol. I plag. 6 $\frac{1}{2}$ cum fig. 21.

Vol. II plag. 10 cum fig. 21.

Indefessus quidem Eruditorum labor deprædicandus est; qui Reipublicæ Literariæ statum singulis vel annis vel mensibus publice commendant, parvum vero esse numerum eorum, qui Rem Medicam eodem modo evehere allaborant, dolendum est. Qui enim huic studio insudarunt hæcenus, vel aliis Miscellaneis suas adjecerunt observationes, vel de fervore mox remiserunt, aut penitus in opere cessarunt, vel idiomate peregrino, paucis cogito, rem expresserunt, maxime vero historias morbi, tanquam in scholis tritas, plane neglexerunt, relationes, quas cadaverum sectiones subministrant, rarius configurarunt, simpliciumque vires, quid in curandis certis morborum speciebus valeant, expiscari omiserunt. Hæc perpensens Clarissimus Johannes Daniel Gohlius, Med. D. & Practicus Berolinensis, ad veritatem & incrementum Medicæ scientiæ ac artis promovendum Acta hæc inchoare, quæ nullas alias nisi Philosophico-Physicas, atq; Medicas res pertractarent, satagit, omnesque Medicos, ut socias sibi jungerent manus, & observationes suas vel experimenta, Physica, vel Physico-Chymica, Practico-Clinica, Anatomico-Practica, Botanico-Therapeutica, Chirurgico-Practica pro continuandis hisce Actis communicare non dedignarentur, in Præfatione Volumini I præmissa invitavit. Quod institutum quemadmodum laudibus celebrari satis non potest, ita majus emolumentum in Artem salutarem redundaturum inde confidimus, si majori impofterum cura mendæ & sphalmata typographice, mentem & sensum Autoris subinde invertentia, evitentur. Binorum igitur nunc Voluminum potiora argumenta suppeditabimus.

In Volumine I 1) status epidemicus anni 1716, speciatim Historia febrium petechialium, tum temporis grassantium,

tiun, delineatur; 2) in causam morbi & inortis Reverendi G. F. Schnaderbachii, Regii Consistorii Consilarii, Pastoris & Præpositi Ecclesiæ Colonienfis ad D. Petri, inquiritur; 3) Sectio militis subitanea morte peremti describitur, qui a longo antea tempore de dolore pressorio in radice frontis & de perpetua narium ac faucium siccitate conquestus post obitum in capite magnam portionem instar induratæ, scirrholz & conglomeratæ glandulæ processui falciformi, ubi intra radicem frontis cum osse ethmoideo firmiter connectitur, accretam exhibuit, quæ exerescentia polyposa fronti usque adeo cohererebat, ut digito violenter separari opus habuerit; 4) efficacia herbæ Arnicæ sanguinis extra sua vasa factas diffusiones & flagnationes resolvendi & discutiendi directè magis per excretionem vel diureticam vel diaphoreticam, indirectè vero, quando sanguis a casu ab alto in ventriculum descendit, per sancticam admodum commendatur; 5) sal mirabile vel, si mavis, Epsloniense per gelu ex urina & vitriolo productum describitur; 6) modus inculcatur sulphur minerale ignem ex aere concipiens extra mineras producendi. Quodsi scilicet alumen crudum velustum cum re quadam combustibili (camphora excepta) miscueris, & in capsella vacua vel aperto igne ad plenam usque incandescentiam tractaveris, orificium autem vasis sub refrigeratione ejus occluseris, ne aer interea accedat, habebis sulphuream massam, quam aer accendit, eidem expositam, & ob hanc causam pyrophorum dictam. 7) Denique nonnulla de libris recens editis, prætervisis & surreptis adduntur; inter quæ commemoratur, Compendium novæ & succinctæ Praxeos clinicæ a G. M. Bazero, M. P. T. (Blazeri, ei nomen est,) 1715 editum, laborem esse supra laudato Gohllo surreptum, huncque ea propter opusculum illud sibi non solum vindicare, sed & magis revisum & correctum, imò novis experimentis instructum, proxime editurum.

In Volumine II, 1) Historia morborum Berolinensium per annum 1717 panditur; 2) sectiones corporum morbis, scilicet purpura miliaris, febre catarrhali cum gravi asthma ac tussi humorosa, atrophia hypochondriaca, hectica, phthisi,

fi, hæmoptysi, hydrocephalo, scirrho pancreatis defunctorum delineantur; 3) Depositiones Medico-Legales a Medico Præfidiario Regio, & 4) a Physico ordinario exhibitæ recensentur, scilicet de vulnere capitis per accidens lethali; de vulnere manus periculoso; de vulnere viscerum thoracis absolute lethali; de ambustione; de infanticidio dubio; de abortus vitalitate; de abortu per epilepsiam concitato; de infanticidii exculpatione; de infanticidio aperto; de vulnere thoracis per accidens lethali; de abortu ex veneno; de vulnere capitis absolute lethali; de vana dati veneni præsumptione; de infanticidii signo probabili; de morte foetum mortuum ex gravi lapsu enixæ; & de infanticidii signis ambiguis. 5) Teucrium verum seu chamædrys foemina describitur, ejusque usus sub infusi forma commendatur. 6) Denique binæ historię sectionum calculi vesicæ ab Eisenbarthio & Joachimo Ludovico Bude peractarum commemorantur.

THE METHODS USED FOR ERECTING
Charity-Schools &c.

i. e.

*METHODI QUIBUS IN ERIGENDIS SCHOLIS
Charitatis usi sunt earum Curatores, additis officiis eorum,
qui hisce Scholis præsum, nec non enarratione omnium
harum Scholarum per universam Magnam Britanniam &
Hiberniam. Editio XV auctior. Accedit Summe Reverendi
EDMUNDI Lincolniensis Episcopi Sermo
sacer huc pertinens.*

Londini, apud Josephum Downing, 1716, 4.

Pl. 9 $\frac{1}{2}$

ET si jam plures libelli hujus editiones proflent, attamen eum ejus a nobis mentio hæctenus facta nondum sit, non erit forte ingratus Lectoribus nostris, si quæ hic narrantur de Scholis gratuitis in Anglia institutis, paucis edisseramus. Nimirum existant in Magna Britannia atque Hibernia Scholæ 1239 quæ charitati & munificentiz singulari piorum quorundam

Y y

homi-

hominum debentur, in quibus 24941 pueri puellæque non modo fundamentis Christianæ religionis inabuuntur, sed etiam victu plerumque & amictu donantur, donec honestam vivendi rationem amplecti per vires corporis possint. Et primum quidem A. 1688 non levi sumtu instituta Londini fuit Schola a cœruleo puerorum habitu *the blue Coat-School* dicta, cui alia anno 1691 successit, indeque annus 1697 sequentesque usque adhuc ipsum annum ingentem nobis, quem supra diximus, Scholarum numerum produxerunt, e quibus una urbs Londinum; 124 scholas inque his 4896 libros alit. Ut vero luculentius pateat, quanta cura his Scholis prospiciatur in Anglia, cuncta hic accurate exponuntur, quæ ad officia Curatorum, Præceptorum, feminarumque, quibus erudiendæ puellæ in rebus sacris & œconomicis sunt commissæ, ac parentum, quorum nati hoc fruuntur beneficio, spectant. Enumerantur postea Scholæ omnes, quæ tum Londini tum alibi liberaliter sustentantur, passimque commemoratur, quantam pecuniæ visa magnates aliique homines liberaliores institutis his faventes contulerint. Mentio præterea injicitur earum Scholarum, quæ apud nos nomine Orphanotrophiorum veniunt, qualia hoc imprimis tempore non modo in Germania, sed etiam in Moscovia, Nova Anglia, ac ipsa India orientali cura Missionariorum Danicorum extruuntur. Deinde subjunguntur hominum utriusque sexus nomina, qui in Londinensi agro in formandis liberis operam ponunt: accedit recensio brevis librorum, quibus instructi debeant esse Scholarum præfecti præfectæve, & quos ipsi liberi legere debeant. Ceterum laudabile institutum tum Regiæ domus liberalitate, tum Episcoporum aliorumque Ecclesiæ ministrorum commendatione egregie promovetur. Et lectu dignus est, qui hic annectitur, *Edmundi Gibsoni*, S. T. D. ac Episcopi Lincolnienfis, sermo quem ipsa die congregationi atque examini omnium liberorum, qui in Scholis (quas Charitatis dicunt) Londini, Westmonasterii inque agro vicino educantur, præstituta, nimirum 24 Maj. A. 1716 Londini in verba Danielis XII, 3 singulari facundia e sacro suggestu recitavit, in qua summam necessitatem Scholarum demonstrat,

miserum

miserum liberorum in diem viventium statum depingit, divi-
namque remunerationem benefactoribus pollicetur.

IL GRAND EMANUELE, DA PHILIPPO LE NOIR,

i. e.

PHILIPPI LE NOIR MAGNUS EMANUEL, POE-
ma Christianum, in Italicum idioma translatum.

Christiano - Erlangæ, ap. Dan. Mich. Schmatz, 1716, 8.

Plag. 19.

Conscripterat circa annum 1663 Philippus le Noir, gen-
te Gallus, vernaculo sermone, Poema Heroicum, *Magnæ
Emanuelis* titulo insignitum, quo historiam, atque doctrinam
Servatoris nostri ex quatuor Evangelistis ordine gratissimo di-
gestam, & XV libellis divisam, decantavit, junctis sub finem
nonnullis ex Actis Apostolorum atque Apocalypsi, quæ huic
facere videbantur. Tanta vero in opusculo suo usus erat Au-
tor moderatione, ut omnibus Christianis inservire cupiens con-
troversias Theologicas sicco plane pede præterierit, præterea
spretis Paganisimi & Poetarum fictionibus, quæ veritatem cœ-
lestem non ornarent, sed deturparent, nec humili, nec turgi-
do nimis dicendi genere, verum gravi, & huic materiæ a-
ptissimo omnia expresserit; quam in rem & editionem alteram
auctam magis atque perpolitam in publicum emisit. Mira-
tus igitur elegantiam carminis istius *Matthæus Berlandus della
Lega*, Phil. P. P. in Academia Equestri Christiano - Erlangensi,
operæ pretium existimavit, idem in Italorum gratiam Etruscæ
lingua donatum prælo submittere, quod quanta felicitate &
subtilitate ingenii præstiterit, L. R. judicio relinquimus, cum
ratio nobis proposita haud ferat, quædam exinde speciminis
loco proferre.

JO. ANDR. SCHMIDII, D. P. P. ABBATIS MA-
*rievallensis, Breviarium Theologiæ Polemicæ, Specimen
Controversiarum generalium cum Pontificiis
exhibens.*

Yy 2

Helm:

Helmstadii, impensis Jo. Melch. Suftermanni, 1718, 8.

Plag. 7.

Post varia nervose admodum conscripta & publicæ luci exposita compendia, quibus de studiosa Inventute præclarissime meritus fuit summe venerabilis Autor, novo, quod in præsentissimo, Breviario de eadem optime mereri perguit. In illo octo præcipuas controversias præliminaries, quæ nobis cum Pontificiis intercedunt, ea methodo pertractat, ut statu controversiæ rite formato thesin ejusdemque confirmationem, dein antithesin illiusque rationes, postea historiam controversiæ atque scopum succinctè tradat, & tandem rationes Adversariorum solide refutet. Controversiæ autem quæstiones in hoc Breviario enodatæ sunt sequentes: I An Pontificii in rebus fidei jure præscriptionis contra Protestantes agere possint? II An Protestantes teneantur Articulos fidei ex solo Dei verbo, sepositis consequentiis, probare? III An Protestantes injuste Schisma fecerint, & ab ecclesia Romana secesserint? IV An vocatio primum Reformatorum & ab his sequentium ministrorum in ecclesia Protestantium fuerit & sit legitima? V An seposita via examinis per solam autoritatis viam controversiæ, quæ nobis cum Pontificiis intercedunt, decidi debeant? VI An Pontificii quidam a Lutheranis postulare possint, ut sua dogmata probent argumentis peculiaribus, quibus Reformati & alii non æque sua probare possint? VII An conjunctio Evangelicorum cum Romano Papatu necessaria sit? VIII An vera ecclesia lumine rationis dignosci possit? Erudito huic opusculo geminus index subjungitur: quorum prior, seriem controversiarum modo recensitarum; posterior vero contenta ejusdem exhibet.

IDEA SYSTEMATIS ANTIQUITATIS LITERARIÆ
Generalioris & Specialioris, desiderati adhuc in Republica Eruditorum Literaria, nunc primum adumbrati a
JACOBO FRIDERICO REIMMANNO, Ecclesiarum Hillesheimensium Superint. Consistor. Assess. Primario, & Gymnastii Andreani aequae ac Scholæ Lambertinae Ephoro.

Hilles-

Quod jam dudum omnes boni nobiscum optarunt, ut sci-
 licet dispersæ antiquitatum literarum particulæ in
 unam colligerentur compagem & integro quodam systema-
 te in literarium orbem prodacerentur; illud nunc faustissimo
 omine exequi venerabilis *Reimannius* aggreditur. Hoc ipso
 enim scripto, quod tibi, Lector honorande, heic sistimus, du-
 plicem Systematis Antiquitatum rei literariæ depinxit ideam, ge-
 neralioris alteram, alteram specialioris, Antiquitatum nimirum
 Literarum, quæ circa Ægyptiorum studia versantur. Quem-
 admodam igitur summi isti Duumviri, Gronovius & Grævius,
 in suis, Græcarum ille, hic Romanarum, Antiquitatum thesau-
 ris omnia ista scripta, quæ ad negotium suum pertinere sunt
 visa, collegerunt; ita in hac Systematis generalioris idea pri-
 mæ veluti docuntur lineæ, quibus aliquando historiæ literariæ
 antiquitates plenius perfici possint & elaborari. Quare ordine e-
 ximio, quo vel Duumviros illos superare videtur, omnia scripta,
 quæ generaliiori Antiquitatum literarum Systemati inseri
 possint, in tres partes digessit, quarum prima de personis, de lo-
 cis secunda, & tertia tandem de rebus ad veterum historiæ literariæ
 spectantibus agit prolixissime. Quod primam par-
 tem attinet, refert huc scriptores, tum qui integras eruditorum
 societates, tum qui modo in genere veteres Judæorum, Chal-
 dæorum, Phœnicum, Ægyptiorum, Græcorum aliarumque
 gentium Philosophos eorumque doctrinas; modo in specie
 Græcorum *Pi*scholos, *Archis*cholares, aliosque doctores enar-
 rarunt, tum & ea scripta, quibus vel de Prophetarum filiis apud
 Æbræos eorumque Scholis & Synagogis, vel de discipulis apud
 Græcos & Romanos agitur, quibus tandem ea addit, quæ de vi-
 tis, quorum ministerio eruditi usi olim sunt, traduntur, quor-
 um pertinent *Amagnastæ* Græcorum, *Calligraphi*, *Tachygraphi*,
Chrysographi, Romanorum *scriba*, *notarii*, *bibliothecarii*, *ta-
 bularii* & reliqui. In secunda vero parte ea sistuntur scripta,
 quibus vel Scholarum in universum & Academiarum, vel spe-
 ciatim earum, quæ apud Æbræos, Persas, Græcos, Romanos tum
 & Chri-

& Christianos fuerunt; vel etiam Symposiorum, auditoriorum, secessuum, (qualis olim villa Ciceronis, Mæcenatis, Horatii aliorumque fuit,) cathedrarum, & peregrinationum literariarum historia excussa fuit & enarrata. Tertia denique seu ultima eaque omnium prolixissima pars, ob argumenti diversitatem in varias divisa sectiones, de scriptoribus agit, qui vel de veterum doctrina, vel de modo disputandi, docendi, scribendi, vel de disciplina Scholastica, vel de supellectile literaria, vel tandem de præmiis & pœnis eruditorum quædam sunt commentati. Enimvero non immensa modo volumina collegit Autor, sed exigua etiam molis scripta, disputationes & programmata huic Antiquitatum litterariarum corpori aliquando ut inserantur, digna iudicavit, simulque cunctorum contenta non ineleganter recensuit, ac Autores, prout merebantur, vel atro vel albo lapillo notavit. Et ne frustra hæc Cl. Reimannus finxisse videatur, exemplo specialioris Antiquitatum Ægyptiacæ rei literariæ systematis aliis hic præire voluit. Quapropter ea, quam supra proposuit, methodo Ægyptiorum doctores, discipulos, doctrinas philosophicas, docendi locum, methodumque, & tandem docentium stipem, quam laboribus suis commuerunt, enarrat; quibus Bibliothecarum, librorum, eruditorum, inventorum variorum, quæ doctæ & sapientissimæ olim Ægyptiorum genti debemus, eorumque qui res Ægyptiacas scripserunt, nubem & syllabum annectit, quibus omnibus tandem eruditionis Ægyptiorum fata subjicit & historiam, ex qua tandem per aliquot & pene multos seculorum decursus plane defloruisse & nunc intermortuam fere esse, luculenter patet. Ceterum a speciminibus ex opere repetendis abstinemus, quamvis ea facile suppetant, ita enim, ut vel unicum verbo attingamus, Plagiarii nonnulli p. 8, 36, 275 & 303 atque alibi aperte, collatis invicem locis parallelis, deteguntur.

Der Politische Catholische Passagier.

i. e.

POLITICO-CATHOLICUS PEREGRINATOR,
omnes aulas, respublikas, ditionesque orbis terreni
lustrans &c. Autore JOH. JOSEPHO POKH, J. U. D.

Tom. I.

Tom. I.

Augustæ Vind. ap. Casp. Brechenmacherum, 1718, 8.

Plag. 72.

IN gratiam juventutis Geographiam Politicam noscendi cupidæ, imprimis ejus quæ religione Romano-Catholica innuitur, scripturas Autor, ordinem tractandi sibi proposuit, quem politicæ maxime convenientem judicat, adeoque initio sumto a Pontifice Romano propter præcellentiam, quæ ipsi a Romano-Catholicis tribuitur, ad Imperatorem Imperiumque Germanicum progreditur, ejusque membra & provincias per censet, ita ut primo de Imperatore ipso, dein de Vicariis ac postea de Electoribus, Episcopis, Principibusque omnibus sigillatim, de Comitibus vero summariter agat, primoque adeo Tomo hæc omnia explicet, reliquorum Europæ regnorum ceterarumque orbis terræ partium tractationem reliquis duobus Tomis subjuncturus. Methodum autem hanc sequitur, ut prima quaque questione (nam in has dispefcere suum librum placuit) agat de origine Regnorum vel Principatuum ipsorum, continuo vero subsequenter de nomine regni ejusque derivatione, de Principe rerum potente & gubernationis susceptæ initio, ejusdem hereditibus, præsentibus fratribus atque proximis agnatis, de modo quo ad imperium accessum nempe electione vel successione hereditaria, de ditionibus & terris omnibus eidem subiectis, longitudineque & latitudine earundem, præcipuis inter fluvios, lacus, montes, silvas, portus, munitiones, de sedibus Principum five residentiis, de Academiis, de commerciis, fodinis, proventibus terræ & fertilitate regionum, de redditibus tandem & moneta. Uterius vero tractat de prætensionibus sive juribus in alias regiones, de viribus & copiis terrestribus æque ac maritimis, de hostibus, de ordinibus equestribus aliisque societatibus, congregationibus & familiis nobilium celebrioribus, de aula & famulitii aulici splendore, judiciorum forma & administratione, de iis porro quæ maxime spectari debent circa gubernationem & rationes politicas, de insignibus, de titulo, religione, de moribus & inclinationibus nationum, de
iis, pro-

is, propter quæ ipsæ nationes maxime celebrantur, de moribus & ingenio virtutibusque ac gestis Principis rerum potentis, de numero Principum, qui ab ortu horum Reguorum vel Principatumum regimen gesserunt. Horum capitum quamvis aliqua difficulter applicari possint minoribus Imperii nostri Statibus, ipse tamen committendum non censuit, ut, quæcunque de rationibus saltem & finibus politicis viribus ac copiis etiam mediocribus Episcopatum dici queunt, desiderentur. Affines etiam quasdam materias tangit de forma regiminis in Imperio Germanico, de prerogativis Imperatoris, de Rege Romanorum & quæ sunt alia.

THOMÆ CRAGII DE RICCARTOUN JUS FEUDALE, cum Præfatione LUDERÏ MENCKENII, JGii.

Lipsiæ, apud Joh. Frider. Gleditsch & Fil. 1716, 4.

Alph. 4 pl. 6.

Quanta fuerit in Jure tam Romano quam Scotico peritia & dexteritas Thomæ Cragii, olim in Senatu Ediaburgensi causarum Patroni, A. 1608 defuncti, vel ex eo patet, quod A. 1604 a Parlamento Scotico nominatus & a Jacobo Rege vocatus est, ut tunc cum Proceribus nonnullis unionem, quam Rex meditabatur inter duo regna, Anglicum &oticum, conficeret. Magnam vero imprimis in feudali peritiâ omnibus probavit Jure Feudali Londini 1655 in folii formâ edito, sed in ipsa Angliâ hæc tunc, nedum in Germania nostra, rarissime profante. Dignum itaque fuit habitum opus utilissimum, quod in Germania recuderetur, & a consummatissimo Jcto, Ludero Menckenio, Consiliario Regio Polonico & Facultatis Juridicæ Lipsiensis Ordinario, elogio insigni & Præfatione lectu dignissima ornaretur. Ut in hac præfatione singularia nonnulla feudorum Britannicorum recensentur: ita nos formam atque argumentum operis breviter expositori, ea potissimum speciminis loco afferemus, quæ in Germanico etiam foro usui esse possint.

Libri tres sunt, quorum primo agitur de jure civili in genere, de feudorum origine, divisione, causisque efficientibus & ma-

& materiali: secundo de causa formali: tertio de modis, quibus feuda finiuntur. Postquam Autor initio libri primi de origine & progressu civitatum jurisque civilis in genere quzdam differuit, eodem modo de jure Romano etiam agit, atque hoc in Scotia eatenus valere docet, quatenus legibus naturæ & rectæ rationi congruit. Juris Canonici in Scotia non exiguam atque eandem fere auctoritatem superesse refert, quæ est apud nos in terris Protestantium. Juris feudalis Longobardici denique hunc esse usum, ut deficientibus actis Parlamenti & consuetudinibus, ad illud recurratur.

Quæstionem, an, sede vacante, Capitulum rem infeudari solitam in feudum conferre possit, quamvis ea a multis Doctoribus affirmetur, Noster negat: licet enim Capitulum eo tempore liberam habeat administrationem tam in secularibus quam in spiritualibus, hoc tamen intelligendum esse in his, quæ sunt nudæ tantummodo administrationis, & quæ differri non possunt. Cautelam commendat, ut in instrumentis membranaceis conficiendis virgo membrana & tenuissima adhibeatur, quod nihil facilius sit, quam in membranis spissioribus quæcunque descripta sunt, obliterare, retentis chirographis & sigillis, novamque formam inducere. Verba investituræ pro Vasallo contra dominum interpretanda esse ostendit. Quamvis enim feuda fiat stricti juris ex sua natura, tamen ea in dubio recipere interpretationem ex æquo & bono contra eum, qui apertius & planius suæ investituræ leges dicere poterat. Quæ doctrina ad eum casum, ubi jurisdictio vasallo concessa est, applicari potest, ut is utramque habeat, licet dominus verbum ad inferiorem tantum restringere velit. Refert Senatum Scoticum censuisse, instrumentum, in quo notarius ridicule tempus indictionis decimæ septimæ posuerat, non esse vitiosum habendum, quia error in indictione commissus tanti non videbatur, & quia constabat, consulto id a notario factum fuisse, ut instrumentum convelli posset. Quanquam vero id æquissimum videtur, & in nostris etiam foris, casu obveniente, ita judicari solet; Autor tamen in contrariam sententiam abit, & jus canonicum strictè sequendum esse putat;

p. 166.

260.

289.

327.

L z

quippe

quippe que omiffio indictionis totum instrumentum vitiat, *statu*
 tatem vero omiffionis Noster majus quidpiam quam omiffio-
 nem esse opinatur. Nobilis est controversia, an cœcus, mu-
 tus, surdus, claudus, simihive vitio laborans in feudo succe-
 dere possit. Affirmatur hoc *z F. 36*, eaque sententia Oberto &
 Gerharo, quos fuisse primos juris Longobardici compilatores,
 communis fert opinio, tribuitur: negatur vero *z F. 6 §. 2*. Do-
 ctiores plerique, ut alibi, ita hic etiam elegerunt sententiam,
 non quæ æquior, sed quæ commodis dominorum directorum
 accommodatior sit. Maxima pars liberos de defectibus illis nota-
 tos plane a successione arceri cupit: alii alimenta iis danda
 censent: alii denique ita eos a successione excludendos pu-
 tant, ut tamen liberis eorum, qui sensibus membrisque perfe-
 ctis nati aut nascituri sunt, prospiciatur. Autor, recensitis his
 tribus opinionibus, postremam tanquam æquissimam tuctur.
 Quibus accedit quarta multo adhuc æquior, quam in Sco-
 tia receptam testatur, ubi omnes ita infeliciter nati ad succe-
 sionem admittuntur. Eos, qui gustu & odoratu desituun-
 tur, non magis quam cœcos & surdos ad successionem admit-
 tendos esse arbitratur, si ob horum sensuum qualitatem feu-
 dum majoribus eorum fuerit collatum: qualia tamen feuda
 vix inveniuntur, nisi forte habenti feudum p̄ncernatus vinum
 odore & sapore dijudicandum sit, aut coqui alieni feuda in-
 vestiantur. Statuit, posse quidem vasallum ita transigere, ut
 feudum ad aliam devolvatur: sed dominum antea de hac re
 certiore facienda esse, neque enim alias vasallum transi-
 gentem in bona fide esse posse. Textum juris Longobar-
 dici, quo vasallum feudo privandum esse constituitur, si do-
 minum cucurbitaverit, id est, cum uxore ejus concubuerit, ad
 sponsam etiam & concubinam extendit. Quamvis enim hæc
 non sit proprie sic dicta cucurbitatio, poenam tamen eandem
 esse debere, quod ratio sit eadem: neque enim minorem
 esse affectionem domini in sponsam & concubinam quam in
 conjugem, sæpe etiam majorem. Excipiendum tamen esse
 casum, si dominus eadem in uxore vel sponsa vasalli fecerit:
 hunc enim, si injuriam retuliverit, quo verbo Autor utitur,
 feudo

feudo non esse privandum, Aliam exceptionem constituit in concubina Prælati, quod inter hunc & illam nullum esse honestum vinculum possit; itaque in pari delicto potiorum esse causam vassalli, qui de damno vitando certat, neque Prælatum ex suo delicto lucrum capere debere. Vassallo, qui feloniam commiserat, antequam eo nomine accusatio instituitur, moriente, dominus ex sententia Cragii contra heredem agere eumque feudo privare potest, si, vivente adhuc vassallo delinquente, aut agere non potuerit aut delictum ignoraverit. Non enim hic agi, ut heres puniatur in corpore, sed ut dominus jus suum, hoc est, feudum, quod ob fidem tantum concesserat, ea non servata, recipiat. Neque ignorantem, jus sibi competere, ei renunciare videri. Atque hoc in Scotia juris esse testatur. Sed pluribus speciminibus afferendis superfedemus; nec quicquam addimus, nisi quod non parum laudis ex eo quoque Autor mereatur, quod ubique origines feudorum ex Antiquitatibus Anglicis, Scoticis, Francicis, Lombardicis, aliis summo studio atque labore investigaverit.

p. 685.

JANI A. W. SLICHER DISSERTATIO JURIDICA
de debita & legitimâ Vindicatione existimationis;
ubi & de Duellis.

Amstelodami, ex offic. Wetsteniana, 1717, 8.

Plag. 3 $\frac{1}{2}$.

DE injuriis & ratione propulsi eandem digna Cl. Autori visa fuit materia, quæ accuratius, quam hæcenus factum, investigaretur. Maxime quippe omnium interest, ut in quavis negotiatione & conversatione ita sese gerant, ne existimatio apud viros bonos & cordatos vilescat; in quo sane cum major pars Philosophiæ Moralis continetur, hic sequentia quatuor capita tantum examinare Cl. Autori placuit. 1 In quibus casibus cuique viro honesto incumbat vel siso vel aliorum nomine, qui ipsius curæ vel tuitioni commissi sunt, illatam injuriam vindicare? 2 Ad quid in tali casu necessitate Juris aut consuetudinis quisque obligetur, quidve in ejus arbitrio citra tamen detrimendum existimationis relinquatur? 3

Z z 2

Quid

- Quid circa illa arbitraria magis aut minus laudandum aut vituperandum sit? 4 Quid denique modum legitimæ propulationis injuriarum excedat, ita ut pœnis coereatur? Generatim vero monendum, Romanos, aliasque nationes politiones non solum honestam, verum & summo opere gloriosam duxisse, si qui injurias acceptas negligere quam vindicare mallerent, ut adeo gentibus illis quamvis bellicosissimis de Duellis honoris vindicandi causa susceptis nihil fere innotuerit. Existimatio vero nostra, teste Callistrato L. 5 §. 2 ff. d. Extr. cognit. non nisi *delicto nostro* minuitur aut consumitur; delictum vero duplici potissimum ratione perpetratur, *committendo* partim, partim vero *omittendo*. Unde queritur, an non sola omisso in defendenda existimatione ejus diminutioni causam dare possit? Quod utique affirmatur toties quoties 1 vel ipsæ Leges omissionem infamiam aut aliis pœnis vindicarunt, cujus generis factum est e. g. *Scruprum violentum Sodomiticum*, quod scilicet in jure appellatur *infamiam injuria*, atque ipsi amissioni vitæ æquiparatur, adeo ut servis etiam licuerit hanc injuriam a dominis ipsis illatam repellere. Vel 2 quoties sunt facta, quæ injuriam suspectam reddunt exprobrati criminis, sic e. g. injuriæ uxori, liberis, pupillis aut defunctorum cadaveribus illatæ a Marito, Patre, Tutore & Herede necessario vindicari debent, modo ad ipsos simul pertineant, & ad ipsorum pudorem pertingant. Tum 3 quoties ea facta alio quocunque modo apud graves & honestos viros existimationem minuunt; quale est, si crimen quoddam alicui obijciatur quo damnatus fieret infamis. Quod accidit, si quis aliquem furem, latronem &c. appellaverit. Vel denique 4 quoties omisio vindicationis *proximo futura sit nociva*, quod ex circumstantiis personarum æstimandum erit. Quid enim non inagnis etiam Viris expectandum foret in civitate, si scurra aut inaleftriatus homo injuriam impune posset inferre? Idem obtinet, quoties v. g. vindicatio injuriæ *ad officium pertinet personæ in honore conspicuo constituta*, cum conservationi Reipublicæ interfuit, ne quis contemptum incurrat publicum, atque hoc ipso inhabilis reddatur, officiis suis in civitate, uti decet, defendendi.

gendi. E contra vindicatio injuriz laudabiliter omittitur, quoties illa solummodo tendit ad *mitigandum dolorem ex injuria receptum*; quin potius ille ex animo viri generosi omnimodo efficiendus, ita ut ipsi plane liceat sine diminutione existimationis injurias spernere, quippe quæ onerant magis diffamantem quam diffamatum, quæ sententia obtinuit jam olim inter Viros fortissimos, qui, quamvis gravissime injuriati non crederunt privatam vindictam honori suo conducere. Cato perorans, a Lentulo sputo conspurcatus, illo placide absterfo, nil aliud ad injuriam retulit, quam illa verba: *Afferere possem, falli cum, qui ore te carere dixerit.* Et Nero, etsi mortalium crudelissimus, nihil tamen patientius quam maledicta & convitia hominum tulit. Quibus accedit & Socrates, qui cum petulanter a nebulone pede feriretur, incitatus ab amicis ut injuriam referret, respondebat: *Quid, si asinus calce me percuteret, cum asini more calce repercuterem?* Vindicatione existimationis in genere considerata, pergit Cl. Autor ad ipsos modos, quibus vindicatio fieri debeat, quique ex mente ipsius in quinque genera dividi possunt, quæ sunt 1) gravitas morum, 2) propulsatio extemporanea, 3) retorsio, 4) ultio, 5) purgatio. Quorum singula secundum occasiones & facti circumstantias varie applicantur. *Gravitate morum* vir gravis propulsat injurias, quando vultu gravitatem humanitate temperatam præ se ferente acceptam injuriam insuper habet, maxime si ab homine vilioris conditionis inferitur. *Propulsatio extemporanea* pertinet non tantum ad injurias reales declinandas, sed et ulciscendas: quoties saltem earum vindicatio ab officio viri honesti exigitur. *Retorsio* viro gravi non est indecora, dummodo animo placido & tranquillo proponatur, e. g. si quis dixerit: *mentiris*: vir placidus injurianti respondet: *qua tu ignominia te ipsum onerares, si tibi incumberet hoc convictum contra me probare?* & ad amicos adstantes ita loquitur: *videte, quid mihi accidat, putabam equidem cum viro honesto me hic rem habere.* *Ultio* tunc demum viro gravi & honesto permittitur, quoties vindicatio propriæ aut proximorum injuriæ ipsi ex officio incumbit; minus vero, si sola dolo-

p. 10.

21.

22.

23.

31.

- P. 24. ris mitigatio intenditur. Denique *Purgatio* est innocentiae quoad objectum crimen, cujus suspicio aliqua remanere potest, demonstratio. Estque vel Civilis, quae fundata est Jure Civili, vel Canonica, quae Jure Canonico, ab hac vero differt Purgatio, quae dicitur *vulgaris*, quasi a vulgo introducta, quando scilicet defamatus vel accusatus volens admittitur ad probandam innocentiam suam per *aquam frigidam aut calidam aut talem ferri candentis*. Inventae primum fuere haec purgationes post irruptiones Barbarorum in Italiam & ceteras Occidentis Imperii partes; & postea etiam Invitis reis a quibusdam iudicibus indictae, sicut querelae eorum ad Papam Honorium III ex Livonia delatae fuerunt c. 3 Xd. Purg. Vulg. Inter istas Purgationes vulgares merito refertur *Duellum* seu certamen singulare, Graeco vocabulo *μονομαχία* dictum, quo per mittebatur veritatem culpae & innocentiae eventui fortuito decidendam committere. Hinc istae purgationes vocantur etiam *exploratoria probationes* & Leges huc spectantes barbaro vocabulo *Leges paribiles*. Verum haec nec antiquissimis Asiae populis nec Aegyptiis nec Graecis aut Romanis receptae fuere, sed originem debent barbaris gentibus, septentrionales Europae partes inhabitantibus. Praecipue apud Longobardos de rebus dubilis armis decertare invaluit, ac tractu temporis ad reliquos quoque Italos mos translatus est, adeo ut Regis aut Magistratus majoris permisso duella super res litigiosas inirentur secundum Leges diversis temporibus ab eorum Regibus propositas. Propagata inde res in Franciam, ubi saevientibus virorum adversus uxores zelotypiis mox illi petierunt, ut ab eorum parte *Camptones* darentur, cum quibus de pudicitia mulierum certamine experiri liceret, quod Francorum Regis Clotharii & Reginae Theutbergae, tum Ludovici Pii & Judithae exemplis petuit.
28. Omittebantur tamen duella, si testibus aut aliis probationibus de rei veritate constaret, ipsique testes, si discordes fuissent, scutis & fustibus inter se dimicare jubebantur, quique succubuerat, dextra amputata Lege Lodovici Imp. puniebatur. Occasione vero horum duellorum judicialium subsequenter feculis, ubi institutiones equitum diversorum ordinum militarium

zium ad excitandam fortitudinem inventæ, vindictam propriam per duella persequendi mos per totam fere Europam invaluit; atque hinc natum est illud, quod jam vulgo appellatur *le Point d' honneur*. Quomodo vero stulta hæc consuetudo sit eradicanda, in corruptissimo hoc rerum statu vix suppetit consilium, cum nec hodie inficias sit eundem, quod, si homo militaris injuriam armis vindicare neglexerit, commilitonibus suis contemptui sit futura. Interim non inconsultum futurum Autor arbitratur, si Magistratus præter jam statutas adversus Duella pœnas, novas introducerent, quæ delinquentes ludibrio ac illusioni exponerent, ut si v. g. cadavera occumbentium ignominiose haberentur, viventibus vero arma gestare non permetteretur, ipsique tanquam fatui deinceps ab humana societate arcerentur.

P. 53.

54.

A PRESERVATIVE AGAINST THE PRINCIPLES and Practices of the Nonjurors.

i. e.

PRÆSERVATIVUM CONTRA PRINCIPIA & praxin Nonjurantium, quibus Ecclesiam & statum Politicum Anglicanum eversum eunt, seu appellatio & provocatio quedam directa ad dictamen conscientie & sensus communis etiam Laicorum; Autore BENJAMINE Episc. Bangorensi.

Londini, apud Jacobum Knapton, 1716, 8.

Pl. 6 3/4.

Judicio cordatissimorum inter Britannos optime causam Ecclesie Anglicanæ & juris regie familie rerum nunc potentis contra oppugnatores ejus Nonjurantes egit doctissimus hic Bangorensis Præsul; sed non potuit effugere censuram non solum adversariorum, sed etiam aliorum, qui Nonjurantium partibus alias non favent, cujus novæ inde enascentis controversiæ momenta, repetito filo, quod superioribus mensibus intermiseramus, in recensione scriptorum tum Bangorensis, tum antagonistarum, & hæc quidem junctim instituenda,

tuenda, Lectoribus nostris, qua, fieri potest brevitate, exponemus. Distinguit autem Episcopus tractatum suum, ipsa præfatione docente, in tres partes, quarum prima, postquam artes Nonjurantium, quibus adversus Laicos & literis minus instructos hactenus nisi essent, perstrinxerat, solide agit de statu civili Anglicano, ostenditque, omnes in universoni religioni Romanæ addictos a regno Anglicano excludi; proptereaque sibi inquirendum non sumit, an Jacobus ultimus Rex filium habuerit, & an is in specie jure aliquo in regnum Anglicanum gaudeat, sed generaliter ex eo, quod Romano-Catholici ad alias religiones evertendas præceptis suæ Ecclesiæ teneantur, ipsoque facto illud semper tentaverint, exemplum obviæ præbente ipso Jacobo, deducit, eos omnes incapaces esse ad obtinendum regnum Anglicanum (imprimis quod Principes in eo nunquam absolutam, sed semper legibus restrictam potestatem habuerint) eadem scilicet ex ratione, ob quam excluduntur in omnibus aliis regnis ii, qui naturali aliquo vitio, verbi gratia imbecillitate mentis, laborantes finibus in gubernatione politica intentis respondere non possunt; munique suos lectores adversum eos, qui dicta Scripturæ S. & doctrinam Ecclesiæ Anglicanæ is objiciunt. Secunda parte vindicat statui politico jus & facultatem se ipsum contra personas Ecclesiasticas quieti publicæ officientes non minus ac contra quosvis alios muniendi & præservandi. Ex quo derivatur jus speciale deponendi Episcopos. Inter argumenta quæ afferuntur præcipuum est, quod sub notionè potestatis civili statui competentis comprehendatur omne jus, quod impedire & removere potest ejus destructionem, & ad ejus conservationem necessarium est; profectos autem ejus inimicos prohibere, quo minus pro eversione ejus preces publice fundant, & ad destruendum illum auditores suos instigent, necessarium omnino existat. Reliqua argumenta maximam partem conveniunt cum superioribus allatis in recensionè scriptorum affinium. In quorum ulteriori deductione Autor maxime modernos Nonjurantes reprehendit, quod civili potestati in universoni omni facultatem illam in Ecclesiasticas personas, quantum in ipsis est, ereptam eant,

eant, cum ipsi eorum antesignani Episcopi sede depositi eo
 solum titulo obsequium detrectaverint, quod eam pro illegi-
 tima haberent; & contra eos qui dubium movent, quod a
 civili potestate potestas spiritualis auferri non possit, observat,
 spiritualem illum characterem neutiquam a depositis Episcopis
 sublatum, & licere utique eis juribus & titulis Episcoporum
 in exteris regionibus uti, modo exercitio eorum ablineantia
 regno Angliano, & diocesis, in quibus usus ejus ipsis esset
 interdictus. Taxat artificia Topica & Rhetorica adversario-
 rum, quibus imponere soleant simplicioribus, modo *debronza-*
tionis principum spiritualium, modo *autoritative benedictio-*
nis speciosis vocabulis utentium. Ad absurdum eos redigit,
 qui concedant, eodem jure, quo Laicos, etiam Ecclesiasticas
 personas posse in carceres compingi, & capite etiam plecti,
 & tamen deponi eas non posse. Afferit exemplum Salomo-
 nis in Abjatharis depositione; urgetque, quod Salomoni Judæo
 dicuisset, imo quod Ethnico Principi denegare nemo audeat,
 idem Christiano Principi injuste abjudicari; scilicet cum hoc
 ipso non ponatur, Principi jus concedi totam religionem Chri-
 stianam tollendi (quod quidam ex Nonjurantibus voluerunt,
 absone inferentes, jam Neroni alicui aut Juliano fore licitam
 Ecclesiam Christianam opprimere) pariter atque simul cum
 Abjathare deposito non omnis religiosus Judæorum cultus
 cessaverit. In tertia parte, qua Autor de ipsa quasi anima religio-
 nis se tractaturum, & causam Christi acturum inruit contra eos,
 qui sequaces ejus se appellantes & ministros, se ipsos tamen
 in ejus locum substituendo, autoritatem ejus sibi arrogant, re-
 spondetur ad varias objectiones adversariorum, & cum ex-
 communicationis a Canone Ecclesie Anglicanæ inflictæ mentio
 fit, ostenditur, ipsosmet Nonjurantes, qui serio hanc objectionem
 urgeant, potestati autem civili, quam legitimam esse Autor jam
 supra probarat, renituntur huic fulmini subjacere. Observat vero
 insuper multos esse inter eos, qui nulli unquam Regi, ne qui-
 dem ipsi Jacobo, cujus partes jam tumentur, Suprematum in Ec-
 clesiasticis concesserint; unde palam fit, eos vel nunquam

quicquam de exaggeratis hifce excommunicationis effectibus credidiffe, iisque folum tanquam terriculamentis infantium ufos, vel in ftatu illo miferabili mortuos effe. Cum regularem & non interruptam Epifcoporum fucceffionem tantopere requirant, notat, eos non folum efficere, ut Romanenfibus in fimili controverfia nullatenus refpondere valeant, fed & quam maxime abfurdos effe, cum momentum adeo magnum, quale conjunctum eft cum gratia divina & falute æterna hominum, dependere faciant a conditione, de qua, num adfit vel habeatur in aliqua Ecclefia, nemo unquam poffit effe conviftus, imo de qua potius probari poffit, quod non exiftat. Illam fcilicet non interruptam fucceffionem non folum probatur difficilem & impoffibilem, fed & contra omnem evidentiam hiftoricam pugnantem effe. Ab iis, qui poteftatem remittendorum & retinendorum peccatorum Apoftolis a Chrifto tributam crepent, lectores fuos petere jubet probationem, quod cuncta Apoftolis dicta pertineant ad miniftros Ecclefie quantumlibet ætatum & temporum; quæ probatio cum fit difficilis, ipfe non improbabile judicat, illis verbis aliquid fupernaturale & extraordinarium Apoftolis folis, Evangelii cæterius propagandi caufa, conceffum notari, faltem & ad fummum nihil aliud illis significari poffe ait, quam quod ipsis mandata fit annunciatio & declaratio remiffionis peccatorum a Deo ipfo factæ, nequaquam vero a voluntate & arbitrio alicujus hominis dependentis. Ultimo eosdem Lectores Laicos fuos, ad quos fcriptura iftud dirigitur, monet, ut memores officii, privilegiorum & falutis fuæ, imprimis obfervent locum N. T. in quibus genus & feopus Evangelii ex profeflo declaratur, male illatas ac longe petitas confequentias ac interpretationes nullius penfi habeant, humanas abfolutiones, excommunicationes, denunciationes, benedictiones nihil credant rei habere cum favore & gratia divina, & in libertate, in quam ipfos Chriftus vindicaverit, perfiftent.

A MODEST ENQUIRY &c.

V. e.

MODE.

MENSIS AUGUSTI A. MDCCXVII. 371

MODESTA INQUISITIO IN PRÆSERVATIVUM
Episcopi Bangorensis contra Nonjurantes.

Londini, apud Joh. Morphew, 1717, 8.

Plag. 2 $\frac{1}{2}$.

AN EXPOSTULATORY LETTER TO THE B.
of B. &c.

i. e.

EXPOSTULATORIA EPISTOLA AD EPI-
scopum Bangorensis, ejusque librum: Præser-
vativum &c.

Londini, apud E. Smith, 1717, 8.

Plag. 2 $\frac{1}{4}$.

SOME CONSIDERATIONS HUMBL Y OFFERD TO
the L. B. of B. &c.

i. e.

ANIMADVERSIONES QUÆDAM PROPOSITÆ
Episcopo Bangorensi, sive modesta inquisitio in ejus provo-
cationem ad dictamen conscientie laicorum; Au-
ctore JOSEPHO SMITH.

Londini, apud J. Morphew, 1717, 8.

Plag. 5 $\frac{1}{4}$.

THE LAYMANS LETTER TO THE B. OF B.

i. e.

EPISTOLA HOMINIS LAICI AD EPISCOPUM BAN-
gorensis, sive examen Præservativi ejusdem, & vario-
rum de hoc genere editorum scriptorum

Londini, apud J. Roberts & Socios, 1716, 4.

Plag. 5 $\frac{1}{2}$.

Quatuor imprimis sunt, quæ primi ex his scriptis Autor
contra Episcopum Bangorensis afferre statuit, atque
examinanda sibi sumit. Nam cum Episcopo dicto visum ef-
set, Salvatoris nostri nostrum notissima illa formula sua: *Remissa*
sunt tibi peccata tua, annunciationem saltem peccatorum re-
missionis a cœlesti suo Patre factæ significare atque exprimere

vouisse, quo etiam sensu ab Hippolyto eadem formula usurpata sit, Autor credidit sibi incumbere, ut ostendat, Christum propria sua auctoritate & virtute peccata remisisse. Secundo Abjatharem contendit non fuisse verum & legitimum summum sacerdotem, sed potius Zadokum, ad cujus familiam scilicet ab Eleazare deductam sacerdotium proprie pertinuerit. Tertio affirmat, eundem ne quidem a Salomone depositum fuisse, sed voluntatem saltem habuisse Salomonem ejus deponendi, auctoritate autem suprematus in pontifices desinitum, illam depositionem non perfecisse. Quarto objicit Episcopo laudato, quasdam ejus positiones servire ad evertendam omnem revelatam religionem. Verbi gratia eam, qua asserit, Deum secundum justitiae & bonitatis suae regulas agentem non committere, ut salus hominis aeterna dependeat a rebus talibus, quarum cognitio & certitudo sit nullo modo in potestate hominis, qualisque est convictio illa de non interrupta successione Episcoporum. Nam illam propositionem in thesi consideratam, ducere ad Deismum contendit, & instat, salutem aeternam hominum nisi etiam conditione poenitentiae agendae & vitae sanctae, de qua serio & perfecte emendata, nemo possit satisfactorie mentis persuasionem convinci. In hypothese vero ait negandum esse illud assertum, & regularem illam successionem facile probandam, nec per reformationem Ecclesiae in Anglia interruptam esse; nam saltem Episcopis Romanensibus corruptam doctrinam spargentibus, ipsoque adeo facto Episcopatus dignitate earentibus, Regis nominatione (in quem hoc jus ipsi Romanenses Episcopi contulerint) substitutos alios legitimos & orthodoxos.

Alterius scripti Autor acerbiori stylo utens, postquam objecerat, non aequis Episcopum Bangorensis armis decertare, utpote cum Nonjurantes omnes, qui procedendi modum in Jacobo abdicando sub examen revoceat, tanquam inimicos succedentibus Regibus & usurpatorum loco eos habentes civilis magistratus poenit eundem subicere ipsi videntur; totus in eo est, ut probet, male ab Episcopo Bangorensi solam religionis Romanae professionem pro causa exclusionis Jacobi allegari.

Nam

Nam nec eo tempore, quo Monmouthiani motus extiterant, propter illam religionem Jacobum ad imperium obtinendum incapere habitum, sed potius Monmouthii molimina detestandam rebellionem ab ipsis Episcopis & regni Proceribus vocatam esse. Rectores eundem ab Episcopis Protestantibus in unctum, hominum ipsis praestitum, preces pro eo fusas, imo, cum fratre regnante per scitum parlamenti inferioris excludendus esset a successione, idem decretum in curia superioris parlamenti Episcoporum omnium unanimitibus votis rejectum, adeoque eum religionis causa regno non indignum habitum esse. Nec rationem Episcopi Bangoriensis pro exclusionem promissive omnium Romanæ religioni addictorum validam esse, cum non omnes Principes illi religioni addicti eum oppressione aliarum religionum suam invehere tentent, nec omnes male Protestantibus subditis praesint, exemplum afferens fratris ipsius Jacobi, Caroli nempe II, quem Ecclesiae eidem etiam addictum, inque ejus communionem susceptis extremam conditione decessisse, quam verosissimum audent pronunciaré. Ut adeo iudicio Autoris solum odium Jacobi in ipsosmet suos subditos, & oppressio eorum ac legum nationalium, tyrannicusque regnandi modus pro causa abdicationis ejus allegari possit. Quae omnia quo sine ab Autore dicantur, non firmum non est conjecturas afferre.

Tertii scripti Autor protestatur, agnoscere se & sincere profiteri, quod plebem sermonibus pro cathedra sacra habitis ad rebellionem incitare, Deumque pro everfione civilis alicujus potestatis precari sit crimen proditionis, quævis poena & morte dignum, sed administrationem sacramentorum pro crimine illegari non posse putat. Quod autem inde deducit hoc est: Ecclesiasticam morte affici, exilio multari, reliquisque poenis civilibus affligi posse; sed ordine sacro sive jure sacramentorum administrandorum, si salva ipsis vita, & libertas eodem quo prius loco morandi concedatur, privari non posse. Nec valere, quod qui majoris rei, vitæ scilicet, potestatem habeat, minus etiam possit, officii nampe actus & exercitium cohibere; officium enim hoc esse divinæ institutionis, personas i-

pfas subjectas civili potestati. In partes suas trahit Apostolorum
 praxin, qui omnibus hominibus obsequii magistratui præstan-
 di autores & exemplar fuerint, functione tamen prædicandi
 Evangelii sibi interdici non sint passî. Credit Abjatharem a
 Salomone non ipso jure sacerdotii, sed privilegiis saltem civi-
 libus eidem annexis privatum. Eo autem minus necessa-
 rium videri debere civili magistratui, ut hac præcise pœna in
 delinquentes Clericos animadvertat, cum vel mille alii mo-
 di ipsi ad manus sint, quibus eundem uti præoptat; ex quibus
 si suspensio, exilium vel carcer non placeant, relegationem
 in certum locum, privilegiorumque variorum civilium sublati-
 onem loco mille illorum modorum commendat. Hæc nos-
 ter circa primum, ulterius vero protestatus contra arrogantem
 illam notionem sacerdotii, quam Nonjurantes sibi formant, mo-
 nopolium quoddam gratiæ divini eidem jungentes, sibi tamen
 sufficientem rationem non videri asserit, cur Bangorensis Epif-
 copus tam parvum momentum in regulari successione sac̄do-
 tum sive Episcoporum Christianorum ponat. Displicet ipsi, quod
 dictus Episcopus adeo frequenter ad dictamen conscientiæ, &
 non potius ad regulam verbi divini provocet. Persuadet sibi, au-
 toritatiæ benedictionis vocabulum non esse artificiosum Non-
 jurantium inventum, sed solidis rationibus firmatum clericalis
 ordinis privilegium notare, quod ipsi competere ex majori
 concessa potestate, clavium nempe, & separatim excommu-
 nicationis, probat. Quam ipsam contra adversarium suum
 defendendam sibi credens, urget imprimis, non temporariam
 fuisse ejus potestatis a Christo Apostolis factam concessionem,
 prolixè explanat, quam mentem vetus Ecclesia circa ejusmodi
 censuras Ecclesiasticas habuerint, interque contumacitas ex-
 clamations consequentiarum numerum asserit insignem ex
 assertis & sententiis Episcopi Bangorensis deducendarum, eo-
 que, ut ipsi videtur, tendentium, ut elevetur dignitas status
 Ecclesiastici, & opinio de divina origine ejusdem; imo Atheis
 occasionem subministrantium utendi iis non tam ad everten-
 da principia Romanensium, quam potius ad tollendam omnem
 religionem Christianam.

Quar.

Quartum tandem ex his scriptis Autorem agnoscere constat *Richardum* illum *Steeium*, ob varia ingenii festivissimi edita specimina notissimum; qui judicium suum de his controversiis, & scriptis circa illas publicatis, modoque quodam Ecclesiam & Regnum Anglicanum contra incusationes adversariorum Nonjurantium defendere sategerunt, stylo sibi sueto expositurus, occasionem sumit ab editione hujus scripti Episcopi Bangorensis: praeque se ferens magnam ex perspicuo ejus, generoso & liberrimo modo procedendi conceptam voluptatem, utpote qui videretur argumento irresistibili, & ex ipsa natura imperii & civilis societatis petito exclusionem omnium Catholicæ religioni addictorum a gubernatione Regni Anglicani deduxisse, subjungit, longe alia & laudiora esse tela quorundam superioribus Mensibus a nobis memoratorum scriptorum, utpote cum non aliter se gesserint, ac si dubiam & desperatam causam emendicatis argumentis sublevare, ipsoque adeo facto partibus suis nocere magis, suum ducerent; & ordine adeo eorum scripta recenset examinaturque.

Primum eorum in scenam producit: *Vindicias &c. seu: A Vindication of the Realm and Church of England*, in his Actis præf. anni p. 218 recensas. Quæ cum in 3 partes dispartantur, quarum prima demonstrari debebat, juri & æquitati convenientem esse illam mutationem status in Anglia factam, ipse notat, probatione indigere accuratiori, quæ ille Autor de indiciis, quibus suspecta redditur Principis filium se Jacobi serentis nativitas, attulisset; subannat eum, quod actiones quasdam Jacobi involuntarias, verbi gratia fugam, ablationem etiam sigilli majoris, ridicule tanquam fontis regis administrationis venditæ, crimini ipsi vertat, & levia hæc saltem abdicationi causas & jus dedisse prætendat; tandemque provocando ad judicium optimatum tum in curia collectorum totius hujus argumenti conclusionem talem faciat, ac si quis pro defensione alicujus causæ cum nihil solidi attulisset, dicat in fine: eos quibus hæc curæ fuerint, tum temporis justam illam pronunciasse. Præterea tum in secunda parte libri satis esse crediderit si ostenderet,

ostenderet: etiamsi dubia esset iustitia illius actus populi Anglicani, tamen nihilominus Regi nostris temporibus regnanti obsequium deberi, & ad effecta Jureconsultorum Anglicanorum, qui Regibus de jure & de facto existentibus & que obsequendum esse dicerent, provocaverit; ipse notat, sinistra eum hac interpretari, cum sensus eorum sit saltem, quod observatio, & cursus quasi legum, quantum ad populum & inferiores spectat, cessare non debeat, sive qui regnum administret de jure sive de facto illud possideat. Male facere Autorem, quod abdicatorem saltem Jacobi voluntariam urgeat, & ex eo, quod illius in decreto Parliamenti, quo Rex Wilhelmus constituebatur, fere solius mentio fiat, omne illud deponendi Jacobi jus derivandum concludat. Prædenter enim saltem, & usu temporum ita exigente, Proceres molliori hoc verbo usus esse moget, cum rectius, si mentem suam explicare voluissent, ob tyrannicas actiones potestate regia eundem excidisse pronunciaturi fuerint. In tertia parte sui scripti Vindictarum Autor crediderat, etiamsi illegitime omnia a populo Anglicano dicto temporis articulo facta essent, tamen nihilo secius ejusdem judicio & Regibus nunc obtinentibus parendam. Steelius vero ostendit, eodem modo hic eundem ratiocinari, ac si thesion hanc, Mahometicæ potius quam Christianæ religioni convenientem, suam faciat, pronuncians: gubernationem regni Anglicani non iustitiæ regulis niti, sed omnem illam, qui per vim conscenso throno coronatus sit, posse inferiorum & populi subjectionem ac fidelitatem exigere. In quarta parte ejus tractatus, qua Autor Ecclesiam Anglicanam defendere satagit, Steelium male habet, quod depositos Episcopos, ut patris & gubernationi ejus inimicos, tamen pro orthodoxis habeat: hac scilicet stante sententia ordinem politicum magis etiam depositione virorum illorum sibi nociturum retar, cum apud plebem ipsis facile accessura sit autoritas confessoris vel martyris pro veritate passii.

Alterum scriptum, quod examinat Steelius, est *Benneti*, a nobis p. 275 hujus anni memoratum. Salsissime eum ridet, quod reliquos ab Anglia in religione dissentientes fanaticorum

comptare

nomine traducens ipsum se gerat fanaticum, inque tota præfatione nil nisi arrogantiam, præfumptionem vanam, Enthufiasmum ac Prædantifimum fpi-ret; cum tamen revelatio illa fua, & totum quod fpiritus aliquis divinus ipfi fuggelferit, fit hoc: Comptonum inde a prima fua ordinatione nunquam ceffaviffe effe Epifcopum, item: quod poffit aliquis fincerus bonusque Ecclefie filius effe, etiamfi Regis jus, quod habet in imperium, aperte & præfracte in dubium vocet, modo Epifcopi jus nullatenus in controverfiam deducat; & inter publicas preces pafam facere, quoties libuerit, quotiesque pro Rege apud Deum fit intercedendum. Et porro; modo quif Henricum Comptonum, modo Johannem Robinfonum Reges, fpirituales fcilicet, agnofcat, integrum ei effe, ut Wilhelmum vel Georgium damnet aut detefteetur.

Tertium fcriptum *An Answer to the Nonjurors Charge &c.* five Refponfionis a Clerico factæ titulum gerens, nobis p. 278 & 279 hujus Anni recensum, ad Steelii palatum eft omni modo, quod perfpicue & fine fuco de pofitionis Clericorum potefatem ipsis Laicis vindicaverit.

Reliqui tractatus, quorum capita & primaria argumenta fummam exponit, funt fequentes: *The Laymans Vindication &c.* a nobis p. 278; *The difference between the Nonjurors &c.* p. 224; *The eftablifhd Church of England &c.* p. 214; & *A letter to a Clergyman &c.* p. 279 Actorum hujus Anni recens. De quorum fingulis in fpecie nihil notat, in genere autem obfervat, confilium magni momenti datum effe Wilhelmo Angliæ Regi anno regni ejus 2 a celeberrimo illo Lockio, quod erat: ab illo ftatim tempore follicitam ipfi curam gerendam effe Academicarum, nifi elapfis 20 annis omnia illa, quæ fapientiffime pro falute regni Anglicani ordinaffet gefiffetque, everfa & perdita vellet. Hoc vero monitum, tanquam ab homine fcholæ potius quam curiæ apto profectum, ut contemneret, Regi autorem fuiffe aliquem ex proceribus nobiliffimis tum adftantibus. Etenim quam prudens illud fuerit, eventum jam fatis probaffe, dum inde, quod in Academiis infillatæ funt animis auditorum doctrinæ illæ de paffiva obedientia, & quæ his fimiles, jam cuncta eo redierint, ut, quicumque recte rem penfitare voluerit, perfpiciat apertiffime: fecularia commodæ Clericorum pro commodis fpiritualibus Laicorum, feu rebus magnum

momentum ad salutem æternam eorum habentibus, jam venditari; paucis, dictata affectuum Clericorum Laicis religionis nomine obtrudi. Neminem scilicet suppudera, affirmantem, quod nihil obftet, quo minus Episcopus aliquis a pastoralis cura & a spiritualibus meditationibus ac cogitationibus avocetur, si obeundæ sint legationes & munera politica, sigillorumque custodia, breviter, si a Laicis ad dignitates majores promoveantur; sed multa obftare, quo minus per depositionem Laicam ab exercitio actuum horum spiritualium prohiberi possint. Institutum Cleri Anglicani ab aliquo tempore fuisse hoc, ut cum visum esset ipsi, doctrinam de passiva obedientia suam faceret palladium; cum Rex esset Romano-Catholicus, & caput Ecclesie Anglicanæ videretur pugnare cum membris, tum illam doctrinam ita esse tractatam, ac si theoria ipsa ad Clerum, praxis ad populum saltem pertineret. Annitentibus adeo tunc Episcopis Wilhelmum Regem factum, simulatque vero securitas regno rediisset, & multis novis in depositorum locum succedentibus splendida beneficia tributa essent, antiquam illam doctrinam revixisse, turbasque eas dedisse, ut dici queat, summum illum bellatorem Wilhelmum, æstate inter arma & labores exacta, hiberna in Anglia per aliquot annos egisse perquam incommoda & molesta. Ipsi adeo Steelio videtur justum quidem ac æquum, ut temporalibus commodis fruantur Clerici, quo ipsis cum dignitate aliqua officium suum facere inter Laicos concedatur, ipsisque omnis honos exhibeatur: sed si id, quod habent ex concessione ordinis politici, arrogantia quadam sibi vindicare velint, tanquam deductum ab aliqua successione Apostolica ac jure divino, nec in vita sua exemplum modestiæ & pietatis proponant, eos ad proprietates & possessiones Apostolorum, quorum supellex retia naviculæque fueriat, ablegandos.

*JOANNIS VORSTII V. CL. DE LATINITATE SE-
lecta & vulgo fere neglecta liber nunc primum editus,
accessit ANDR. JUL. DORNMEYERI dissertatio de viti-
oso Ciceronis imitatore, cui ob materia cognationem, & in-
signem raritatem junctus est Dialogus festivus de Cicerone
relegato & revocato; addidit Præfationem CHRISTOPH.
FRID. BODENBURG, Gymn. Berol. Rect.*

Berohini, apud Christ. Gottl. Nicolai, 1718, 8.

Alph. I pl. 12.

Quæ Cl. Vorstii in rem literariam extent merita, his non potest esse incognitum, qui repudiatis barbari sermonis sordibus puro nitidoque dicendi genere delectantur. Atque cum in finem confectus ab eo est liber, cujus jam titulum attulimus: etiam si enim is suo orbatus parente in publicum procedit, non tamen alium, quam Vorstium agnoscit Autorem, & ad tuendum Latini sermonis decus conducit. Equidem Vorstius, cum adhuc viveret, & nisi prorsus fallimur, postquam de Latinitate merito & falso suspecta commentatus erat, hunc quoque librum promulgare voluerat, sed mors intervenit cæptis, & quæ ipse animo destinaverat, aliis expedienda detulit. Mortuo enim eo in heredum aliquandiu obarravit manibus liber, quem ad Bibliopolam postea delatum Cl. Dornmeyerus lubentissime excepit, & in ordinem a se redactum, suisque adauctum observationibus, publicæ luci exponere aggressus est. Sed operis vix auspiciam factum erat, & priores adhuc plagulæ imprimebantur, quum Dornmeyerus, quem excellentissimum Philologum Cl. Bodenburgius vocat, satis concederet, & hac ratione, quod inchoaverat, quem jam nominavimus, Cl. Bodenburgio relinqueret absolvendum. Eorum autem, quæ Vorstius ad Latinitatem selectam, vulgo neglectam, refert, quatuor consistuntur classes, quarum prima vocabulorum significationes; altera certas vocabulorum cum vocabulis compositiones, & constructiones; tertia vocabulorum positus & collocationes; quarta ipsas voces, quæ vulgo negligi solent, sed apud optimos quosque scriptores, licet rariuscule, occurrunt, completitur. Uti vero univèrse illico patet, quod nec ipse Cl. Editor dissimulare potest, complures in hoc libro conspiciuntur lacunæ, quas quidem aliqua ex parte Dornmeyerus explere voluit, morte tamen abreptus, vix ultra priora primæ classis capita progredi potuit. In primis eo loco, quo Vorstius, ut ex *συναγγραφή* libro præmissa satis apparet, de vocabulorum positu & collocatione agere constituerat, ingens admodum hiatus deprehenditur, cum nihil quicquam, quod Autoris proposito respondeat, in Mssis, ut Cl. Editor perhibet, invenire licuerit, quem tamen defectum ex Rhetorica Marchica commodè suppleri posse, Editor sibi persuasum habet. Neque ta-

men propterea pretio libri & industriz Dornmeyeri quicquam detractum volumus, siquidem ille humaniorum literarum cultoribus haut parum utilitatis adferre poterit ; hic vero in adjecta de vitioso Ciceronis imitatore dissertatione luculenta eruditionis & doctrinæ specimina dedit. In ea enim de inopto Ciceronem imitandi studio docte non minus, quam eleganter agit, & absurdam eorum haud immerito refellit sententiam, qui abjectis temere aliis puræ Latinitatis autoribus, solum Ciceronem sibi imitandum proponunt, & nihil in eloquentia rectum, nisi quod cum dictione Ciceronis exacte conveniat, arbitrantur. Hos ut in rectiorem viam reducat, & meliora edoceat, vitia, quibus Cicero in scribendo obnoxius fuit, ingenue indicat, & ea, ne partium studio aliquantisper indulgisse videatur, ex ipsius Ciceronis scriptis confirmat. Omne hujus dissertationis argumentum quatuor potissimum capitibus pertractatur, quorum primum de nævis Ciceronis exponit, & qua ratione tantus dicendi magister in quibusdam vocibus, earum compositione, & orationis numero peccaverit, pluribus enarrat. Alterum, quæ quidem non ipsi Cicero, ejus tamen imitatoribus vitia sint, recenset. Tertium de iis agit, quæ alio sensu, & loco, quam decebat, ex Ciceronis locutionibus petuntur. Atque in eorum censum referuntur græca, poetica, philosophica, formulæ *περὸς Φωνήστας* in oratione, inscriptiones, & subscriptiones epistolarum, vocabula honorum, dignitatum, & ordinum, &c. quorum quidem usus Ciceronis tempore invaluerat, & laudem merebatur, nostra tamen ætate non perinde in oratione adhiberi possunt. Ut unicam tantum ex multis exemplum adducamus, in vulgus notum est, vocabulum *Vale* a Romanis in Epistolarum sine olim additum, imo apud Plinium omnibus adjectum reperiri epistolis, nisi quæ decimo libro continentur, & ad Imperatorem Trajanum scriptæ sunt. Cum vero id vocabulum familiaritatem indicare soleat, vix commode hodie ab inferioribus, si quando ad superiores scribunt, adhibetur. Ita enim Macrobius L. II Saturn. c.4 de Augusto Cæsare tradit: *Exceptus est a quodam cæna satis parca, & quasi quotidiana, nam pene nulli se invitanti negabat. Post epulum igitur inops, & sine ullo apparatu discedens Vale dicenti hæc tantum in susurravit: non putabam, me tibi tam familiarem.* Quartum caput ea commemorat, quæ Cicero dubie, & falso tribui solent, cujus rei causa

in Lexica, imperitoa Grammaticos, & scribas, qui in Ciceronis libros menda intulerunt, devolvitur. Jamque Dialogus anno clō 15XXXIV Lipsiæ de Cicerone relegato & revocato excusus sequitur, in quo multa Ciceroni obijciuntur, quæ partim ad mores, partim ad Latinitatem ejus spectant, ex quibus tamen, ut Cl-Editoris fert sententia, multa quoque immerito deridentur, & haud pauca mire depravantur. Formula decreti, quod contra Ciceronem pronuntiatur, hæc est: *M.T. Ciceronem ob ejus pessima flagitia, & animadvertenda facinora, liberaliumque disciplinarum imperitiam, perpetuo mulctamus exilio: simili pena illos omnes, qui vel unum verbum de eo revocando fecerint, aut illius scripta legerint.* Altera dialogi pars, quæ de Cicerone ab exilio revocando agit, causam quidem Ciceronis, sed satis frigide defendit, & neque omnia, quæ ipsi objecta fuerant, diluit, neque præter eloquentiæ laudem, & dictionis puritatem, vix quicquam tanto oratore dignum commemorat.

ELOGIUM HADRIANI RELANDI.

Jacturam nuper haud facile reparabilem fecit res literaria, nec mediocriter conturbata est morte Hadriani Relandi, qui non modo Belgium federatum, & in eo celebrem Academiam Ultrajectinam, sed omnem, qua patet, Musarum orbem, eruditionis laude, & nominis fama nobilitavit. Ortum ejus sibi vendicat Ripa, vicus in Hollandia, quæ dicitur, Septentrionali, inter Alcmariam & Purmerendam situs, qui magnitudine, opibus, & frequentia incolarum, qui hæc cum potissimum piscatura florent, cum multis Hollandiæ urbibus de prærogativa contendere potest. Hæc anno clō 16cLXXVI d. VII mensis Julii nactus est Parentes vita, honore, & exemplo commendatissimos, Patrem Jo. Relandum, qui initio apud Ripenses, mox Alcmarienses, post Amstelodamenses sacrorum antistes fuit: matrem Agatham Prins, filiam Auli Prins unius e collegio quinque virali, cui in Hollandia Septentrionali catenæ & aggerum cura demandatur. Cum verò Hadriani nostri nativitas in ea incidere ret tempora, quibus Pater Jo. Relandus Ripensium sacris valediceret, & ante finem illius anni, Alcmariâ, quo concesserat, Amstelodamum evocaretur, hinc factum, ut filius Hadrianus Amstelodamensem pariter & Ripensem se appellaret, & ab aliis ita appellari pateretur. In tenerâ statim ætate egregia mentis in-

doles, & præcox ingenium in eo eluxit. Quapropter & auspicio ductuque eorum, qui puerilem ætatem ad humanitatem formare solent, mature eas linguas addidit, quæ adultiori ætati fructum afferunt, & emolumentum. Vix vero undecimum ætatis annum ingressus erat, quum confecto inferiorum scholarum studio in ampliora Academicæ spatii produceretur. Irilustri Amstelodamensium Athenæo tres annos commoratus est, & Petrum Francium optimum dicendi magistrum, & Græcæ juxta & Latinæ linguæ peritissimum habuit, quo præside complures Ciceronis orationes, & Pedonis de morte Drusi elegiam in amplissimo eruditorum consessu recitavit. Quantum in poetâ profecerit, lus poetici, quos admodum juvenis conscripsit, & anno clo lxxc Amstelodami primum edidit, testari possunt. Namque hanc poetici ingenii laudem cum Patre communem quasi habuit, qui in prima juventute tanto Poeticæ studio & amore flagravit, ut duodecim annorum puer Brunonem celeberrimam inter Belgas Poetam carinine suo ita ceperit, ut is febri graviter decumbens, languida licet manu, epistolam gratulatoriam obmissam ad se carmen Relando Patri scripserit, in qua filii præcox & admirabile ingenium vehementer admiratus est. Neque his tantum Musarum deliciis Noster tempora, quæ a gravioribus studiis vacua habuit, prudentissime dispensavit, sed & Musicæ præterea, Graphicæque artibus ingenio liberali dignis aliquantulum studii ac operæ impendit. Ceterum eo tempore Alexandr. de Bie Philosophum, & Guil. Sørenhusium linguarum orientalium peritissimum audivit, cujus opera tam egregios in hoc literarum genere progressus fecit, ut partem operis Mischnici Latine reddere valeret. Jamque ad sanctiora Theologiæ studia magis ac magis præparabat animum, ac ea propter quatuor & decem annos natus Trajectum abiit, ubi Philosophicis primo & Philologicis disciplinis auspicio Leusdenii, Grævii, Gerhardi de Vries, & Jo. Luyssii animum suaviter excoluit, & in eorum disciplina tantum profecit, ut post tres annos habita de philosophandi libertate dissertatione aditum ad summos in philosophia honores sibi aperiret. Annum egerat decimum septimum, quum in studio Theologico ducibus Melch. Leydekkero, cujus & hospitio fruebatur, Gerardo van Mastricht, Hermanno Witzio, & Hermanno van Halen uteretur. Commode tum accidit, ut Henricus Sicke Bremensis, Trajecti age-

ret, a quo Arabicam linguam didicit, & postea ex Jac. Golii bibliotheca rem suam librariam multis orientalibus libris locupletavit. Postquam vero sex annos in hac Academia versatus erat, Lugdunum concessit, & in physicis Wolferd. Senguerdum, in Theologicis Frid. Spanhemium, Jac. Triglandum, & Jo. Markium præceptores habuit. Heic notas ad Othonis Historiam doctorum Mischnicorum scripsit, quibus tamen, quoniam id magis rogatu aliorum, quam suo instinctu fecerat, non passus est nomen suum adscribi. Hac vero ratione magnum Relandi ingenium diutius latere non potuit, quamobrem ipsi Cathedra Lingensis offerebatur, ut ex ea vel Philosophiam, vel linguas orientales, vel utramque simul doceret, sed suadente potissimum patre, qui Belgii fœderati fines ipsum egredi non permittebat, oblatam provinciam modeste deprecatus est. Cum vero biennium Lugduni non sine laude transegisset, ab illustrissimo Comite Portlandiæ adscitus est, ut filio suo unico Vice-Comiti de Woodstock eas artes instillaret, quæ nobilissimo viro ad rem publicam accessuro decori sunt & emolumento. Ægre autem & vix admittente pro ipso Triglando, qui Relando impense favebat, abeundi potestatem a Patre obtinuit, postquam vero in Britanniam proficisci jubebatur, pater aliud suavit, cui etiam, pro eo ac decet, libenter obsecutus est, & aliquandiu Hagæ Comitum subsistit, ac cum viris nobilitatis & prudentiæ gloria conspicuis familiariter conversatus est. Accidit quoque eo tempore, ut Michael le Vassor, cuius opera Vice-Comes de Woodstock in enucleanda prisca & recentiore historia utebatur, metu legati Regis Galliz, quem commentariis suis de vita & rebus gestis Ludovici XIII offenderat, Belgio excederet, & in Britanniam trajiceret, illius proinde partes Relandus in se suscipere tenebatur, qua occasione libellum Tanaquilli Fabri de vitis Postarum Græcorum in usum Comitum Limosini Gallicè conscriptum diligentius perlegit, & quæ notatu digna observaverat, alteri editioni, quæ Amstelodami 1700 prodiiit, adjecit. A cl. IocXCIX commendatione illustrissimi Noyenii in summo Gelrorum senatu præsidis, & curatoris academici Gelro-Zuphanicæ, quæ Harderovici est, philosophiam ibi profiteri iustus est, & cum Senguerdo & VVeyenio, cui novo exemplo collega datus erat, Meyero, & Almelovenio conjunctissime vixit. At enim vix lares apud Harderovicenses constituerat, cum gratiæ, qua multum apud Comitem Portlandiæ valebat, hunc tulit fructum, ut ab ipso Magnæ Britannicæ Regi, ab hoc ve-

ro urbis Ultrajectinæ senatui commendaretur, qui & ratum protinus habuit, quicquid Rex voluerat, & Relandum muneri Professoris orientaliuin linguarum admovit. Duo jam effluerant anni, cum de augenda re familiari cogitaret, & Catharinam, Jo. Telingii viri apud Zirizenses in Selandia consularis filiam uxorem sibi adjungeret, ex qua trium liberorum felicissimus Parens factus est, alteram tamen filiam morte amisit, natu vero maximam, & filium ipsi adhuc habemus superstites. In alias celeberrimas Academias aliquoties evocatus est, primo ut Rhenferdio in Academia Franequerana, post Gronovio in Lugdunensi succederet, sed ut solum mutaret, adduci non potuit, qua re & Academiae Curatores permoti, non titulo modo Professoris Antiquitatum, sed & stipendio lautiore ipsum ornaverunt. Postquam igitur legendo & scribendo omnes boni Viri partes sedulo expleverat, communem omnium mortaliu sortem expertus est, & d. 5 Febr. hujus anni variolis extinctus, quum primum supra quadragesimum annum nondum confecisset, immatura morte obiit. Mortuum Relandum pro merito eleganti oratione laudavit doctissimus Collega Joseph. Serurier, cui & libenter acceptum ferimus, quicquid de Relando a nobis sciri dicique potuit. Inter egregias, quibus conspicuus erat, animi virtutes, post insignem erga DEUM pietatem, morum urbanitas, grati animi virtus, & mens ab omnibus asperis litibus, & aculeatis disceptationibus perquam aliena, in ipso fuit. Quo factum, ut cum anno clo lccxiii in Britannia Societas ad promovendam Religionem Christianam, & altero, qui sequebatur, anno alia, quæ curam Evangelii in exteris Regionibus propagandi susciperet, constitueretur, utriq; Socius adscriptus fuerit, & cum magnis in Belgio, Germania, Gallia, Italia Viris literarum habuerit commercium. Inter ingenii, quæ reliquit, monumenta, præter ea, quorum jam mentionem fecimus, eminent Analecta Rabbinica; tres libri de Religione Mahumedica; dissertationes de numis veterum Hebræorum, quos Samaritanos vulgo appellant; dissertationes Micollanæ III Tomis comprehensæ, & diversis annis editæ; Decas exercitationum de vera Pronunciatione nominis Jehovæ; Enchiridion Epicteti cum notis Cl. Salmæsi, & Marci Meibomii nunquam antea editis; Elenchus Criticus eorum, quæ de contextu, & versionibus sacri Codicis disputari inter Philologos solent; Enchiridion Borhaneddinum, cujus versionem a se factam illustri Rosgardus ad Relandum miserat, iste vero præter contextum Arabicum Abraham Ecchellensis versionem adjecit; antiquitatum Hebræorum veterum brevis delineatio; accurata Palæstinæ descriptio; Petri vero Relandi fratris fastos Consulares, opus posthumum, Noster quoque interire non passus est, sed cum appendice anno 1715 in publicum emisit.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Septembris Anno MDCCXVIII.

NUMISMATA IMPERATORUM ROMANORUM A Trajano Decio ad Paleologos Augustos, accessit Bibliotheca Numaria, sive Autorialum, qui de re Numaria scripserunt, opera & studio D. ANSELMI BANDURI, Monachi Benedictini, Regiæ Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ Præfeci & in Regia Academia Inscriptionum & bonarum literarum Academiæ Honorarij.

Tomi II.

Lutet. Paris. sumtibus Montalant, 1718, fol.

Const. Alph. 19 pl. 6 Tabb. æn. 38 & plur. Fig. passim insertis.

E Gregis temporis in Gallia peracti rationem Mæcenatibus suis, Celsissimo Aurelianensium Principi, & magno Etruriæ Duci reddit celeberrimus Banduri, quum pulcherrimum isthoc opus, quo vetustiora Romanorum Imperatorum numismata complectitur, in conspectum illorum oppido venerabilem prodire jubet, atque hac simul ratione insignem abstrusæ antiquitatis thesaurum, quem ex potioribus Gallorum cimeliis magno studio collegerat, eum literario orbe communicat. Postquam enim ineunte, quo jam vivimus, seculo, Rev. Banduri auspicio jussuque Cosmi III magni Etruriæ Ducis, cujus splendidissimæ Bibliothecæ præfectus est, studiorum causa ex Italia Lutetiam migraverat, & aliquanto post duo historię Orientalis Imperii, quæ hæc Acta anno 1712 p. 485 & Anno 1713 p. 49 recensuerunt, volumina ediderat, tam magna ea re apud Ludovicum XIV Galliarum Regem inijt gratiam, ut ille ad opus, quod eo jam tempore

Ccc

inchoa-

inchoatum erat, feliciter absolvendum, non solum suos ipsi aperiret rei numariæ thesauros, sed etiam, certa ex sacro ætario ad id constituta pecunia, Autorem in regia Inscriptionum & bonarum literarum Academia titulo Socii honorarii ornari juberet. Quam propensam in se, & bonas literas voluntatem R. Autor etiam in celsissima Carolotta Elisabetha Ducis Aurelianiensis, qui hodie Galliarum Regnum administrat, matre expertus est, ejus singulari prorsus indulgentia factum, ut ex egregia numerorum gemmarumque supellectile, quam ex omnibus fere totius Europæ Asiæque divitiis incredibili cura congeffit, plurima deprompta conspiciere liceat, quæ magnum huic libro decus & splendorem conciliant. Atque eam ob causam R. Autor Bibliothecam Numismaticam, qua præstantissimo operi prælaudare quasi voluit, illustrissimo hujus Principis nomini inscripsit, & peculiari quadam epistola animum tanti beneficii memorem testatus est. In ipsa verò Bibliotheca Numaria, quæ accuratorem nostra ætas haud vidit, CCVIII autorum, qui de re numaria, quatenus antiquitatibus illustrandis conducit, commentati sunt, scripta breviter quidem, sed ut diximus, satis accurate recensentur, siquidem hanc ipse sibi R. Autor scripsit legem, ut nihil quicquam eorum, quæ ab aliis prolata fuerunt, in bibliotheca sua collocaret, nisi prius ab ipso fuerit oculis perlustratum. Et hac ratione non titulos tantum librorum exhibet, quod admodum solemne illis fuit, quos ante auctorem hujusmodi labore defunctos novimus; sed quid in singulis libris, quaque dexteritate quodlibet præstitum fuerit, enarrat. Præterea de auctorum diligentia, judicio, eruditione, & cælaturæ, si qua in eorum libris occurrit, artificio suam exponit sententiam, quæque denique ex iis utilitas ad historiam veterem cum Græcam, tum Romanam, ad restituendas & formandas temporum rationes, ritus antiquos eruendos, percipi possit, sine ira & studio, quorum causas se procul habere dicit, ingenue ac libere pronuntiat. Ea quoque in re a Philippo Labbeo, Rudolpho Capello aliisque discedere solet, quod in enarrandis scriptoribus non literarum, prout semet invicem excipiunt, ordinem sequatur, sed temporum, quibus singuli scripse-

scripserunt, rationem observet. Quod si vero in eorum numero Vir longævus, qui plurima variis annis scripsit, occurrit, si inter scriptores, qui eadem cum illo ætate floruerunt, locum assignat. Ad R. P. Ludovicum Jobertum ubi pervenit, & de libro ejus, qui Gallice *La Science des Medailles antiques & modernes* inscribitur, exposuit, eum Lipsiæ anno 1695 cura Friderici Benedicti in Latinum sermonem versum tradit. Uti vero hoc nomine sine dubio Fridericum Benedictum Carpozivium, qui eo tempore elegantiores literas apud nos egregie ornabat, intellexit; ita Vir celeberrimus fallaci rumore, qui ea de re emanavit ad exteros, forte deceptus est, quandoquidem isthæ versio Christianum Junckerum, Historiographum Saxonicum, qui Gymnasio Altenburgensi olim præfuit, autorem agnoscit. Et quamvis in hac Latina libri versione, quod non diffitemur, aliqua subinde occurrant, quæ lima adhuc indigere videntur, justam tamen P. Joberto causam nequaquam fuisse arbitramur, quamobrem in Saxonum gentem tam acriter invehatur, ac nobis in præfatione, qua nuperrime libellum suum denuo ornare aggressus est, omnem propemodum Latine dicendi facultatem temere abjudicat. Certe, non adeo obtusa pectora gestamus Saxones, multoque minus sub aere tam crasso nascimur, ut ex naturæ vitio nulla profus ratione ad castam puramque Latinitatem adspirare queamus. Condonabimus hoc Viro, cui nostrorum in Latinam linguam merita vel plane incognita fuerunt, vel quia ab exteris profecta sunt, sordere videntur. Sed e diverticulo, quo intempestivum P. Joberti de gente nostra judicium nos abduxerat, in viam redibimus. Cum R. Banduri in conscribenda historia Imperii occupatus teneretur, & ad accuratiorem rei, quam tractare cœperat, explanationem, thesaurum Regium numismaticum, & museum Fucaltianum paulo intentiore cura perlustraret, re ipsa apprehendit, quod ante sibi persuaderi vix passus fuerat, plura in iisdem latere numismata, quorum nulla in tabulis Du Cangianis mentio fieret. Igitur novam, & ut res postulare videbatur, a Trajani Decii Imperio cœptam numerorum seriem exorsus est, quam vero, quia postmodo ad universum magis Romanorum

rum Imperium, quam Orientis partem pertinere animadvertit, communicato cum viris doctis consilio, peculiari operi destinavit. Illud vero in duo volumina distinctum omnium Augustorum, Augustarum, Cæsarum, & Tyrannorum & Trajano Decio ad Palæologos usque Augustos numos in Latio, Græcia & Ægypto excusos, ex omni metallo, & quod dicere solent, modulo, complectitur, quotquot eorum in Regis Galliarum thesauro, aliisque Lutetiz Museis videre & tractare Autori licuit. Quibus præterea accedunt, quæ Regerus & thesauro Brandenburgico, Mediobarbus, Vaillantius, Harduinus aliique plures dedita opera descripserunt. Omnia in suos quasi loculos digesta ordine, qui huic rei imprimis congruit, exhibentur. Namque initio uniuscujusque Principis vita & monumentis Autorum fide dignis, Pagi præcipue, & Tillemontii descripta legitur, qui tamen, quod in scriptis nullam numerorum rationem habuerunt, ab Autore identidem emendantur, & sua historiz integritas ex numis asseritur. In ordinandis Principum vitis hoc potissimum modo progressus est, ut primo Imperatores, post eorum uxores, & liberi Cæsares, demique tyranni, qui aliquot tantum provincias imperio tenebant, & ab Imperatoribus plerumque sublati sunt, suo quilibet ordine conspiciantur. Vitam cujuslibet Principis excipiunt numi rariores, quorum plerique e regio thesauro depromuntur, & Regis Ludovici XIV ac Ducis Aurelianensis sumptibus in æs incisi sunt. Maximi, si qui eorum fuerint, priore loco sunt positi, sequuntur formæ primæ, & secundæ, cum aurei, tum argentei, ærei autem semper agmen claudere solent. Has tabulas, quibus numi in æs incisi continentur, numerorum series per certas classes literarum ordine distinctorum sequitur, ubi primum rursus locum aurei, proximum argentei, postremum ærei fortiantur. Inter æreos primas tenent, quæ majore forma Medaglioni vulgo appellantur, illis subjuncti sunt primi, & secundi moduli numi: ut vero etiam Regionum e quibus prodierunt, aliqua simul habeatur ratio, primo loco Romani, post qui in provinciis cusi sunt, tum Græci, & tandem Ægyptii collocantur. His vero plerisque in infima paginæ ora doctæ observationes

107




Fig. 5.



Fig. 3.



4.

vationes adjiciuntur, quarum aliz pro materiarnm ratione prolixiores, aliz breviores sunt, omnes autem de doctrina, & rerum antiquarum peritia R. Autoris mirifice testantur. Quædam enim raritatem numorum edocent, aliz novitatem, si quæ scilicet epigraphæ, aut si quis typus cum quadam epigraphæ primum in numis occurrat, ostendunt, neque illud silentio præterire solent, si qui forte numi producantur, qui in Mediobarbi & Vaillantii operibus non extant. Quotiescunque aliquid in numis paulo obscurius consignatum reperitur, illud ex aliis rerum monumentis dextre illustratur, in primis autem Geographiæ veteri, Chronologiæ & historiæ numorum ope multum sæpe lucis affunditur, ac fides rebus a scriptoribus commemoratis adversus secus sentientes confirmatur. Primum operis volumen quinque & triginta annorum historia absolvitur, quæ propter bellorum domi forisque gestorum gravitatem, imperiorum & successuum diversitatem, Principum juxta & tyrannorum multitudinem præ ceteris annotari meretur. In ipso statim operis exordio Trajano Decio Gæzi, vel ut alii scribunt, Cnei prænomen restituitur, & ex numis Græcis & Latinis refelluntur, qui Cæjum eum appellatum existimant. Quæ hujus Decii uxor fuerit, diu quoque dubitatum est, nunc vero eam Herenniam Etruscillam fuisse, numi declarant. In Græcis enim Decius, Etruscilla cum Hetrusco & Hostiliano cernitur, in Latinis vero reperiuntur, in quorum altera parte: ETRUSCILLA AUG. in altera vero: PUDICITIA AUG. exhibetur. Pudicitiz autem nomen in numis Augustarum sæpissime occurrit, quoniam præcipuum principis feminæ decus existimabatur, & omnes ea prædita videri gestabant. Inter Herennii Etrusci numos aliquis occurrit, in quo Mercurius cum crumena & caduceo representatur. Crumenam autem Mercurio attribui Autor observat, quod lucris præpositus, & mercatorum publicanorumque Deus tutelaris fuerit. Huncque in finem peculiarem Mercurii Figuram ex æreo antiquo signo, quod in P. Chamillard Museo asservatur, simul exhibet, ubi Mercurius pileatus, alatus, cum luna bicorni inter alas conspicitur, dextra tenens cornu copiz, ex quo ca-

p. 32.

TAB. IV.
Fig. 1.

p. 38.
Fig. 2.

- p. 62. duceus prominet, sinistra crumenam, sive sacculum gerens. Ex Treboniani Galli numo Plinio vox *Ερμιακτηλετης* restituitur, quod quidem Harduinus ex M^{sto} prius huic Autori reddiderat, cum Hermolaus Barbarus & ceteri post eum Plinii editores Harmatopolitz, Ortelius vero Harmatuntopolitz scribi censeant. Cum Plinio vero & adductis numis Hieroclis Grammatici Synecdemus convenit, qui inter oppida Lydiæ *Ερμιακτηλια* refert. Urbium *Νεωκόρων* apud Scriptores sæpiuscule fieri solet mentio. Ita vero dicebantur urbes, quarum ciues templi alicujus, in quo Numen colebatur, curam susceperant. Quum vero Imperatores in Deorum numerum referri cõpissent, urbes quædam, ut in eorum honorem templa erigerent, sibi expetierunt. Postea vero Neocoria illis etiam urbibus concessa est, quæ pro salute Imperatoris sacra publice faceret, templa extrueret, & certamina vel jam Diis dicata, vel nova de Imperatorum nominibus, aut alia quæcunque eederet. Quamobrem singulare est quod Ephesii in Valeriani numis ter, & quater *Νεωκόροι* appellantur. Reipublicæ enim tempore, ut ex Act. XIX, 35 patet, Dianæ *Νεωκόροι* fuerunt, Augustorum autem ter *Νεωκοριαν* obtinuerunt, primam sub Nerone numi indicant, forte ob Claudii apotheosin, in cujus honorem ex S. C. templum condiderant, secundam ab Hadriano, tertiam a Caracalla impetrarunt. Atque ita Ephesii modo ter, quando Augustorum tantum, modo quater, cum *Αρτέμιδος* Neocoros se appellarent, unde illorum inscriptio : ΜΟΝΩΝ ΑΠΑΣΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Inter numes, qui consecrationis ritum illustrent, is Marianæ, quæ altera Valeriani uxor fuit, in primis conspicuus est, qua Mariana pavoni, Junonis avi, insidet, qui eam velut alteram Junonem per aerem in cœlum effert. Namque non alia Augustas, & Augustos consecrandi fuit ratio, nisi quod pavo illarum, horum vero aquila signum esset consecrationis. Insolitus cum inusitata epigraphe est numus, qui in Gallieno producitur. Conspicitur in eo caput Gallieni corona ex spicis confecta ornatum, cum inscriptione : GALLIENÆ AUGUSTÆ. In altera vero parte Victoria cum bigis dextra baculum tenens, his adscriptis verbis :
UBIQUE
- 123.
144.
TAB. IV.
Fig. 3.
- p. 155.
Fig. 4.

UBIQUE PAX apparet. Hunc numum in ludibrium & ad æternum Gallieni dedecus excusum ab aliquo, qui Imperatoris titulum contra eum arripuerit, eruditi arbitrantur. Gallienæ autem Augustæ inscribitur, ut omnes illico cognoscerent, pro fœmina haberi debere, qui res tam segniter in bellis Romanum Imperium prementibus ageret. Caput pro laurea spicis ornatur, quod abdomini potius, quam bello Gallienus vacaret. Et quoniam nulla Imperii Romani provincia esset, quæ bello rum calamitatibus non affligeretur, hinc voces: *ubique pax* *εργωντος* adscribuntur Victoriæ, quæ bigas agit, quia Gallienus magis in circo, quam de hostium copiis victoriam reportare contenderet. Quod Principes Juventutis in omnibus fere numis hastis instructi exhibeantur, eam forte ob causam fieri R. Autor existimat, quod Cæsar, ut ex breviario Imperii Augusti, cujus quædam fragmenta lapis Ancyræ repertus supeditat, cum ab equitibus Romanis Princeps Juventutis appellatus esset, hastis argenteis donatus fuerit. Sed quorsum commemorando delabimur? pauca tantum, prout ex observationibus R. Autoris se oculis nostris primum obtulerunt, ut mori nobis consueto satis faceremus, loco speciminis afferre constituimus. Quod si enim notatu tantum digniora delibare vellemus, singulæ fere paginæ libri, qui cum omnibus hujus generis scriptis de prærogativa contendere facile poterit, forent exscribendæ. Quamobrem etiam alteri operis Volumini non ita diu immorabimur, sed quæ eo continentur, breviter indicabimus. Ceterorum autem Imperatorum, Augustarum, Cæsarum, ac Tyrannorum, a Diocletiano, qui familiam ducit, ad Constantinum X Palæologum, historiam comprehendit. Quæ intricatiora autem, & abstrusiora fuerunt, quæ in tam magna Principum utriusque sexus copia occurrerunt, eo majore industria hæc a R. Autore tractata atque in ordinem redacta sunt. Præter tabulas, quæ Principum vitis subjiçuntur, eæ quoque in hoc volumine allatæ sunt, in quibus familias Byzantinas Ducangius olim distrikerat. In præfatione, quam peculiarem huic alteri volumini præmissam videmus, rationes exponuntur earum rerum, in quibus Autor vel ab aliis discessit autoribus,

vel

vel alium ordinem observavit. Utrique volumini indices accuratissimi subjunguntur, quorum primus inscriptiones, quibus singulorum Principum capita in numis ornantur, exhibet. In altero variz aversarum partium in numis Latinis inscriptiones ordine literarum adjectæ sunt. Tertius in numis coloniarum; & quartus in numis urbium Græcarum similia præstat. Quintus, qui cum altero volumine conjungendus erat, nisi nimis ejus magnitudo oblitisset, typos qui in aversis numorum partibus utriusque voluminis extant, cum sua epigrapha describit, quo labore mythologia illustratur, & cujuslibet virtutis symbola facillime edisci possunt. Neque minoris momenti est tabula Geographica Provinciarum & urbium colonia Romana, vel municipii jure insignium, quæ Imperatorum Romanorum a Trajano Decio usque ad Claudium Gothicum imagines in numis retulerunt. Quæ tabula rerum antiquarum studiosis eo utilior esse poterit, quo singularum urbium nomina accuratius, quam in aliis, describuntur.

MEMOIRES DE LITERATURE, &c.

hoc est,

DISSERTATIONES, PUBLICATÆ IN ACADEMIA INSCRIPTIONUM & LITERARUM HUMANIORUM.

Tomus II.

Lutetiz, e typographia Regis, 1717, 4.

Alph. 4 pl. 7 & Tabb. 2n. 19.

PERsequimur nunc, quæ superiori Mense imperfecta reliquimus, elaboratasque in Regia Academia Disputationes eruditissimas ex lege brevitatis nostræ recensere aggredimur. Prima, Autore Renandoto, exhibet historiam studii Astronomici ad nostræ usque tempora breviter deductam. Observatur hic, plerosque Astronomis junxisse Astrologiam judiciariam, quam tamen Autor damnat. Sequitur p. 26 dissertatio de Lemuribus sive animabus mortuorum, autore Simone. Hic veterum de animarum e corporibus emissarum negotiis opiniones

niones vulgares recensentur. Aliz scilicet benevolz sunt, & *Lares*; aliz malevolz, quz suis apparitionibus terrori sunt mortalibus, & *Lemures* appellantur. Ceterum vulgi opinio erat, illorum spectrorum circumvagationes esse extraordinarias; ordinariam bonarum mentium sedem esse campos Elysi-
os, malarum τὸν ἄδην. Has mortuorum animas e suis sedi-
bus se evocare posse, jactabant Magi. - Hinc natus est cultus mortuorum, quem esse originem Idololatriz, Autor existimat. Denique de *Lemuralibus*, festo Romanorum, agit, addens, sapientes hasce de spectris nugas semper suaviter risisse, quibus & Autor noster haud obscure subscribit. P. 39 exhibetur Morini dissertatio περὶ τῶν θεῶν παταϊκῶν, de quibus in Thesauris Antiquitatum Græviano & Gronoviano nulla mentio. Ad-
dimus, nec Gronovium in novissima Herodoti editione ad lib. III cap. 37 quicquam de illo Numinum genere annotasse. Noster ob magnam affinitatem inter παταϊκὸς & πηδῆμος (*fimia*) verisimile judicat, Phoenices, tenquam vicinos Ægypti, ubi si-
militate divinis colebantur honoribus, navibus suis imposuisse signa simiarum, uti soliti sint leonum crocodilorumque signis na-
ves exornare. Cumque Herodotus referat, Deorum Pataico-
rum simulacra similia simulacris Vulcani fuisse, Noster ex hi-
storia mythica observat, Vulcanum a fimiis fuisse enutritum. Cetera, quibus istam conjecturam firmat, præmittimus. Tandem tamen fatetur, Bocharti opinionem in Phaleg lib. 2 cap. 3 sua esse probabiliorē, eamque novis rationibus confirmat. P. 50 exstat Bozei dissertatio de Deo Termine, ejus-
que apud Romanos cultu: p. 60 Cuturii Abbatis de Fastis veterum Romanorum: p. 72 Boindinii de tribus Romanorum, quarum historia enarratur: p. 93 Buretti dissertationes duz de saltationibus veterum, in quarum priore obiter contenditur, saltationem ad sanitatem humani corporis esse utilissimam; in posteriore etiam de Pantomimis agit. P. 136 exhibetur Boindinii dissertatio de forma & structura antiqui thæatri: p. 153 Buretti de sphæristeriis veterum sive de lusu pilæ: p. 177 Masfizi de clypeis votivis: p. 191 de jaramentis veterum, ubi maxime de Deo Fidio notatu digna afferuntur: p. 211 Buretti di-

sputationes tres de veterum athleticis: p. 291 Morini de auguriis p. 303 Cuturii Dissertationum pars de vita privata Romanorum: ubi ostenditur, qua ratione privati homines Romæ totum diem transegerint. P. 353 exstat Mongaultii dissertatio de honoribus divinis, quibus libera adhuc republica Romana culti fuerunt in provinciis Proconsules. Observat, nondum a quoquam pertractatum esse hoc argumentum, ac docet monumentis fide dignis, urbes provinciarum eorum proconsulum, a quibus insignia in ipsas profecta fuerant beneficia, in honorem quotannis dies festos celebrasse, in quibus is, cujus honori Festum illud dicatum erat, precibus & sacrificiis cultus sit, imo templi ei & sacerdotes sint constituti. Ex hoc fundamento Autor p. 360 explicat multas inscriptiones, nomina ignotorum Deorum præferentes, e. g. *Endovellici, Moritasgi*. Scilicet ex Nostri sententia hi fuerunt homines amplissimæ dignitatis, quibus ob singularia in Reimp. merita divini præstiti fuerunt honores, eorumque nomina ad posteritatis memoriam consecrata. P. 370 sequitur ejusdem auctoris Dissertatio de Fano Tulliz, Ciceronis filiz. Demonstrat, Ciceronem in eo fuisse, ut templum exstrueret filiz, eamque Deorum relatam in numerum divinis afficeret honoribus: simulque alia adducit exempla parentum, defunctos suos liberos consecrantium, hisque exemplis confirmat opinionem auctoris *libri Sapientie*, qui Cap. XIV, 15 ex immoderato erga demortuos liberos amore deducit originem idololatriæ. Ceterum cum nullo constet testimonio, Ciceronem consilium suum esse executum, Noster suspicatur, eum tandem ad se rediisse & a proposito desitisse.

Tomi posterioris prima Dissertatio, quæ Massizum Abbatem habet autorem, comparisonem exhibet Homeri & Platonis. Hic contenditur, Homerum ac Platonem esse inter se similes, cum ratione doctrinarum, quas tradant; tum ratione modi docendi, quo utantur; tum denique ratione styli. Sequitur p. 18 Boivinii junioris de senibus Homericis Dissertatio, in qua senes Homero memoratos eorumque virtutes profequitur: diligentissime vero omnium characterem Nestoris describit.

bit. P. 34 exstat Fraguierii Dissertatio de charactere Pindari: ubi natura furoris poetici expenditur, ac de Pindari odis adeo magnifice judicatur, ut non dubitet Autor scribere, eas proxime accedere ad excellentiam odarum sive psalmorum Davidis. Eiusdem Dissertatio de Xenophontis Cyripædia p. 47 adiungitur, in qua statuit, Xenophontem hoc libro doctrinas Socratis exposuisse sub involucrio historiz Cyri, cujus veritas secundum omnes circumstantias ipsi tam parum cordi fuerit, quam Archiepiscopo Cameracensi veritas historiz Telemachi. P. 67 legitur Boivinii senioris dissertatio de historia Zarinæ & Stryangei: cui subnectitur p. 84 ejusdem Commentatio de fragmento quodam Diodesi Siculi, quod primus sine autoris nomine & solus publicavit Henr. Stephanus. Hocce fragmentum hic exhibetur integrum Græce una cum versione Latina pariter & Gallica, & erudite ostenditur, cujus historiz partem fragmentum istud continet. P. 113 Fraguierii sequitur Dissertatio de Platonis prudentia in citandis Poetarum verbis: p. 128 ejusdem Dissertatio de eclogæ natura præcipuisque virtutibus: p. 150 disputatio ejusdem de ratione, qua usus Virgilius in Homero imitando. P. 171 exhibetur Massizi Apologia pro Pœsi contra Fabrum, Tanaquilli filium. Addimus, hic Lipsiæ quoq; A. 1698 contra Fabri illius *de Futilitate poetices* libellum emissam fuisse dissertationem eruditam a Frid. Guil. Schuzio S. Th. Lic. & Ecclesiaste Lipsi. P. 199 Dacerius differit de Satyrarum origine & progressu. Jam quidem in præfatione satyris Horatianis præmissa hoc argumentum tractaverat; sed hic majori diligentia in eo versatur, Casauboni sequens vestigia, cujus de Satyra librum appellat *thesaurum inestimabilem*. P. 246 duæ exhibentur Renaudoti Dissertationes de Græcarum literarum origine: in quibus autor Jos. Scaligeri insistentis vestigiis docte probat, non Ægyptias, sed Phœnicias origine & Hebræas esse Græcorum literas. P. 279 Boivinii junioris Animadversiones prædeunt historiz & criticæ in Anthologiam MS. quæ exstat in Regis Galliæ Bibliotheca. Describit hic Autor primo historiam & statum hujus codicis, adiectis eorum Poetarum, quorum epigrammata ibi leguntur, nominibus.

Hinc tria selecta epigrammata ex illo codice exhibet una cum Latina & Gallica versionibus, itemque cum annotationibus suis: addita dissertatiuncula de *Jove Casio*. P. 321 Fraguierii dissertatio sequitur super loco Ciceronis de sepulcro Archimedis. Observat, eo tempore, quo Cicero sepulcrum illud detexit, Archimedes 138 annos in eo jacuisse. Disputat etiam, qua de causa Archimedes Cicero appellet *humilem hominum* nem. P. 333 Cuturius singulari dissertatione explicat sententiam Horatii, lib. I Oda XI ita scribentis: *qua (Iryems) nunc oppositis debilitat pumicibus mare*. Docet, hisce verbis describi luxum Romanorum, *factis in altum montibus*, ut alibi loquitur Horatius, magnificentissima ædificia in litore maris extruentium. Qua in re uti acu rem tetigisse videtur, ita vellemus, doctissimum Autorem alterum quoque hujus Odæ nodum, quem meminit, solvisse. Scilicet in eodem carmine hæc verba occurrunt: *ut melius quicquid erit pati*. Liceat nobis hac occasione sperire, quid nobis venerit in mentem. Nimirum ita nobis hæc Oda videtur rescribenda:

*Tu ne quaeseris, (scire nefas,) quem mihi, quem tibi
Finem Diis dederint, Leuconœ; nec Babylonios
Tentaris numeros. Ut melius, quicquid erit (a) spatii,
(Sic
Tyrrhenum,) sapias, vina liques, cetera.*

Ut sensus hic inde emergat: *Ut, quantumcumque vite spatium tibi restat, prudentius transigas, vina tibi liquanda, & delicate molliterque vivendum esse, scias*. P. 341 exhibetur Boivini senioris Explicatio obscurioris cujusdam loci in Dionysio Halicarnassensi. Verba Dionysii a Clemente Alex. lib. I Strom. atque ab Eusebio Præpar. lib. X cap. 12 producta hæc sunt: *Παλαιότερον τῶν Ἑλληνικῶν τὰ Ἀργολικὰ*. Hæc Noster ita interpretatur: *Argolica vetustiora sunt Hellenicis*, notatque Hervetum, Heinsium, Sylburgium, Vigerum, Scaligerum & Vindingum, qui ita ea traduxerant: *Argolica Græcorum sunt vetustissima*. P. 352 Tillædæus Abbas Taciti & Velleji Paterculi narrationes de Tiberio inter se confert, & inde conficit, Vellejum obiectissimi animi adulatorem fuisse. P. 366

(a) *Spatii* contracte positum est pro *spatii*.

sequi-

sequitur Morini dissertatio de *Anchiale* Martialis. Hic Autor examinatis repudiatisque ceterorum Criticorum de hac voce opinionibus, duas proponit sententias, quas sibi ait videri verosimillimas, ut aut per *Anchialum* significetur puer a-
 liquis, cujus amore Judæus flagraverit; aut legatur *ancharium*, id est, asinum: ut respiciatur ad fabulam vulgi, Judæis tribuentis cultum asini. Ac posterior quidem conjectura autorem habet Isaacum Vossium, uti nos quoq; in his Actis commemoravimus A. 1716 p. 341. Succedit p. 378 Baudelotii Interpretatio Trebellii Pollionis, *constellator* memorantis *baltheos*. Inni igitur putat baltheos sub certo siderum positu superstitione confectos. Tali enim superstitione olim tactos fuisse armorum fabricatores, Autor ex antiquis monumentis manifestum reddit. P. 386 Boivinius junior exhibet Chronologiam *Odyseæ*: & p. 399 Boivinius senior Dionysii Halicarnassensis Chronologiam. Idem p. 412 locum quendam Censorini emendat: & p. 428 disputat de Epochâ Romæ ex mente ejus, quem diximus, Dionysii. Observat hoc loco miram opinionum diversitatem. Nam secundum Ennium Romæ condita est ante Christi nativitatem annis 879; secundum Timæum 814; secundum Varronem & Censorium 754; secundum Fastos Capitolinos 753; secundum Dionysium Halic. 752; secundum Polybium 751; secundum Aufonium 736; secundum L. Cincium 729. Sequitur p. 438 Fraguierii dissertatio de imaginum symboliarum (*devises* vocant Galli) antiquitate, quam ex *Æschylo* & *Euripide* probatum it. P. 448 Morellus de Deo, cui nomen *Bonus Eventus*, commentatur, & postquam ostendit, illi Numini templum Romæ fuisse dicatum; item Græcis eum Deam fuisse cultum; multos producit numos, in quibus illius Dei fit mentio. P. 474 Bozeus erudite explicat Inscriptionem pervetustam, in qua describitur accurate sacrificium, *Taurobolia* dictum. Scilicet A. 1704 Lugduni reperiuntur est altare *Cybelæ* Deæ sacrum, ex uno constans quadrato saxo, quatuor pedes altum. In tribus hujus saxi faciebus (nam quarta est vacua,) quid oculis curiosorum exhibeatur, sistit in opere tabula ænea. Nos hic exhibemus Inscriptionem

illam, prout sine abbreviaturis eam perscripsit Bozeus :

TAVROBOLIO MATRIS Deum Magna Idea Dia QUOD
FACTUM EST EX IMPERIO MATRIS Dia DEUM
PRO SALUTE IMPERATORIS CAESARIS TITI AELII
HADRIANI ANTONINI AUGUSTI PII Patris Patriae LI-
BERORUMQUE EJUS ET STATUS COLONIAE LUG-
DUNENSIS LUCIUS AEMILIUS CARPUS IIIIVIR AUGU-
STALIS ITEM DENDROPHORUS VIRES EXCENT ET
A VATICANO TRANSTULIT ARAM ET BUCRANI-
UM SUO INPENDIO CONSACRAVIT SACERDOTE
Quinto SAMMIO SECUNDO AB XV. VIRIS OCCABO
FT CORONA EXORNATO CUI SANCTISSIMUS OR-
DO LUGDUNENSIS PERPETUITATEM SACERDO-
TII DECREVIT APPIO ANNIO ATILIO BRADUA Ti-
to CLODIO VIBIO VARO COSULIBUS.

Locus Datus Decreto Decurionum.

Hanc Inscriptionem Autor, simulque priscum ritum Tau-
roboliorum luculenter illustrat. P. 509 Renaudotius dispu-
tat de Inscriptionibus Palmyrenis Ultrajecti A. 1698 editis.
Judicat, neminem Philologorum rem acu tetigisse; omnium
vero longissime abstrasse Rhenferdium, cujus *Periculum Pal-
myrenum* A. 1704 prodit. Hinc suas ipse de illis Inscrip-
tionibus suspiciones Autor producit. P. 532 Vaillantius seni-
or ex numis Antiochenis probare conatur, Christum A.V.C.
749 natum esse. Ejusdem de Neocoris Commentatio p.
545 exhibetur, & p. 562 idem Autor disserit de numo quo-
dam rarissimo Zenobiae Reginae, in ruinis urbis Palmyrae re-
perto. P. 567 Renaudotius disputat de nomine *Septimia*,
qui in numis Zenobiae additus legitur. Rursus Vaillantius
senior p. 574 de numis Vabulathi Dissertationem exhibet.
P. 584 Valesius singulari Dissertatione contendit, numos,
in quibus legitur FL. CL. CONSTANTINUS IVN. N. C.
non esse Constantini junioris, qui Constantini M. filius fuit,
ut quidem adhuc crediderunt omnes, sed pertinere ad Con-
stantini Chlori, qui Constantini M. pater est, filium primo-
genitum ex Maximiani Herculei Imp. filia. P. 611 Vertotii
exstat

exstat dissertatio de vera origine Francorum. Refert is ex Tacito Germanorum mores veterum: tum ex aliis scriptoribus probat, eosdem plane fuisse mores priscorum Gallorum. Eiusdem sequitur p. 651 dissertatio de origine legum Salicarum: ubi, recensitis complurium opinionibus diversis, iudicat, morem excludendi feminas a successione in regnum antiquiorem esse lege Salica, nec unquam in Gallia regnasse mulierem. Idem p. 669 disputat de ampulla Rhemensis. Primo producit testimonia veterum, hanc ampullam revera de cælo missam fuisse, referentium. Cum vero testium antiquissimus sit Hincmarus, qui 360 demum annis post baptismum Clodovei scripsit; & hinc quidam tam diuturno, & quidem universali historicorum silentio de re plane singulari & memoratu longe dignissima nixi, historiolum illam in dubium vocent; Noster respondet, argumentum istud non esse demonstrativum, multasque affert rationes, cur Gregorius Turonensis ceterique Gallicarum rerum scriptores vetustiores eo de miraculo tacuisse videantur. Ad alterum incredulorum antagonistarum argumentum, quod scilicet Hincmarus, primus tam gloriosæ historiæ testis, eodem libro, quo id miraculi enarrat, complura commemorat haud dubie fabulosissima: ut etiam hic valere debeat vulgatum illud: *noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se*; respondet, se non niti fide & testimonio Hincmari, sed fide traditionis, quæ fideliter ad hanc usque ætatem propagavit istam historiam. Hincmari enim fidem facit suspectissimam, pluribus quippe documentis convicti, quod minime dubitarit, effectis & ementitis historiis Ecclesiæ Rhemensis conciliare summam auctoritatem in Gallia dignitatemque. P. 684 sequitur celeberrimi Mabillonii Dissertatio de antiquis Regum Galliarum sepulcris, eorumque simplicitate. P. 700 Vertotii exstat Dissertatio de juramentis veterum Francorum. P. 728 Gallandius disert de quibusdam antiquis Poetis Gallicis, maxime Romanensium, quas vocant, fabularum scriptoribus. Agmen harum doctissimarum Commentationum claudunt junioris Boivinii Dissertationes tres, quarum prima est de Bibliotheca Regia sub Regibus

gibus Carolo V, Carolo VI & Carolo VII; altera de Vita Christinæ Pisanæ, & Thomæ Pisani, qui Christinæ pater fuit. Hic Regis Galliz, Caroli Sapientis, Astrologus fuit sæculo decimo quarto, & filiam hanc, in Poesi & Philologia doctissimam, reliquit, cujus filiz scripta manu exarata adhuc supersunt Lutetiz. Eorum hic exhibetur Catalogus p. 774. Postrema dissertatio complectitur narrationem de controversia Philosophorum sæculi decimi quinti, quorum una pars Aristotelem Platoni, altera hunc illi, anteponendum esse, contendebat acerrime.

L'ISTORIA DELLA BASILICA DIACONALE Collegiata e Parrocchiale di S. Maria in Cosmedin di Roma.

i. e.

HISTORIA BASILICÆ DIACONALIS Collegiatae & Parochialis S. Mariae in Cosmedin Romæ; Auctore JOANNE MARIO CRESCIMBENI, ejusdem Basilicæ Canonico & Custode Arcadum.

Romæ, apud Antonium Rossi, 1715, 4.

Alph. 2 pl, 12 Tabb, zn. 2.

CL. Autor, dum studia sua ad sacras Antiquitates transfudit, primitias Excell. viro Domino Hiacynto Falletti, Duci de Cana Longa, Marchioni de Bossia, Consiliario S. Cæsar. & Cathol. Maj. ob hanc potissimum rationem dedicavit, quia illum Divæ Virginis præcipuum Cultorem noverat: tum ob vetustatem familiæ, quæ inde a Regibus Gothis originem duxit.

Totum Syntagma VII libris constat, quorum contenta paucis enarrabimus. Libro I p. 1 Sanctissimæ Virginis Deiparæ imago exhibetur pulchra & pietatem spirans, addita Inscriptione:

Διοτοκω ἀειπαρθενω.

Mox Cap. 1 situs Basilicæ & ædificandi causæ exponuntur, eoq; loco condita putatur, ubi olim templum Pudicitiz Patritiz steterat, quod adversus *Jacobum Boissardum* adstruitur, qui Fortunæ Primogeniz templum eo stetisse loco judicavit. C. 2 *Pancirollus* & *Piazza* refelluntur, qui ambo hanc ædem cum S. Dio-

S. Dionysii & Sylvestri confundunt, in errorem ideo ducti, quod S. Sylvestri monasterium itidem Scholam Græcam ut S. Maria in Cosmedin habuit. Cap. IV existimatur, Templum Pudicitiz, quum sub Nerone flagrasset, anno 271 a Dionysio Papa inflauratum & divæ Virgini consecratum, quippe quæ multo rectius omnem Pudicitiz palmam merebatur. Neque id a moribus Christianorum alienum putatur, qui Idolis falsis Sanctos germanos opposituri, Faustinz templum S. Laurentio, Mercurii S. Archangelo, Carmentæ S. Catharinæ, Minervæ S. Mariæ Virgini dedicarunt, scilicet ut isto modo homines ab Idololatria profus aut liberarentur, aut illi tolerabilius inhærent. Accessit aliud hujus templi nomen nempe Scholæ Græcæ, quod Gregorii Magni ætate obtinuit, de cujus nominis ratione *Nardinus, Ugonius, Macri, Fratres Piazza, Martinellus* disceptant. Tertiam denominationem sub Adriano I accepit, a quo Cosmedin appellatum, ratione nova neque alias apud Romanos audita: quartam a Lapide, quem, cum caput hiante rictu efformatum referret, *Os veritatis*, seu *Bocca della Verità* dixerunt, etsi verosimile lapidem cisternæ usibus servivisse, eque illo oris hiatu aquam in lacum subditum fuisse egestam. L. 2 c. 1 situs Ecclesiæ & ritus in collocatione Ecclesiarum observati illustrantur, atque imprimis id asseritur, Caput Ecclesiæ ad orientem, Portam ad occidentem statutam fuisse, etsi certum sit sæpe ab eo more discessum. Vestibulum Ecclesiæ magnum, quatuor columnis impositum, vetustatis argumentum præbet. In porticu leguntur Inscriptiones, quas inter notatu digna, quæ Sergii Archiepysbyteri Ravennatensis memoriæ posita, p. 45, qui accusatus, quasi malis artibus Præsulatam corripuisset, perque X annos Romæ detentus, in illa Ecclesia tot lacrymas fudit, ut ipsos lapides iidem excavaret. Fidem rei faciunt p. 46 *Serapinnus Pafolinus* in Lustris Ravennatensibus, & *Hieronymus Fabbrini* in Memorii S. Ravennat. tum illa Inscriptio quam Cl. Autor p. 157 inseruit. Neque vero etiam negligenda subscriptio Rogerii Siciliæ Regis in Diplomate Græco Monasterio Calinensi dato, quæ quum rara sint, operæ pretium est ut adducatur:

ΠΟΡΕΠΙΟΣ ΕΝ Χῶ Τῶ Θεῶ
 ΚΡΑΤΑΙΟΣ Δ --- ΚΑΙ ΒΟΗΘΟΣ
 ΤῶΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝῶΝ †

C. VI facies Ecclesiz, qualis hactenus ea apparet, nisi incisa exhibetur. Cap. VII Tabulæ exstant, in quibus donationes Ecclesiz factæ recensentur, C. VIII donantium nomina & tempus donationis, C. X & XI donatio S. Valentino a Theobaldo oblata, cujus initium versu compositum ita habet:

Sume Valentine Martyr hæc dona beate,
 Quæ tibi fert opifex Teubaldus corde benigno.

L. III interior templi forma, Portæ, Fenestræ, & Pavimentum describuntur, quod quum plane pretiosum sit & in nartheco rotam habeat ex Porphyrite compositam, quales non nisi in templis cathedralibus poni solebant, existimavit Cl. Autor; hanc ipsam quam describit Ecclesiam fuisse Pontificiam, & Imperatores forte a Pontificibus huic rotæ insistentibus in ea exceptos esse. C. IV Chorus cancellis cinctus delineatur, detecto *Josephi Maria Perimezzii* errore, qui chorum cum umbone confudit. Quo refutato, multa egregia de choro, ejusque pectoralibus, tum de umbonibus & pulpitis dicuntur, sigillatim vero umbones Ecclesiz S. Mariz in Cosinedin ære exhibentur p. 126, 131. Capite VI Candelabrum cerei Paschalis extat, columnæ quadratæ impositum, quæ alicubi ex argento fiebant. Candelabra illa sæpe arborum speciem præ se ferebant, quod & versus innuunt:

Arbor poma gerit; arbor ego libamina gesto;
 Porto libamina; nuntio gaudia; sed in die festo
 Surrexit Christus, non talia lumina præsto.

C. IX Cathedra Pontificia ex albo marmore interspersis tabulis Porphyreticis digna spectatu est. Fulcra quibus brachia incumbunt, leoninas in fronte facies habent, ad designandum, Festum orbis ab Ecclesia conculcatum esse, hanc enim interpretationem Autor suppeditat. C. XII Imago divæ Virginis conspicua apparet: de illa vero sigillatim agitur, a qua nomen Ecclesiz sortita est, quam Capellus & Sabbatinus multis ornamentis condecorarunt. **Minores conventuales in templo Apo-**
stole

florum de eadem imagine gloriatur, eaque auctiore, quia In-
scriptionem Latinam habet:

DEIPARA SEMPER VIRGO
CONCEPTA
ABSQUE ULLA LABE.

Hanc a Bellarione Card. Cpoli allatam, frustra dicunt, quum
exploratum sit, ipsos hanc imaginem a Jacobo Vandio Bono-
nienti accepisse. C. XV de Secretario antiquo, sed a Jo. Bapti-
sta Sabbatino splendide renovato, differitur: tum de Imagine
alia divæ Virginis, quæ a Gratia nomen habet, cuique sequen-
tes preces offeruntur: *O Domina mea sancta Maria, me in tu-
am benedictam fidem & singularem custodiam & in finem miseri-
cordia tue, hodie & quotidie & in hora mortis, & animam meam
& corpus meum & omnem spem meam & cogitationem meam,
omnes angustias & miseras meas, vitam & finem vita mea ti-
bi committo, ut per tua merita omnia mea dirigantur & dispo-
nantur opera secundum tuam tuisque Filii voluntatem. Amen.* Præ-
terea C. XVI, Capella S. Mariz Lauretanæ a Christophoro Blanca
erecta describitur, cujus benignam opem hætenus sapissime &
largissime senseras, & in reliquum vita tempus sperat, patrocini-
um quoque in horam mortis suppliciter implorat. A. 1686.
L. IV de amplificatione, instauratione & donationibus Eccle-
siæ factis agitur, maximusque honor ad Adr. I, Greg. IV, Callistum
II, Joannem Cajetanum, Franciscum Cajetanum & Jo. Vinc.
Gonzagam defertur. Dona dederunt Adrianus I, Leo III,
Greg. IV, Nicolaus I, Gelasius II. C. III reliquiæ recensentur; c. IV
consecratio & crux e Mosaico opere confecta, quæ tempore
consecrationis fundamento immersa fuit. C. V Festa Ecclesiæ
propria, Conceptioni, Corpori Domini, Decollationi Jo. Bapt.
Nicolao Barenfi, Adventui Casæ Lauretanæ dicata citantur,
C. VI demonstratur, quod Basilicæ nomen templo egregie
conveniat, licet illud olim Palatiis Regum & Curiis tantum
destinatum esset. Simul aliarum Basilicarum mentio fit, quæ sub
eodem S. Mariz in Cosmediu nomine præsertim apud Neapolitanos
& Ravennatenles celebres evaserunt. p. 205. L. V. de Dia-
conis Regionariis & Cardinalibus hujus Ecclesiæ tractatur, in-

ter quos Vincentius Gonzaga & Hieronymus Columna præstant. Simul docetur, quomodo Ecclesia sit Presbyterialis facta, quoque modo Cardinales possessionem capiant. L. VI dilquiritur, quales Ecclesia sacerdotes usque ad Sec. V habuerit, tum de statu illius sub Monachis Benedictinis Congregationis S. Justinæ, addita Chronologia Abbatum, qui Ecclesiam gubernarunt. L. VII Status Ecclesiæ Parochialis exponitur, quæve ratione a Pio V in eum restituta fuerit, quum diu jura illa amississet. C III Fines Parochiæ; C. IV seqv. Ecclesiæ in confinio existentes & subditæ describuntur, nempe S. Stephani, Mariæ Ægyptiacæ, Aniani, Joannis decollati, Elgii, Puellarum Zocolletarum, S. Theodori, S. Georgii in Velabro, S. Anastasiæ, S. Mariæ Circi, S. Balbinæ, S. Priscæ, S. Sabbæ, S. Sabinæ, S. Alexii, S. Mariæ Aventinæ, S. Lazari, S. Annæ, S. Adriani, S. Laurentii in Miranda, S. Cosmæ & Damiani, S. Mariæ Novæ, S. Sebastiani in Palladio, S. Bonaventuræ, S. Mariæ Liberatricis. Simul illæ allegantur, quæ olim subditæ fuerunt, quales sunt S. Salvatoris, S. Petri & Pauli, Monasterii ad Aquas Salvias, S. Mariæ, Scalæ cœli, S. Pauli ad tres Fontes, Basilicæ S. Pauli, quarum cognitio sine dubio plus commodi Romanis & spectatoribus, quam toto divinis cœlo affiret.

אבן העזר i. e. LAPIS ADJUTORII,

sive

LEXICI PHILOLOGICI HEBRÆO-CHALDÆO-SACRI PARS PRIMA, continens omnes voces Hebraicas & Chaldaicas V. T. in duabus Alphabeti Hebraici literis ALEPH & BETH occurrentes, quæ Commentario Philologico-Theologico illustrantur, ubi vocum Etyma dantur, earum vis & Ægyptiæ ostenditur & diversæ significationes in Scriptura traduntur; collatis omnis generis Paraphrasis & Versionibus tam orientalibus quam occidentalibus; & in subsidium vocatis optimis quibusque Lexicographis, Commentatoribus, Criticis & Scholiastis, Cum Indicibus necessariis. Autore JOHANNE HEESER, Ecclesiastæ Drusburgensi.

Harde-

Harderovici, typis Viduæ Dan. Sas, & sumtibus Autoris, 1716, 4.

Alph. 4 plag. 2.

Magnum atque diffusum opus est, quod Autor in manibus habuit, cujus hanc ipsam partem Primam ante biennium edidit in lucem. Quid præstare in animum induxerit, ex inscriptione libri, quam modo exposuimus, fere constat. In Præfatione huic Parti præmissa sequentia potissimum monenda duxit. In disponendis radicibus earumque derivatis ordinem Buxtorffii, in Lexico minori adhibitum, se secutum fuisse ait; voces Chaldaicas ab Hebraicis Asterisco se distinxisse; in margine ubique Autores adiecisse per quos profecerit; a Summatibus Criticorum nonnunquam dissensisse, sed modeste; Versionem & Notas Francisci Vatabli passim citasse, neque tamen nescivisse Versionem illam cum Prælectionibus, quas Robertus Stephanus sub Vatabli nomine ediderit, pro Versione & Notis Vatabli haut quaquam habendas esse; ad Versionem Græcam Septuaginta Viralem quod attineat, initio usum fuisse Editione Cantabrigiensi & Amstelædamensi, quarum utraque cum Exemplari Vaticano conveniat: circa finem tandem ad manus venisse aliam Editionem secundum Codicem Alexandrinum, Francofurti olim apud Wechelios vulgatam; denique duas Versiones Germanicas a Judæis factas sæpe adhibuisse & citasse, quarum altera, Judæis Polonis attribuenda, prodierit Amstelædami apud Aharonem Hallevi, anno juxta comput. min. Jud. 439 i. e. recup. Sal. 1678, altera, Judæis Belgis vendicanda, typis exscripta sit ab Imman. Athia Amst. 1686: Polonum interpretem Lutheri vitula sæpius arasse, sed Belgam ubique Versionem Belgicam in subsidium vocasse: utrumque tamen hinc inde vel ex Jarchio, vel Aben-Esra, vel Davide Kimchio, interpretationem aliquam interservisse. Atque hæc ex Præfatione Autoris nostri. Nunc ex ipso libro dare quædam specimen pro more nostro placet. Ad vocabulum מרת n hanc sententiam commentatus Noster est: vocem istam ejusdem esse latitudinis cum מן: significare I. proprie *sororem*, & quidem vel *ἀδελφὸς καὶ γνήτιον* seu *germanam*, Gen. XXV, 20, Lev. XIX 12, 13. &c. vel *ὁμοπατρίαν* seu *agnatam*, 2 Sam. XIII, 2. &c. vel

ὁμοουτερίαν seu *uterinam*, Deut. XXVII, 22. &c. II. *synecdochice*, vel *in genere*, *Propinquam*, *Cognatam*, *Consanguineam*, Gen. XXIV, 59, 60, vel *in specie*, *Patruelis filiam*, Gen. XXVI, 7, 9: III. *Popularem gentilem*, Num. XXV, 18: IV. *metaphorice*, *eam que alicujus naturam, mores, opera, fidem & religionem amplectitur*, Jer. III, 7, 8: V. *rem conjunctissimam*, Job. XVI, 14: VI. *alteram*: ex idiotismo enim linguæ S, omnia paria similiaque conjuncta in masculinis exprimi vocibus *Viri & Fratris*, in fœmininis vero *Uxoris & Sororis*. Atque hoc loco visum Autori fuit ad examen revocare locum illum vexatissimum Lev. XVIII, 18, atque inquirere, an in eo de duabus sororibus non ducendis, an vero de polygamia simultanea agatur. Sequutus autem est Cl. Joh. Meyerum, existimans, polygamiam hic expressa lege a Deo vetitam esse, quam ita vertit: & *mulierem (unam) ad alteram ne accipito* &c. cujus sententiæ & versionis decem rationes ex Cl. Meyeri *UXORE CHRISTIANA* adduxit. Pergimus ad particulam הָן, ubi, postquam sat fuit longus Autor in tradendis variis illius voculæ significationibus, hoc postremum notavit; errasse Viros celeb. P. Fagium, Gerhardum, Helvicum, Mullerum, Glassium, Pfeifferum, Carpzovium, Schickardum, Hoornbeckium, qui Judzos. accusaverint, quod dictum Lev. XXVI, 44 vocare solerent *aureum Simium*, den *gûldenēn Zissen*; rem longe aliter sese habere; nam Judzos, quoniam loco citato vocabulum iniziale הָן cum emphasi repetatur, ut more solito innuant, hoc oraculum continere promissionem consolationis plenissimam, idcirco vocare illud den *gûldenēn Zissen*, id est, aureum APH, aureum QUIN ETIAM: (uti alias voces Hebræas deflectere in vernaculam consueverint, dicendo e. g. *ganfen* a גַּן, *tapsen* a טַפּ.) Itaque accusationem istam clarissimorum Virorum fere confimilem esse accusationi Judzorū, qui olim de Servatore nostro pronuntiasent, quod Eliam vocaret, ubi Eli exclamaret. Jam si vocabulum הָן in Lexico nostro Philologico evolviemus, reperimus, Autorem occasione dicti Prov. XX, 26, in quo vocabulum illud sic interpretatus est, ut triturandi instrumentum significaret, varia ex variis antiquis Scriptoribus de ejusmodi instrumentis

mentis in medium adduxisse, tum inprimis etiam de ritibus trituriendi in Syria, Mesopotamia, Persia & Turcia hodieque usitatis, ex Thevenotio complura exhibuisse. Similiter in voce נָנָן reperimus, Heeserum nostrum occasione loci Num. XXII, 23, 24, ubi de Bileamo narratur, quod evocatus a Balacko in Syria fuerit, ut malediceret Israeli, non pauca de evocatione Deorum ex urbe obsessa, tum de urbis exercitusque devotione apud Romanos, differuisse, atque adeo ipsas evocandi & devovendi formulas exposuisse, ritusque illos ab ritu Num. XXII tradito derivasse. Progredimur ad vocem נָנָן, ubi, postquam cum Cl. Braunio observavit Autor, Hebræos per vocabulum istud solere intelligere non tantum vestimenta sic proprie dicta, sed omnia quibus ad tegendum corpus utimur, aut etiam quæ deliciis & luxui inserviunt, quibus substratis laetiores solent insidere, incubare, inambulare, qualia sunt pulvinaria, lecti, stragula, tapetes, & id genus alia, 1 Reg. I, 1, tandem de vocabulo Græco ἐσθῆς adjecit, id eodem sensu a Græcis sumi, præsertim in Novo Testamento, Matth. XXI, 7, 8: *Plurima turba straverunt vestimenta sua in via &c.* De quo loco deinceps Autor edisserit: *utrum autem vestes revera in ipsa terra aut semita strata fuerint, prout mos est hodie apud Europæos, pedibus Regum & Imperatorum, quo die coronantur, tapetes substrerere, an verò juxta viam tentoria & tabernacula, ex vestibis arborum ramis impositis, consecerint, ad morem festi Scenopegia, ut quidam id explicant, non ausim affirmare. Utrumque enim mensentia fieri poterat absque equitantis periculo, & sæpe ita factum fuisse constat. Fere ejusmodi quid factum fuisse legimus 2 Reg. IX, 13 &c.* Verum unam præterea vocem נָנָן illustrabimus. Hic admodum copiose disserit Autor de *Jure Primogeniturae*, quod Hebræi הַבְּכֹרִית טַבְּחָה vocant, competens illi, qui erat respectu Patris אִינוּן *principium roboris ejus*, respectu Matris כַּחֲרֹם *δυναστεύων μήτρων*, vel qui eum in jure leviratus repræsentabat; cui oppositos reliquos fratres Hebræi vocare solent בני טַבְּחָה *filios vulgares*. Atque hoc jus jam ante diluvium receptum fuisse, ex Historia Caini & Habelis, secundum Autorem nostrum, clare patet.

patet. Nam Habelem fuisse servum fratris sui Caini primogeniti ostendunt verba Dei ad Cainum, qui dedignatione Dei sacrificium ejus averfantis percussus timuerat, ne excidisset sua in fratrem potestate. Deus autem illi potestatem in Habelem confirmat, his verbis אֵלֶיךָ תְּשׁוּקָתִי &c. *ad te appetitus ejus, & tu illi dominaberis.* Gen. IV, 7. Erat autem primogenito sua הַבְּכֹרִית, uti vocant Hebraei, seu ἐπιβάρδιον μέγας, *prærogativa multiplex.* Primo, in paterna familia cum adhuc esset primogenitus, lautior ejus erat fortuna, dignatio major, subjectio ceterorum fratrum quovis majori officio & studio eum colentium, Secundo, primogenitus extra familiam paternam erat reliquorum fratrum Dominus. Tertio, primogenitus, in distributione hæreditatis paternæ, accepit שְׁנַיִם פָּרְסֵי, *portionem duplicem.* Quarto, primogenitus singularem Patris benedictionem & longe uberiores ac fecundiores, quam ceteri fratres, obtinuit. Quinto denique primogenito cedebat Jus Sacerdotii; quod non ita intelligendum est, quasi reliqui fratres a sacrificandi munere plane fuerint exclusi, sed quod præ ceteris fratribus in jure Sacerdotii Primogenito tria potissimum pulchra & eximia fuerint; primum, quod Parentis supersit loco sacrificare potuit; alterum, quod Patre defuncto, necdum ex eadem familia digressis fratribus, primogenitus solus sacerdos fuit; tertium, quod fratribus in proprias familias transeuntibus adeoque Sacerdotii jus requirentibus, primogenitus tamen ceteris fratribus, quamvis sacerdotibus, in dignitate sacerdotii anteciperet. Atque hæc fere sunt, quæ de Primogenitorum prærogativis Noster deduxit; qui deinceps de eo disquisitionem, num soli primogenito ex Patre, an etiam Primogenito ex Matre prærogativæ istæ convenirent; tandemque de ratione primogenituræ tum civili tum mystica complura proposuit ac pertractavit. Nobis ex libro varia eruditione referto hæc pauca, quæ adduximus, delibasse sufficiat.

A DISCOURSE OF THE EVERBLESSED TRINITY
in Unity.

h. c.

DISSER.

MENSIS SEPTEMBRIS A, MDCCXVIII. 409
 DISSERTATIO DE TRINITATE IN UNI-
 tate, una cum Examine libri Clarkiani, qui doctrina
 S. Scripturae de Trinitate inscribitur; Autore THOMA
 BENNET, S. Th. D. & Vicario S. Aegidii

Criplegatens.

Londini, apud Wilh. Innys, 1718, 8.

Plag. 18.

CL. Clarkii *Doctrina Scripturae de Trinitate*, quam in Actis
 Anno 1713 p. 258 lqq. recensuimus, adversarios antehac
 nacta est Gastrellum Episcopum, Eduardum Wells, Autorem
 anonymum *Doctrina Scripturae de Trinitate vindicata*, alios-
 que plures; sed illi saltem partes quasdam ejus refutandas sibi
 sumserunt. Rev. autem Bennetus, jam alias in Actis nostris
 laudatus, paulo plenius atque penitius illum in hoc libro excu-
 tere voluit. Dissertationem, quae primo loco comparet, in qua-
 tuordecim dividit Capita. Cap. I Cl. Clarkio, quem continuo al-
 loquitur, declarat potissimum, se calamum contra ipsum arri-
 puisse, quod errores ejus non minus certi quam periculosi sint,
 & ab eo profecti, cujus alias multum valeat autoritas. Cap. II
 de Paternitate Dei inscripto, Deum generali quadam ratione
 omnium hominum, particulari Christianorum, & speciali Jesu
 Christi Patrem esse docet. Cap. III agit de unione divinae &
 humanae naturae in Jesu Christo. Cumque Clarkius videatur
 dubitasse de humana anima Christi, saltem non libere de illa
 sententiam suam exposuerit, Noster praecipue illam ibi probare
 satagit. Cap. IV ex Luc. I, 30, 31, 34, 35 & Act. XIII, 32, 33
 asserit, quod Christus homo dicatur Filius Dei, non solum quod
 virtute Spiritus S. conceptus, sed etiam quod a mortuis a Deo
 resuscitatus sit. Cap. V statum controversiae format, scribens,
 in eo Clarkium secum consentire, quod Jesus divinam habeat
 naturam, & Verbum sive divina natura Christi Deus in Scriptu-
 ra appelletur, in eo autem a se dissentire, quod Verbum non pro
 vero Deo, hoc est, ente per se ipsum existente, habeat, sed illud
 hocce inferius esse existimet. Causam quoque investigat, qua
 factum, ut aliqui divinam naturam Christi vero Deo inferiorem
 habuerint. Observat nimirum, quod sicuti homo partibus

P. 3.

5. 6.

7.

8 sq.

16 sq.

19.

20 sq.

F ff

plane

plane a se invicem diversis, anima & corpore, constet, & probe distinguendum sit inter id, quod corporis, & quod animæ ratione habita de homine affirmetur, ita etiam duarum naturarum in Christo maxima sit differentia, atque adeo non minus distinguendum sit inter illud, quod respectu divinæ, & quod respectu humanæ naturæ de illo prædicetur. Hac vero regula a nonnullis minus observata, errores circa Trinitatem enatos esse. Vidisse illos, quod Christus aliquando in Scriptura tanquam vero Deo inferior describatur, tumque de divina natura ejus sermonem esse putantes inde conclusisse, quod licet Verbum Deus appelletur, tamen Deus sit vero Deo inferior; eoque reliqua loca ad mentem suam detorhisse, quæ de divinitate Salvatoris nostri loquantur. His observatis Cl. Autor sententiam suam confirmare, & Clarkium confutare aggreditur, probando partim, quod Scriptura non doceat, Verbum vero Deo esse inferius, partim quod Scriptura doceat, Verbum esse verum Deum. Probaturus, quod Scriptura non doceat, Verbum vero Deo esse inferius, illa loca examinat, quæ docere illud creduntur.

23 sq. Primus locus est vexatus ille Apostoli Philip. II, 6 sqq. sed illi explicando ut viam paret, antea Cap. VI illa loca considerat, quæ de exaltatione Salvatoris nostri in cœlum, ejusque effectibus agunt, & ostendit, quod hæc exaltatio non nisi humanam ejus naturam respiciat. Jamque Cap. VII verba Phil. II, 5-11 prolixè explanat. Putat autem, quod de divina natura Christi nullus plane ibi sermo sit. Idque ut demonstrat, ante omnia peculiarium quarundam phrasium sensum declarare studet. Sic *ἐπιπείθεσθαι* cum Whitbyo & aliis significare ibi putat *vehementer appetere, vel respicere rem aliquam ut valde appetendam & arripendam*. Et τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ cum eodem e LXX Interpretibus reddit *esse, vel apparere tanquam Deum, vel esse in similitudine Dei*. Cumque phrasis illa non necessario requirat exactam æqualitatem, concedit, quod idem importet, ac *ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπαίχων*. Verba *ἑαυτὸν ἐκένωσεν*, quæ Clarkius exposuerat, *evacuabat semet ipsum, æque bene exponi posse censet, semet ipsum abjectum, vilem vel contemptibilem reddebat*. De verbis, *ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπαίχων*, primo quidem,

[43 sq.

dem, rejectis illorum sententiis, qui ad Christum in his terris a-
 gentem illa applicant, evincit, quod Christus ante incarnatio-
 nem εν μορφῇ Θεῶ extiterit. Deinde pluribus disquirens, quo 48 sq.
 sensu Christus ante incarnationem εν μορφῇ Θεῶ extiterit, ob-
 servat potissimum, quod, vero Deo in V. T. apparente, angelus
 aliquis divinæ majestatis personam gesserit, atque adeo ille εν
 μορφῇ Θεῶ & Ἰσα Θεῶ fuerit. Cum igitur Christus Angelus Dei
 toties in Scriptura appelletur, idemque εν μορφῇ Θεῶ, & Ἰσα Θεῶ
 fuisse diserte Apostolo dicatur, hoc ipso innui putat, quod o-
 lim sub veri Dei symbolo apparuerit, & divinæ majestatis per-
 sonam representaverit. Verba εν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενό- 67.
 μενος, licet post μορφῇ δέλε posita, tamen ante illa construit,
 & tum sequentem versum ita fluere putat: Et, vel quin imo, vel
 præterea figura inventus ut homo &c. Phrasibus Apostoli potio- 68.
 ribus explicatis, & subjuncta verborum ejus paraphrasi, Cl. Au- 69 sqq.
 tor disquirit porro, de quonam ante intelligente ibi sermo sit,
 existimans, quod, cum divina natura Christi illud esse nequeat,
 utpote nec humiliationem nec exaltationem admittens, non
 nisi de anima Christi humana Apostolus loqui potuerit. Imo 74 sqq.
 quod non nisi de eadem loqui potuerit, si etiam ponamus, quod
 λόγος vero Deo sit inferior, multis ostendit. Et hinc amplecti-
 tur sententiam illorum, qui animam Christi ante incarnatio- 83 sqq.
 nem ejus præxstitisse statuunt, ex eaque alia quædam Apostoli 87.
 loca illustrare conatur. Ante foundationem mundi autem ani-
 mam Christi præxstitisse putat. Eoque refert Joh. XVII, 5,
 ubi Christus Patrem rogat, ut glorificet ipsum gloria, quam ha-
 buerit, antequam hic mundus fuerit: & v. 24, ubi declarat, Pa-
 trem dilexisse ipsum ante foundationem mundi. Hæc enim
 verba de divina natura Christi exponi non posse, inde concludit,
 quod Christus eo tempore, quo illa locutus sit, non naturaliter
 fruitus sit gloria quadam vel felicitate, quam antea possederit,
 quodque Patrem propterea roggerit, ut illi restitueretur. Non
 ergo intellexisse illum gloriam vel felicitatem, quam ut verus
 Deus habuerit. Illam enim essentialem ipsi fuisse & insepara-
 bilem. Idem quoque, ratione Clarkii habita, qui λόγος vero 88.
 Deo inferiorem habet, præbare annitur. Porro huc refert

- p. 89. loca 1 Petr. I, 19, 20, 2 Tim. I, 9, 10, Ephes. I, 4, Tit. I, 2, 1 Cor. II, 7, ex iisque colligi, quod humana anima Christi facta sit, cum Deus mundum præparaverit. Indeque Christum *πρωτότοκον πάσης κτίσεως*, & *τὴν ἀρχὴν τῆς κτίσεως τῆ Θεοῦ* Paulo appellari. Antequam vero pergat examinare loca illa, quæ doceri creduntur, quod Verbum vero Deo sit inferius, evincere studet, partim quod tempore ministerii Christi discipuli ipsam pro merito homine, ducto & adjuto a Spiritu Sancto, habuerint, partim quod eodem tempore divina natura in Christo homine quiescerit. Prius Cap. VIII probat (1) ex eo, quod in N. T. nullus locus occurrat, ex quo pateat, quod discipuli tempore ministerii Christi divinam ejus naturam agnoverint. Cumque in contrarium allegari possit Joh. XVI, 30, ubi discipuli Christum omnia scire fatentur, Noster observat, (2) quod etiam ut nudus homo omnia sine exceptione, Spiritus S. revelatione, scire potuerit: (3) quod ex contextu appareat, discipulos ibi nihil aliud, quam summam scientiam, vel earum quoque rerum, quæ nudus homo perscrutari nequeat, Christo tribuisse; quemadmodum alias etiam phrasibus *scire omnia* non pro absoluta rerum omnium scientia 2 Sam. XIV, 20, 1 Joh. II, 20, 27 adhibeatur. Et ad hanc explicationem confirmandam observat ulterius, quod discipuli ex eo, quod Christus omnia noverit, concluserint, ipsum a Deo venisse, hoc est, verum esse Prophetam. (1) Quod eadem dona atque miracula, quæ Christus exercuerit, etiam in discipulis ejus deprehensa sint; atque adeo inde divina ejus natura ab iisdem discipulis colligi non potuerit. (2) Quod verba Christi de se ipso pronunciata eandem discipulis minus notam fecerint. In illis autem explicandis Rev. Autor a recepta hactenus Theologis orthodoxis sententia multum sæpè abit. Sic loca quibus Christus se descendisse de cælo, & ante Abrahamum fuisse declarat, ex hypothesi sua de præexistentia animæ ejus interpretatur. Et quum Mem se unigenitum Dei filium appellat Joh. III, 16, 18, hoc ideo fieri cum Socinianis arbitratur, quod Christus solus secundum humanam naturam tam vere a Deo genitus sit, quam alias homo a Patre: ut plura jam taceamus. Posterior, sive quod divina natura, tempore ministerii Christi
- 90.
- 91.
- 92.
- 93-94.
- 94 sqq.
- 106 sqq.
- Christi

Christi, in ipso quieverit, hoc est, influxus suos, personali non obstante unione, cum humana ejus natura non communicaverit, Cap. IX tuetur. Nempe ex eo, quod Christus creverit sapientia Luc. II, 52, concludit, quod Verbum, tempore infantiae Christi, in ipso quieverit, atque adeo alio etiam humiliationis ejus & ministerii tempore quiescere in eodem potuerit. Cum igitur ex Scriptura demonstrari non possit, verbum, tempore ministerii Christi, nunquam in ipso quieverit, nec ratio dari, qui Christus, si Verbum non in ipso quieverit, diem ignoraverit novissimum, omnino etiam statuendum esse existimat, quod Verbum in Christo homine quieverit; maxime cum & tentatio Christi in deserto, agonia in hortu, verba ad Petrum Matth. XXVI, 53, derelictio in cruce, locus item Apostoli Hebr. II, 7, 9 idem satis confirmant. Quod autem non aliquando saltem, sed semper, Verbum, tempore ministerii Christi, in ipso quieverit, valde probabile Nostro videtur (1) ex eo, quod nusquam inveniamus divinam naturam aliquando se in Christo homine manifestasse. Omnia enim, quae Christus egerit, etiam ab homine, Spiritus S. ductu & adjumento, agi potuisse, supra a se jam demonstratum esse inquit. (2) Quod Christus constanter ita repraesentetur, ac si penitus sub Spiritu S. ductu fuerit. (3) Quod status Christi eo tempore, ut status tentationis nobis ob oculos ponatur. (4) Quod Verbum certo tempore, speciatim sub initium & finem ministerii Christi in ipso quieverit, nullum extare indicium, nec quod tempore intermedio minus quieverit. Illustrat quoque sententiam suam ab anima rationali, quae licet personaliter unita sit cum infante nato, & homine adulto dormiente, tamen facultates suas in illis non exserat. Post exaltationem, vero Verbum in Christo homine quiescere desiisse. Illam autem non a resurrectione, sed ab ascensione initium cepisse, & Christum, quoad animam Spiritu S. copiosissime unctam, semet ipsum resuscitasse, & ad ascensionem usque Spiritu S. ductum esse; eo vero quod inter resurrectionem & ascensionem intercedit, tempore non quidem statum passionis, at tamen nihil amplius agnoscit in Christo, quam introductionem ad immensam gloriam, mox plenius apparituram, ac tum de-

p. 125 sq.
127.

128.

129 sq.

156.

147.

158.

149. 150.

- mum Christum discipulis suis divinam naturam suam revelasse, arbitrat. Jamque pergit examinare loca illa, quæ de Verbo, tanquam vero Deo inferiore, adduci solent, Cap. X agens de loco Matthæi, ubi Christus diem novissimum ignorasse dicitur, & Cap. XI de verbis Christi Joh. XIV, 28: *Pater meus major est me*, aliisque locis, quæ Patrem Christo majorem repræsentant, eaque præcipue vindicat partim ex hypothesi illa, quod Verbum, tempore ministerii Christi, in ipso quieverit, partim ex regula, quod, si contextus & circumstantiæ permittant, illud, quod relative de duabus naturis dicatur, restringendum sit ad illam naturam, cui proprium illud sit, eaque consideranda non ut actualiter separata, sed ut realiter distincta ab altera, quamvis eodem tempore arctissime cum illa conjuncta. Eaque occasione asserit, quod Christus secundum humanam tantum naturam Filius Dei appellatur, illa interim concedens, quæ Theologi de æterna generatione Verbi docent. Et Christum *imaginem Dei* 2 Cor. IV, 4 appellari putat, quod in humana natura Deum repræsentaverit, non solum cum anima ejus præexistens temporibus antiquis Divinæ majestatis personam egerit, sed etiam cum postea dominium in omnem creaturam exercuerit. Eamque explicationem firmare annititur ex Coloss. I, 15, ubi Christus vocatur *imago Dei invisibilis*. Eo enim innui putat, quod imago ipsa visibilis sit, atque adeo non nisi de humana ejus natura intelligi possit. Cap. XII probat, quod Scriptura doceat, Verbum verum esse Deum, (1) ex Joh. I, 1, ejusque loci orthodoxam explicationem contra Clarkii objectiones solide defendit, (2) ex 2 Tim. II, 5, (3) e verbis Psalmi CII, 25—27, ab Apostolo Hebr. II de Christo explicatis. Cap. XIII ex 1 Cor. II, 10, 11 & Luc. I, 32 ostendit, quod Spiritus S. sit verus Deus, & ad illa loca respondet, e quibus patere quidam putant, quod Spiritus S. sit essentia differens a vero Deo, derivata ab illo, eique subordinata; & hæc inter ad Joh. XVI, 13—15, ibique allegoriam esse a legato, non nisi illa, quæ Princeps in mandatis ipsi dedit, loquente, præclare observat. Denique Cap. XIV Trinitatem in unitate probat. Quantum ad Examen libri Clarkiani, in illo Cl. Autoris de singulis, præsertim in parte ejus secunda, quæ a prima

p. 151 sq.
156 sq.

167.

161. 162.

171.

175 sq.

191. 192.

197 sq.

202 sq.

206 sq.

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXVIII. 415

ma pender, occurrentibus propositionibus sententiam suam breviter declarat, Lectorem ut plurimum ablegans ad illa Dissertationis loca, in quibus plenius illas examinavit.

*SAGITTARIANÆ INTRODUCTIONIS IN
Historiam Ecclesiasticam Tomus II, exhibens supplementa
Tomii primi & ejusdem continuationem de conciliis & collo-
quiis, curante JO. ANDR. SCHMIDIO, D. PP. Ord.
Theol. in Acad. Julia Seniore & Abbate
Mariævallensi.*

Jenz, apud Joh. Felicem Bielckium, 1718, 4.

Alph. 9 pl. 3.

Sagittarianam introductionem, quamvis in suo genere olim reliquis accuratorem, accessionibus tamen plurimis augeri posse dudum animadverterunt eruditi. Hanc operam quam B. Autor nondum absolutam aliis pertexendam reliquerat, ex ultima ipsius voluntate suscepit venerabilis Abbas Schmidius, qui tamen fatetur, largissimam addendorum messem adhuc superesse. Misso vero Tomo Primo Introductionis, cujus in Actis 1695 p. 139 sq. mentionem fecimus, nunc recto quidem non tamen immutato, secundum lustrabimus. Sunt in eo supplementa non unius generis. Alia solum a Sagittario dicta illustrant, corrigunt, & novis observationibus augent. Et hæc quidem supplementa collecta fuerunt partim ex iis quæ B. Sagittarius exemplari suo ex quotidiana lectione annotaverat, partim ex B. Sluteri propylæo, secunda vice edito, quod is ipse operis Sagittariani supplementum esse voluit. Acceperunt alia venerabilis Editoris & paucorum amicorum imprimis Theodori Hafzi observata, quæ postrema stellula indicantur. Hujus generis additamenta infinita sunt, nec recensio eorum institui commode potest. Alia supplementa capitibus Sagittarianis materiis integras addunt. Sic capituli I de Evangelistis & Apostolis §. I exhibet scriptores, qui catalogos commentatorum in Scripturam S. N. T. ediderunt, §. II eos, qui harmoniarum ex Evangelistis contextarum scriptores enarrant, §. III, IV, V, VI, ipsos harmo-

harmoniarum scriptores, §. VII, VIII, IX, X, XI eos, qui vitam Christi variis observationibus historicis illustrarunt, §. XI, qui de Josepho & Maria egerunt, §. XII, qui de Johanne Baptista, §. XIV, XV, XVI, XVII, XIX, qui Apostolorum historiam dederunt, §. XIX, qui discipulorum, Evangelistarum & virorum Apostolicorum notitiam præbuerunt, C. II §. XX agit de scriptoribus Græcis historiz Ecclesiasticæ deperditis ante Eusebium, Alia denique supplementa integris capitibus argumenta a B. Sagittario neglecta exhibent. Capita autem a Venerando Auctore data leguntur in Sectione II, quæ est de conciliis & colloquiis, ubi Cap. I de Tomis Conciliorum, C. II de canonum Ecclesiasticorum collectionibus agit, III varia scripta de conciliis & canonibus exhibet, IV de conciliis speciatim, ordine alphabetico digestis, tradit. Annectitur appendix de colloquiis ecclesiasticis post reformationem habitis & serie chronologica dispositis, nec non conventibus quibusdam huc spectantibus. In hac conciliorum & colloquiorum historia brevi momenta potiora exposuit, tempus, locum, præsidem & assessores, acta & decreta, præcipuosque canones, consequentia, & autores, qui argumenta controversa vel ventilaverunt, vel illustrarunt.

Insuper in his supplementis passim sunt observationes rariores novæ & curiosæ. P. 14 lqq. probatur, fabulam esse de anonymo harmoniz Evangelicæ conditore perhibentem, eum in bibliotheca Jac. Ufferii repertum & ex Anglico in Germanicum sermonem esse translatum, verumque autorem rectius haberi Knorrium a Rosenroth. Prolusionum Marianarum continuationem summe Rev. Autor promittit p. 33. P. 75 narratur, B. Sagittarium novam historiz sacræ Sulpitii molitum fuisse editionem locupletissimo imprimis indice instructam, tum ipsum quoque venerabilem Abbatem de nova editione omnium Sulpitii operum aliquando cogitasse. P. 137 inseritur ex autographo Francisci Balduini consilium de Historia Ecclesiastica, quæ centuriarum Magdeburgensium nomine venit, conscribenda. P. 181 refertur, Johanni Andreæ Bosio curam partis posterioris compendii historiz Ecclesiasticæ Gothanz a Duce Ernesto fuisse oblatam, sed Bosium laborem declinasse & Boclerum

com:

commendasse, qui voluntati Principis vel ipse vel per alium factis fecerit, Gudenium antiquitates Grubenhagenses moliri, p. 324, Historiam vero Ecclesiasticam Luneburgensem proxime evulgaturum Jo. Georg. Bertram, p. 345 nuntiatur. P. 446 promittit Venerab. Autor Chronicon Abbatum Marizvallensium, pluribus diplomatibus Imperatorum, Pontificum, Ducum & aliorum locupletatum. P. 572 suspicatur Hafæus, Annales Schirenscs Jo. Aventini Biponti 1600 editos & rarius antehac prostantes eosdem esse cum VII libro annalium Boicorum, quod quidem aliter se habere intelligent, qui vel nuperam Annalium Schirenscium editionem, a nobis in Actis A. 1717 p. 143 memoratam, quæ in omnium manibus est, cum Annalibus Boicis comparabant, Chronicon Stederburgensis monasterii conscripisse J. J. Voigt hæctenus ineditum, p. 573 discimus, Acta concilii Basileensis Hermannum ab Hardt collegisse, digessisse, & ad prelum parata habere, p. 887 memoratur. P. 1432 not. (b) Jon. Conr. Schramm notitiam historicam de concilio Tridentino daturum, simulque ineditum aliquod scriptum Italicum publicaturum, quod diarium concilii exhibet, a legato, aut, ut nonnulla exemplaria volunt, Secretario Reipublicæ Venetæ conscriptum, docet. Porro patet e p. 1496, olim sibi proposuisse Venerabilem Auctorem, non modo colloquia atque synodos, religionis causa, inde a tempore reformationis habitas, uno alteroque volumine exhibere, sed & ex iis postea formare colloquiorum historiam. Postquam vero tantum temporis ipsi relictum non fuit, occupabitur solum in edenda historia colloquiorum Wormatiensium patriorum. Reliqua supplebit Jo. Michael Heineccius, Hallensium Theologus clarissimus. Restat adhuc tommus tertius Introductionis, qui exhibebit notitiam Auctorum de ritibus aliisque antiquitatibus ecclesiasticis, persecutionibus, martyribus, & martyrologiis, sanctis, hierarchia ecclesiastica, & ordinibus religiosis utriusque sexus &c. quem post interval- lum aliquod Venerabilis Abbas prioribus junget publicæ luci datum, cui instituto ut vires corporis et otium Viro de Republ. literaria optime merenti largiatur supremum Numen, precamur.

ACTA ERUDITORUM
TRAITE DES PONTS ET CHAUSSEES.

h. e.

TRACTATUS DE PONTIBUS ET AGGERIBUS; Autore HENR. GAUTIER, Architecto & Inspectore viarum regiarum, pontium & aggerum in Gallia.

Parisiis, apud Andr. Cailleau, 1716, 8.

Plag. 14 Fig. zn. 26.

Clarissimus Autor, cum animadvertisset, de pontibus non nisi pauca a nonnullis Architectis perscripta haberi, ab aliis vero præceptiones de magni momenti operibus omnino prætermitti, arbitratus est, non abs re fore, si data opera aliorum de illo argumento observationes in summam cogeret, atque iis suas adderet, quas usu longaque experientia comprobatas deprehendit. Itaque triginta & septem capitibus absolvit tractatum suum, & Cap. I generatim de pontibus veterum Romanorum, & iis, qui hodie in Italia, Gallia, & Britannia celebrantur, historice saltem exponit, & quæ Palladius, Albertus, Serlio, Blondellus de his commemoraverint, in compendio refert. C. II distribuit pontes in lapideos, ligneos, natantes, ductarios, &c. et c. III, IV nomina partium in pontibus præcipue obviarum, explicat. Tandemque Cl. Autor c. V rem ipsam propius aggressus, de idea & delineatione erigendorum operum, verba facit. Jubeat autem, ut fluminis latitudo, & respondens ei numerus pilarum, in recta linea collocandarum, autè omnia desiniatur: deinceps bokide aquarum altitudo, terebra autem soli subjecti conditio, studiose explorentur, & in profilo annotentur; indeque palationis efficiendæ, & fundamenti jaciendi moles, amplitudo, pilarum robur, atque impendendi temporis & sumptuum ratio, æstimentur. Hinc c. VI de magnitudine pontium & arcuum differit, præcipitque, ut perpendicularis rectorum pilarum altitudo aquarum profunditatem, quam in maximis inundationibus habuerunt, tribus superet pedibus: præterea recte, censet, justam amplitudinem arcubus esse tribuendam, ne alveo nimis coarctato aquæ in inundationibus accumulatz & rapidius

rapidius provolutæ, fundam sub ponte, ac fundamenta columnarum eluant, atque hæc ruinosa reddant. Rapiditatem autem undarum c. VII docet infringere, derivationibus in alveum ampliaturum, vel, si flumen non est navigabile, transversis palationibus, inhibito & quasi sursum directo aquarum impetu; Quando ponte flumen committendum est, C. VIII opinatur, factu id fore facillimum, si in alveum novum, opportunissimo tempore, aquæ deriventur, vel saltem, via ordinaria, quantum licet, amplissima reddita, minus profundæ efficiantur. C. IX Instrumentorum necessariorum notitiam architecto commendat, c. X, XI, XII de lignorum delectu, sectione, nec non c. XIII de palis agit. Tum c. XIV, XV contabulationum, quibus constituendorum arcuum figuræ repræsentantur, requisita & perfectiones, nec non c. XVI, XVII instrumenta nonnulla, quæ huc spectabant, potissimum arcas prægrandes, ex trabibus, festucatione in terram detrusis, coagmentatas, describit. Hoc labore defunctus lapideos pontes proxime contemplantur, atque eum in finem c. XIX, de eorum fundamentis, et c. XIX, XX, XXI, XXII, de pilis, arcibus, coronicibus & peribolis, tandemque etiam c. XXIII, pontibus subliciis, et c. XXIV iis, qui naviculis imponuntur, itemque c. XXV ductariis, & c. XXVI mobilibus aliis, maxime funalibus, nec non c. XXVII de scopulis artefactis, quibus glacies in pontes impetum factura comminuitur, sigillatim agit. Reliqua capita dicavit Dictionario, quo voces, quæ circa pontium constructionem imprimis erant memorandæ, ordine alphabeti enumerat atque interpretatur: cui accedit figurarum æri incisarum uberior explanatio.

Hæc de libello præsentis satis. Eiusdem nunc auctoris Tractatum, quem de materia cognata scripsit, sequenti anno seorsim editum, subjungimus.

DISSERTATION SUR LES CULEES, VOUSOIRS, Piles & poussees des Ponts.

h. c.

DISSERTATIO DE ERISMATIS, FORNICIBUS, pilis & anteridibus pontium; Autore GAUTIER Architecto &c.

Ggg 2

Parisii;

Parisius, 1717, 8.

Pl. 5 $\frac{1}{2}$.

IN principio hujus dissertationis Autor quinque repetit quæstiones difficiles, quarum solutionem nuper ab eruditis postulaverat. Scilicet quærit (1) quænam spissitudo erismatis, juxta terram in extremis pontium lapideorum constituendis, habita & magnitudinis arcus & oneris sustinendi ratione, conveniat; (2) quæ item pilarum, & (3) fornicum, in qualibet a clave distantia amplitudo necessaria sit; (3) nosse desiderat amplitudinem arcuum ejusdem diametri, ut maximis molibus ferendis sufficiant; (5) tandemque sollicitus est de murorum vallis terreis obnitentium amplitudine. Primam itaque, eamque facile præcipuam, quæstionem, excussis prius aliis, super ea re vulgatis, architectorum sententiis, sequentem in modum explicat. Dati arcus diameter AM, indefinite continetur in C, deinde ex A puncto, quod immobile fingitur, erigatur alia infinita AD, & in clavem fornicis dirigatur AE; fiat porro $AE = AB = AD$, & DEB habeatur quadrans circuli: tum ex I demisso perpendicularo IN, fiat $GH = IN = AN$, erit GHVA erisma atque propositi. *Demonstratio* habetur hæc: nam sit AB trabs, hæc ex A suspensa, ut firma sit, æquilibrio opponenda est, præterquam eo in casu, quando AB perpendicularis reddita in AD, solique puncto A innixa, vacillare nequit, ubi vero situm AE nacta est, media inter AB & AD gravitate pollere judicatur, atque ita AB posito = 90, AD = 0, foret $AE = 45$, ergo $AV = \frac{1}{2} AB$ vel GH sustinet AE. At enim vero vel in prima æquilibrii fundamenta impingit *Gautierius*: nam AE non tantum quantum AN, sed quantum AF gravitat, pro distantia nempe rectæ lineæ directionis EF, a puncto quietis A; vel in libra & vecte vires crescunt & decrescunt sub ratione sinuum complementi ad radium sive $AF : AE$ &c. atque adeo non AV, sed AT esset ferendæ trabi AE opponendum. Nolumus plura ad vivum refecare, aut reliquas demonstrationes, quæ passim errores memoratos, partim nondum certa experimenta supponunt, morosius excutere, postquam ex his abunde patuit, *Gautierium* theorizæ

TAB. IV.

Fig. 5.

theoriae auxiliis destitutum, frustra gravissimum artis architectonicæ caput sollicitasse, & nondum anxie expetitam jactatamque in re maximi momenti apodicticam certitudinem esse consecutum.

*JOHANNIS GAUPPII, LINDAV. ECCL. MIN.
Ephemerides motuum cælestium secunda, tertia, & quarta
ad annos 1718, 1719, 1720. &c.*

Aug. Vindel. typ. & sumt. Casp. Brechenmach. 1718, 4.

Pl. 12 $\frac{1}{2}$. fig. æn. 6.

Continuatio est hæc Ephemeridis, quam superiore Anno Mense Aprili recensuimus, in qua Cl. Autor eisdem fundamentis methodoque suum calculum superstruxit acibi indicavimus, hoc solum discrimine, ut jam hic loci nonnisi longitudes & latitudes planetarum exhibeat, una cum Aspectibus & Eclipsibus eorundem, cæteris quæ nullum tam insignem usum haberent, omiſſis, nullaque etiam calculi immerſionum & emerſionum primi satellitis Jovialis mentione facta. Cæterum cum etiam Cl. Autor; projectiones Eclipsium Solarium Manfrediana & Hafiana, nuper edita Tomi VII Supplem. Sectione I recensæ, visæ essent, ipse in præfatione monet, relicto modo suo projiciendi, quem hæctenus peculiarem habuerat, eandem methodum sibi imitandam proposuisse, adeoque ex editis Manfredianis Ephemeridibus tabulas harum eclipsium, quæ exhibent phases, quibus terrestri noster globus & præcipue Europa ab iis afficiantur, repræsentantes excerptisse. Potiora vero momenta tum integri calculi eclipsium, tum quæ ad constructionem harum tabularum requiruntur, in fine Ephemeridis cujusque subnexuit. Spemque facit, præpediem etiam trinorum aliorum decenniorum ad mediam usque hujus seculi pertinentium a se edendorum.

**Christoph Friedrichs von Geißler neue, curieuse und
vollkommene Artillerie.**

hoc est,

Ggg 3

CHRI.

422 ACTA ERUDITORUM
CHRISTOPHORI FRIDERICI DE GEISLER
Pyrotechnia nova, curiosa & perfecta &c.

Dresdæ, apud Joh. Christoph. Zimmermannum, 1718, in fol.
Alph. 2 Tab. zn. 15 cum Figuris multis textui insertis.

Nobilissimus Autor, Potent. Regis nostri quondam Chili-
arha & rei tormentoriæ in campo Præfectus, in hoc opere
se congestisse fatetur, quæ partim ab aliis inventa 40 annorum
praxi perquam utilia deprehendit, partim ipsemet excogitavit.
Interfuit autem obsidionibus 25, expugnationibus munimen-
torum 24 & tribus præliis. Libro primo de re tormentaria agit,
ubi regulam calibræ & hodie usitata tormentorum genera cum
omni apparatu describit. Commendat imprimis, ut globi pul-
vere nitrato repleti ex tormentis explodantur, adhibitis artificiis
a se inventis. Cumque alias ad refrigeranda tormenta utan-
tur aceto, spiritu vini, urina &c. ipse experientia fretus aquam
communem laudat. Vidit enim aquam profuisse, cum ex tor-
mento majore per diem 200 jactus fierent. Librum secun-
dum de ignibus nocivis inscribit, ubi de globis majoribus pulve-
re nitrato repletis, nec non de minoribus & variis mortariorum
generibus globisque incendiariis tractatur. Inter alia notatu
dignum est ipsius inventum de granatis manualibus ope bom-
bardæ communis projiciendis, probatam A. 1668 *Fridericò*
Wilhelmo, Electori Brandenburgico. Liber tertius tormento
insititio & quartus cuniculis subterraneis destinatur. Hos ex-
cipit appendix gemina, prior de pontibus navalibus, posterior
autem de ignibus festivis. Reperiuntur in hoc libro nonnulla,
quæ alibi frustra quæsieris.

DIPLOMA CAROLI M. IMPERATORIS
de scholis Osnabrugensis ecclesiæ Græcis & Latinis critice
expensum ab A. F.

A. MDCCXVII, 4.

Pl. 6.

Dum studio diplomatum accensi historici omnia tabularia
excutiunt, omnesque chartas antiquitatis aliquam speciem
præ

præ se ferentes temere arripiunt, inundata veluti est dubiis tabulis historia Germanica, novamque hanc opem Viros eruditos & ingeniosos poscit, ut cautius credere alios doceant. Et habuimus certe sagacissimos illorum studiorum arbitros, quibus nunc Anonymus noster accedit, quem quidem latere, ipsa hæc sua dissertatio; Hannovera ad nos transmissa, non patitur.

Fidem diplomatis Osnabrugensis jam olim Viri quidam eruditi in dubium vocarunt, alii palam spurium esse professi, alii subdubitanter de eo statuentes. Major tamen eorum numerus, qui genuinum putarunt, adeo ut nuper Vir doctissimus non dubitaverit, autoritate privilegii hujus Carolum M. Gymnasii Osnabrugensis conditorem laudare. Utriusque causæ patronos simulque varias editiones diplomatis ubi enumeravit Autor, ipse id impugnatum it. Apponit vero diplomatis ipsius verba, additis Erdmanni & Crantzii diversis lectionibus, secundum exemplum a Ferdinando Episcopo Paderbornensi ex autographo omnium accuratissime ad calcem Monumentorum Paderbornensium descriptum. Primo statim varia illum offendunt, quæ ab usu Caroli aliena aliorum diplomatum & scriptorum autoritas damnat. Formula scilicet initialis: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis*; literaque K in nomine Caroli; & titulus: *Imperator Augustus, Romanum gubernans imperium, qui & Rex Francorum & Langabardorum, nec non modo dominator & Saxonum*; & formula intimationis: *Notum sit omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus nostrisque*. Inscriptionem vero *dominatoris Saxonum* etiam cum prudentia Caroli male convenire putat. Nomen *Osnabrug* non Caroli M. sed Ottonum ætatem sapere, & anno 804, quo conscriptæ fuerunt tabulæ, nec locum hunc, nec loci Episcopum extitisse arguit, ipsum autem Vihonem presbyterum, quem Episcopi nomine venditent, jam anno præcedenti mortuum esse. Veritati minus consentaneum esse, Episcopatum hunc, aut si mavis ecclesiam, a Carolo M. quod vult diploma, primam omnium in Saxonia conditam esse. Si enim de ecclesia accipias, esse scriptores fide dignissimos, qui Erisburgensem, aut Sigeburgensem, aut Paderbornensem antiquitatis laude præferant, de

p. 3. 4.

5.

8.

9.

10.

12.

14.

19.

20.

Episco-

- p. 21 seq. Episcopatu intelligas; civitates Bremensem, Verdensem, Halberstadiensem, Paderbornensem, Monasteriensem, Mindensem & Hildeshemensis multis argumentis Osnabrugensi hanc palmam dubiam reddere. Urget deinde, fraudem prodere, quæ in diplomate de ecclesia hac, *in honorem SS. Crispini & Crispiniani* constituta & in alio ejusdem commatis a. 803 præferente *de ossibus* eorum huc *translati* dicuntur, cum id (si modo unquam factum) ante a. 833 fieri nequiverit. — Loca, quæ a Carolo M. Episcopo Osnabrugensi donari finguntur, eodem plane ordine in donatione Ottonis I a. 965 facta recensentur, nulla tamen Carolinæ donationis, ut alias moris est, mentione facta.
32. Formula *collaudatione illius regionis potentum* iterum sequioris ævi est, & ex Arnulphi Imperatoris literis, quibus *comitatum Allonis* ecclesiæ Osnabrugensi confert, ut Autor conjicit, deprompta. Quod vero *libertas perpetua, & ab omni regali servitio absoluto* hic concessa legitur, id refellitur Ottonis privilegio, quo a. 938 demum immunitatem & libertatem Osnabrugensis ecclesiæ antistites impetraverunt. Et Episcopi etiam Drogonis servitium frequens laudatur. Sed jam tempus quo suppositum diploma fuit, propius attingit Autor, ad Ottones ducentibus verbis, quibus Carolus M. injungere fingitur: ut, *si Imperator Romanorum, vel Rex Græcorum inter filios eorum conjugalia fœdera contrahere disponant, Episcopus legationis laborem & honorem assumat*. Nusquam enim invenitur Carolus M. aut quisquam successorum de jungendis cum Imperatore Græco affinitatibus cogitasse.
35. Otto I ergo, qui A. 972 Ottoni II filio Theophaniam Imperatoris Constantinopolitani filiam matrimonio junxit, cui recipiendæ Ludolphum Osnabrugensem & Theodoricum Metensem Episcopos misit, fictitio monumento occasionem forte præbuit, quo tempore & scholæ demum a Ludolpho Episcopo institutæ videntur.
36. In subscriptione iterum multa notat: litteram K in monogrammate contra sigillorum & denariorum Caroli M. fidem adhibitam; inusitatum tunc *piissimi* titulum; nomen Notarii *Amalberti*, qualis sub Carolo Crasso tantum reperitur; indictionem contra Caroli M. morem omissam, & quod Aquigrani, ubi per id tempus adesse Carolus nequiverit, confectæ tabulæ prodantur.
37. 38. 39. 43. 44.

B.D.H.

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXVIII. 425
B.D.H.F.M. EXAMEN DISSERTATIONUM
*ex Jure Publico & Feudali, de jurisdictione feudali &
superioritate territoriali, nec non de natura & preroga-
tivis feudorum regni Bohemae, nuper editarum a Cl.
JCIO WENCESLAO NEUMANN DE
PUCHOLTZ.*

Lipsiæ, apud Gotl. Gleditschium, 1718, 4.

Pl. 15.

QUæ in Pontificiorum academiis aliquandiu jacuerunt Ju-
ris Publici studia, Præge instauraturus Cl. Pucholzius, re-
ligioni suæ passim, nonnunquam & patriæ nimium indulgere
deprehensus est. *Annotationes ejus ad Schwederum* sub exa-
men revocavit personatus Autor Franc. Ign. de Windeck, edi-
ta, ut titulus fert, Monachii 1717 in 8 *Dissertatione epistolarè
ad Guilielmum fratrem in aula Bavarica commorantem*, qua
Protestantium causam agens, ut scenz melius serviat, iisdem
Romanis sacris addictum se fingit. Neque minus *Dissertatio-
nes Pucholtzii de jurisdictione feudali & superioritate territo-
riali in subfeudis Imperii tam datis quam oblati, nec non de na-
tura & prerogativis feudorum Regni Bohemæ*, Præge 1716, 4
vulgatæ, varia continent non satis æqua conditioni Statuum Im-
perii, sed in Marchionatum Misnæ imprimis dura. Excita-
vit ea offensa generosissimum Autorem, qui literis tantum ini-
tialibus, hisque disjectis paulum, nomen expressit, (est is *Henri-
sus de Bunau* Eqv. Misn. Pot. Regi Pol. & El. Sax. a consiliis
aulæ & justitiæ & Supremi Tribun. Provinc. Sax. Assessor) ut
eminentiam Statuum & patriæ jura afferenda susciperet. Egit is
erudite causam, cujus hic momenta annotasse contenti erimus.
Neque enim Pucholzii libellus ad nos pervenit, ut utriusque
litem adornare possemus. Sub initium de juris tam civilis
quam feudalis veteris in causis publicis abusus differit; utrum-
que perperam normæ loco allegari probans, cum adsint ob-
servantia imperii, & leges publicæ, ex quibus controversiæ hæc
dici possint & debeant. Tum sigillatim Pucholzii hypothe-
ses expendit. Metitur ille superioritatem territorialem ex na-
tura

H h h

tura

C. 3. *tura feudi regalis, cumque inde jurisdictionem meri & mixti imperii cum quibusdam regalibus conjunctam territorio feudali annexam, cum jure & titulo investiturae, vel immediate ab Imperatore vel mediate ab alio Imperii Vasallo per subinfundationem acquisitam §. I. definiverat, monet ad definitionem hanc Generos. Autor noster, postquam superioritatis territorialis nomen explicuit, Vasallosque Italicos ea nunquam olim gavisos ostendit, feuda regalia & superioritatem territorialem valde inter se distincta esse. Idem obtinere inter feuda & jura regalia, quae vi investiturae cum feudo regali conferri patat Dn. de Pucholz, cum feudum regale regulariter nihil nisi dignitatem personalem, non autem exercitium jurium regalium, vel ipsam etiam dignitatem regalem tribuat. Jure quidem Longobardico, neminem Ducem, Principem aut Marchionem esse posse, nisi qui de Ducatu, Principatu aut Marchionatu investitus sit, Germaniae vero mores huic instituto repugnare, cum dignitas regalis sine territorio conferri possit: nec ex adverso investiturae de Ducatu vel Principatu more Longobardico dignitatem simul regalem tradat. Porro superioritatem territorialem non cum quibusdam solum regalibus conjunctam, sed complexum potius regalium esse, nec investitura sed jure hereditario acquiri. Mianus recte quoque Pucholtzio superioritas Territorialis (id secundum controversiae momentum) Majestatis aemula dici videbatur, quaedam ex mente ejus superioritas illa apud Status Imperii jure vasallagii sub utili dominio residet, directo dominio apud Imperatorem remanente, quo stante, inter Dominum & Vasallum aemulatio locum habere nequeat. Verum probat Autor, nexum feudalem non impedire, quo minus Statuum Imperii superioritas territorialis pro potestate Majestati aemula, vel potius ipsa Majestate, licet quibusdam in rebus restricta, haberi possit; nec officere jura belli, teloniorum, cudendae monetae limitatae, cum haec communi & libero omnium Statuum consensu in Comitibus temperata sint. Et cum Pucholtzianus ex pace demum Osnabrugensi jura Principum Protestantium circa sacra deducat, Noster contra jam antiquissimis temporibus Statibus Germaniae Principatus jure illa competuisse ostendit.*

Discutit

Discutit post hæc prerogativas, quas Pucholtzcius Regi Bohemiz præ reliquis Electoribus tribuit. Imprimis vero jus ultimæ provocationis in feudis Bohemicis extra regnum litis, & solo feudali nexu a Bohemiz Rege dependentibus, qualia in specie sunt feuda Schœnburgica, negat. Cum jus provocationis tanquam superioritatis territorialis pars, domino investienti, cui nudum tantum dominium directum sit, non conveniat. De territorio clauso & non clauso Luderi Menckenii Jcti Cl. sententiam Pucholtzcius impugnaverat: tuiturus hanc divisionem Autor, argumenta & causas ex ipsis fontibus promit, ac Germaniz divisionem in partem mediatam & immediatam ex antiquis temporibus ciet, & territorii clausi, & non clausi, naturam & indolem inde repetitam Sueviz, Saxoniz, Thuringiz & aliarum Provinciarum exemplo illustrat, denique unde in territoriis clausis immediati alii status originem traxerint, disquirat. Postea de vero Status Imperii caractere disputat, quem non ex auctoritate matriculæ, ut Pucholtzcius voluerat, sed ex jure suffragii in comitiis bonorumque immediatarum possessione metitur. Ultimum superest de juribus Marchionum Misniæ controversiz caput, quos (explicitata prius Marchionum in genere, origine, auctoritate & qualitate) ab Henrico Aucupe primum constitutos, in mediata semper Imperii feuda tenuisse, dignitate Principis gavisos, solosque in Misnia auspicia habuisse, & adeo clausi territorii jura exercuisse evincit. Numburgenses & Misnenses Episcopos semper a Marchionibus, quod regale jus est, confirmatos, ad comitia quoque, cum ceteris prælatis, provincialia venisse: comites, nobiles, ceterosque Vasallos Marchiones Misniæ, in comitiis provincialibus, ad quæ vocati venerint, pro territorii dominis habuisse: metallifodinas, quas in aliis Germaniz partibus Imperatores sibi viudicaverint, in Misnia, simul ac inventæ fuerint, Marchiones retinuisse. Ceterum Misniam non esse juris Slavici provinciam, oneraque Imperii ferre, & semper tulisse. Regi Bohemiz minime subiectam esse, (ubi de Misnia a Friderico Marchione Regi Bohemiz vendita, suppositum apud Balbinum & Becklerum diploma exagitat) adeoque nec Regi ullum fas competere,

C. 5.

6.

7.

8.

9.

Marchiones intermissum jus voti & sessionis repetentes prohibendi.

JULII BERNHARDI DE ROHR, EQ. MISN.
Introductio in Jurisprudentiam privatam Romano-Germanicam, in qua Jura Romana methodo naturali, nova samen hactenus & inusitata, proponuntur.

Lipsiæ, impensis Joh. Christ. Martini, 1718, 8.

Alph. 3 pl. 12.

Suis utique navis laborare Jurisprudentiam Romanam, multi ex cordatoribus Jcti, nostris inaprimis temporibus, publicis scriptis agnovere; quorum aliqui manum his defectibus emendandis hanc infelicem admoverunt. Sane merita hæc ex parte præclaræ sunt Strykii, Thomassii, Griebneri, Kestneri & qui primo loco nominari debebat, B. Titii. Imprimis vero de ordine Jura tractandi magis perspicuo jam dudum cogitarunt Viri doctissimi, inter quos præter modo memoratum B. Titium jure suo Leibnizius, Bergerus, Bernigkiius alique connumerantur. Quorum inventis cum superaddi adhuc quædam hinc inde posse cerneret Generos. Dn. Autor, nova incedere via atque omnem Juris Civilis ambitum propria methodo easque hactenus a nemine usitata complecti annisus est. Placuit autem ipsi cuncta Jurisprudentiæ objecta in *Decem Classes* dispescere, quarum *Prima* Jurisprudentiæ Præliminaria exhibet; *Secunda* vero Jus Personarum; *Tertia* Jus Matrimoniale; *Quarta* materiam Domini & Possessionis; *Quinta* materiam Testamentorum & Hereditatum; *Sexta* materiam Contractuum; *Septima* materiam solutionis Debiti & Crediti; *Octava* materiam Delictorum; *Nona* materiam Processualem; & *Decima* materiam Probationum tradit. Ne vero quis autemet, nimis angustis hæc ratione cancellis Jurisprudentiam Civilem includi, silentio prætereundum hoc loco non est, materias affines in singulis Classibus cum materiis principaliter ibidem exposita, continuo quasi nexu conjungi, multa

multa etiam specialiora, de quibus alii silent, hic separatim capitulis pertractari. Sic enim in *prima* statim *sectione* inter alia quoque de Interpretatione Legum cap. 6, de Fictione LL. Romanarum c. 10, de eo quod fit ipso jure c. II agitur. *Sectione secunda* inspergitur tractatio de Jure Infirmorum seu xgotantium c. 6, de Jure Dormientium c. 7, de Jure Peregrinantium c. 8; *Sectione tertia* mentio fit separationis quoad thorum & mensam c. 8; *Sectione quarta* de Læsiione imminente c. 9; *Sectione quinta* de Successione ab intestato; *Sectione sexta* de Varietate Pactorum c. 25; de variis Locati Conducti speciebus c. 15; *Sectione septima* de Apocha c. 10; de Cambio c. 14; de Concurfu Creditorum c. 25; de Literis Moratoriis c. 26 &c. *Sectione octava* de Crimine Blasphemix c. 2, de Perjurio c. 3, de Magia & Lamis c. 4, de Propricidio c. 6, de Ebrietate c. 6 &c. *Sectione Decima* de Probabilitate c. 2; de Concurfu Juramentorum c. 5; de Probatione quæ fit auditu c. 8; de Inspectione Oculari c. 9; de Notorio c. 12. Ceterum ne nihil speciminum adducamus, notari forte meretur, quod Gen. Autor omnes indistincte fictiones in Jure Romano obvenientes, tanquam vanas, inutiles & studio juris summe perniciosas penitus detestari non dubitet; quippe quarum causam fuisse dicit stultitiam & improbitatem Romanorum, qua res planas involvere, & captiosas leges ad irretiendam & emungendam plebem ferre consueverint. Nobilitas Nostro est dignitas propter singularem animi magnitudinem, aut summam & extraordinariam quandam eruditionem, aut præclara in Patriam merita, aut excellens & Reipublicæ perquam utile inventum, aut denique singularia officia Prinsipi per longum tempus præstita, concessa. Inter privilegia vero Nobilitatis potiora refert Jus præcedendi Doctores, Præfectos, Consules, imo Consiliarios Principum, licet Nobiles nullo condecorati essent officio. Porro aditum ad dignitates, prærogativam in compellatione & titulis, vestitum splendidiorem, admissionem ad Ludos Equestres, immunitatem a vectigalibus, mitigationem poenarum &c. Reliqua ad Praxin & usum hodiernum apprime spectantia ex ipso opere discere neminem poenitebit.

p. 72.

154.

156.

THE STATE-ANATOMY OF GREAT BRITAIN.

i. e.

ANATOMIA STATUS MAGNÆ BRITANNIÆ.

Londini, apud J. Brotherton & P. Meadows, 1717, 8.

Plag. 7.

REMARKS ON THE STATE-ANATOMY OF
Great Britain.

i. e.

*ANIMADVERSIONES AD ANATOMIAM
Status Magnæ Britannicæ.*

Londini, apud J. Morphew, 1717, 8.

Plag. 5.

THE SECOND PART OF THE STATE-ANATOMY.

i. e.

PARS SECUNDA ANATOMIÆ STATUS.

Londini, apud J. Brotherton & P. Meadows, 1717, 8.

Plag. 6.

AUtor hujus Anatomiz, moderatorum, quos *Whigs* vocant, partibus admodum procul dubio adductus, in animum induxit, ut remotis nominibus, quæ nec exteris, nec ipsis Anglis probe cognita, utrisque tamen sæpius imponunt, veram Anglis unionem ac quietem persuadeat. Inde Sectione I auspiciatissimum Britannicæ statum, Rege Georgio nunc felicissime imperante, ejusque Regiam Profapiam summis laudibus extollit, eademq; occasione merita Russorum Cæsari tribuit encomia. Sect. II Anglorum Remp. definit, Monarchiam sanis limitibus circumscriptam. Sect. III, rigidiores (*Torrysts*) & moderatiores (*Whigs*) non religione, sed ratione Status distingui asserit, illos, illimitatam Regum potestatem semper erepantes, Regibus vel leviter ea abutentibus, esse inconstantissimos, præterea amantissimos Gallorum, eorum contra qui Gallis adversantur hostes acerrimos; hos autem veri Regiminis Anglicani defensores, omniumque exterorum, si Gallos excipias, amicos

nicos, & *GEORGIO* Regi augustissimo impense deditos. Sect. IV Papatum docet Britannorum legibus, quæ potestatem Principum certis limitibus circumscribunt, prorsus & omnino adversari, Protestantium vero Religionem Anglorum genio esse maxime accommodatam. Sect. V, homines inferioris Ecclesiæ (*Low Churchmen*) Episcoporum ordinem minime necessarium credere tradit; bene tamen illos, qui Ecclesiæ superiori nomen dederint, (*High Churchmen*) utpote qui Pontificiis propius accedant. Sect. VI tolerantiam sectarum, quæ inter Protestantes sunt, commendat, neminemque putat propter dissensum leviozem ab officiis publicis excludendum. Sect. VII, periculum Ecclesiæ imminens, quod multi nunc somniant, figmentum esse malevolorum, ex mutatione Status commodum captantium, quin pejores esse Catholicis illos Protestantium, qui Ecclesiam fingunt a statu civili independentem. Sect. VIII summum Britannicæ bonum statuit consensum Regis atque Parliamenti, Judices auctis salariis haud venales, fidem publicam & commercia optime constituta, quum Rex ipse fidem datam constantissime tueatur. Sect. IV Protestantium Scotorum Hibernorumque fidem intemeratam erga Domum Hannoveranam, justumque ob perfidi quondam Ministerii, & Pontificiorum ausus dolorem collaudat. Sect. X Anglos hortatur, ut Protestantes ubique terrarum tueantur, justum æquilibrium inter summos Europæ Principes servant, atque beneficiis & juris indigenarum concessione exteros ad se alligant; Sect. XI, ut incertæ paci bellum præferant, ad omnes casus classe & exercitu instructo parati; Sect. XII, ut Academiæ rebelles animos deponant, Clerus vero civilibus rebus se non immisceat; e contrario Sect. XIII, perjuros, quibus minime fidendum, & Nonjurantes, uti vocantur, qui omnem Civilem Magistratum detestentur, esse fugiendos; nec exteros recipiendos, qui Juramentum Alligantiæ, quod vocant, recusent. Sect. XIV enarrat mendacia impudentissima, quibus Rigidiore Regem, ejusque augustam profapiam aspergere sunt conati. Sect. XV Ministros a Rege prudentissimos esse selectos profitetur, a quibus fausta quævis sperari possint, perfidis præsertim pacis compilatoribus horrendorum criminum postulatis.


Huic

Huic Anonymus opposuit *Animadversiones*, in quibus Autorem Anatomiz neutiquam Tolandum, quod multi sibi persuaserant, sed quendam Philosophiz rationalis penitus ignarum esse perhibet. Deinde subordinationem Cleri, maxime vero Episcoporum ordinem, ex instituto divino defendit; & Tolerantiam acerrime impugnat. Præterea descriptionem sectarum *superioris & inferioris Ecclesie* ab illo suppeditatam a superioribus verbis perstringit, & illam quidem ab omni invidia liberare conatur. Denique injuriæ in Regiam Majestatem ream facere Autorem annititur.

p. 10.

74

Motus inde Noster, Anatomiz Tomum II edidit, in cujus Præfamine sinistros rumores diluit, quos multi de exteris in Angliæ oras appellentibus sparserant, cum id potius in utilitatem commerciorum vergat; atque Proceres hortatur, ut spretis invidorum sermonibus verum Regni commodam curent. Sect. I, Adversarium vocari *Fiddefium*, Comiti Oxoniensi a Sacris, refert, cujus nugas false ridet, & rationes reddit, cur nonnulla haud magni adeo momenti in popularium maxime gratiam libello suo inferuerit; simul quæ de Religione ipsi fuere objecta, solide convellens. Sect. II miratur, quosdam ex moderatis, quos *Whigs* vocant, & unioni Ecclesie & Regimini præfenti adversari; præterea quendam sibi & opusculo suo falsa affingentem confutat, Suecorumque simul consilia Angliis inimica ob oculos ponit. Sect. III, omnes Protestates, modo Reip. salutem conveniente, tolerandos demonstrat; annexis literis, quas ipse olim ea de re ad Archi-Episcopum Cantabrigiensem dedisset. Sect. IV, Occasionalem Conformitatem, quam vocant, non jam demum excogitamam, verum jam anno 1658 & nomen & rem ipsam innotuisse, docet. Denique subjiciuntur literæ, quibus Ordines federati Belgii apud Bernates, ut tolerarent Anabaptistas, intercesserunt. Et hæc de *Anatomia Status M. Britannia* paucis memorasse sufficiat: etenim plures hæctenus politici argumenti libelli ex Anglia ad nos perlati sunt, verum ab his, quod ab instituto nostro paulo longius absunt, lubenter abstinemus, unum hoc, quod plura alia peperit, scriptum recensuisse contenti.



ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Octobris Anno MDCCXVIII.

NOUVELLE HISTOIRE DU CONCILE DE
Constance.

hoc est,

**NOVA HISTORIA CONCILII CONSTAN-
sienſis, qua docetur, quantum contuleris Gallia ad tollen-
dam ſchiſma. Adjecta ſunt complura monumenta, non-
dum edita, a BOURGEOIS DU CHASTENET,
Advocate Parlamenti.**

Parifis, apud Mercerium, Vincentium, &c. 1718, 4-
Alph. 4 pl. 19.

AUtor cum aliquot abhinc annis publico nomine verſaretur in Germania, Acta Concilii Conſtanti- enſis, a Cl. *Hardtio* edita, perlustrans deprehendit, nihil in iis reperiri de promptum e bibliothecis Pariſienſibus. Cum igitur A. 1715 in Bibliotheca quadam hominis privati Lutetiae offenderet *Acta Cleri Gallicani in Concilio Conſtantiensi*, quorum quidem partem aliquam, ſed admodum exiguam, edidit *Hardtius*; in animum induxit, ea Acta, Eccleſiae Gallicae jura illuſtratura, publicare typorumque ministerio omnium uſui exponere. Non ita multo poſt incidit in publicis Bibliothecis in alia minime contemnenda ejusdem Concilii Acta, quae conſtituit prioribus adjungere, ac proprio Marte ex illis Actis confectam brevem illius Concilii hiftoriam praemittere. Hoc igitur Opus eſt ſupplementum Operis *Hardtiani* ac *Infantiani*, quorum alterum nos recensuimus A. 1700 p. 241, alterum A. 1714 p. 279.

lii

Quod

- Quod igitur ad novam hanc historiam attinet, Noster in eo occupatissimus est, ut exponat, quanto studio allaboravit Rex Gallie, ut schisma Eceleſiæ, quod dups Papas produxerat, alterum Avenionensem, alterum Romanum, tolleretur, & totus orbis Christianus uni rursus subiceretur capiti. Eo consilio quatuor Regis indultu habita fuerant in Gallia Concilia nationalia, quorum duo priora (quorum Acta perisse videntur,) statuerunt, Petrum de Luna, qui Avenione electus Papa nomen Benedicti XIII adſciverat, dignitate Papali se abdicare debere; tertium, A. 1398 d. 22 Maji cœptum, & d. 28 Julii finitum, decrevit, Eceleſiam Gallicanam non amplius habere Benedictum illum pro Papa, adeoque ejus imperio subtractam esse. Attamen A. 1403 d. 30 Maji Rex Gallie imperio Benedicti XIII se rursus subiecit sub certis conditionibus. Hanc vero conditionum promissionumque cum Papa se praberet immemorato, Clero quoque Gallicanum gravissimis premeret exactionibus, Parlamentum A. 1406 suam interposuit auctoritatem, vetuitque, quicquam in posterum dari constitutis a Papa exactoribus. Eiusdem anni mense Novembri eam ob causam quartum Concilium in Gallia fuit habitum; tandemque Rex Gallie A. 1407 d. 12 Januarii edicto publicato declaravit, se neutrum agnoscere pro Papa. Eadem synodus d. 13 Octobris statuit, omnes fautores ac defensores Petri de Luna privatum iri dignitatibus & redditibus sine ecclesiasticis. Ac d. 15 Octobris Ordinatio facta est, quomodo tempore Neutralitatis res ecclesiasticæ sint administrandæ, quam Ordinationem de novo confirmavit Rex d. 17 Aprilis A. 1410. Interea temporis Concilium Pisanum A. 1409 habuit initium, ejus auctoritatem primus agnovit Rex Gallie, hinc Rex Angliæ, tum Principes Germaniæ. In hoc Concilio uterque Papa fuit abdicatus manere suo, electusque novus, Alexander V. Sed, judice Nostro, hoc remedium fuit ipso modo pejus. Mortuo A. 1410 Nri Alexandro successit Joannes XXIII, qui simulans, se Pisani Concilii decreta executurum, Romam convocavit Concilium, quasi reformaturus Ecclesiam in capite & membris. Sed, invito Papa hoc, Concilium A. 1414 indictum est Constantiæ habendum.

pendum. Jam noster Autor historiam Constantiensis Concilii persequitur, & quid gestum sit initio Concilii hujus, quomodo Papa ex urbe Constantia aufugerit, quid in fuga egerit, quomodoque retractus sit Constantiam, satis diligenter edisserit. Ceterum non totam hujus historię telam pertexit, sed ea duntaxat describit, quę in monumentis paulo post laudandis reperit. Unde copiosissime exhibet disputationem in Gallia habitam de Annatis Papę solvendis.

p. 139.

His jam elaboratis Autor noster ex Bibliotheca Harleiana MSta quędam accepit, a quibus uberius docet, quanam curam, licet frustra, ante Concilium Constantiense Rex Gallię adhibuerit ad Papale schisma componendum. Exhibet etiam convocatorias literas Cardinalium Pisanum Concilium habentium.

247.

276 sqq.

Finitam sic historiam excipiunt Monumenta illa, quorum fide nixus Autor historiam istam conscripsit. Nostrum esse videtur, nominare potiora. P. 2 exhibetur iurjurandum, quo ante electionem Benedicti XIII Cardinales se devinxerant, pollicentes, quisquis ipsorum Papa futurus sit, eum paratum fore ad abdicandam rursus hanc dignitatem, si quidem id e re ecclesię fuerit, sique spes sit, ita restitutum iri pacem & unitatem Ecclesię. P. 3-93. exstant Acta Concilii tertii in Gallia A. 1398 habiti. P. 95-240 sequuntur quartum Concilium Gallicani A. 1406 habiti Acta. P. 241 Epistola Cardinalium, Benedicto XIII addictorum, ad Regis Gallię filium. P. 245 Epistola Gregorii XII ad Universitatem Parisiensem. P. 248 Epistole Cardinalium, aliquot ad eandem Universitatem pro memorato Gregorio. P. 259 Littera regis, per quam Rex Gallię declarat Neutralitatem obedientię ambobus contendentibus de Papatu in suo regno fiendam, A. 1407. P. 263 declaratio privationis a beneficiis & dignitatibus contra fautores Patri de Luna, per Concilium Ecclesię Gallicanę facta A. 1408. P. 279 Adversamenta super regimine Ecclesię Gallicanę, durante Neutralitate, deliberata & conclusa per Concilium Ecclesię Gallicanę, anno 1408. P. 297 exhibetur Diarium Concilii Constantiensis, usque ad p. 479, ubi exstat Processus primę subtractionis

tionis factæ Benedicte XIII in Francia. P. 496 Copia literarum restitutionis obedientiæ. P. 498 Sigismundi Imp. Epistola ad Romanos Cardinales, data A. 1404. P. 515 Literæ Regis Galliarum, quibus asserit, se, nisi ambo contententes de Papatu viam uniendæ Ecclesiæ invenerint, neutralitatem amplexurum. P. 525 Conventio inter Cardinales utriusque obedientiæ, (id est, utriusque partis, alteris Gregorium, alteris Benedictum, sectantibus,) de Concilio Pisano celebrando. P. 535 Litera convocationis Prælatorum ad Concilium generale Pisenum. P. 552 Litera Wenceslai, Romanorum ac Bohemiarum Regis, ad Cardinales Pisus congregatos, A. 1410.

L'ISTORIA DELLA CHIESA DI S. GIOVANNI AVANTI Porta Latina Titolo Cardinalizio.

h. e.

HISTORIA TEMPLI S. JOHANNIS ANTE PORTAM Latinam. scripta ad CLEMENTEM XI Pont. Max. a JOHANNI MARIO CRESCIMBENO.

Romæ, apud Antonium de Rossi, 1716, 4.

Alph. 2 pl. 11 Tabb. an. 8.

Dedicatio ad Summum Pontif. Clementem XI directæ grata commemoratione refert, quantis ab eo beneficiis Autor fuerit cumulatus; tum, quanta sollicitudine variæ urbis templæ ruinæ proxima ab eodem fuerint demum instaurata. Allocutio ad Lectorem innuit, Crescimbenium diu dubium cujusnam Ecclesiæ historiam componeret, postquam sacrarum studiorum priuities S. Maris in Cosmedin consecrasset, tandem a J. Philippo de Rossi Comite Castellis fuisse incitatum, ut S. Joannis ante Portam Latinam antiquitates describeret, inque eo instituto, tantopere a S. Evangelista adjutum esse, ut brevissimo temporis spatio opus absolueret. Neque tamen Cl. Autor diffidetur, multum auxilii sibi a laudato Rossi accessisse, quippe qui ex incomparabilis Viri Francisci Mariae Saresbæ, Beneficiati Lateranensis, libris manuscriptis maximam membranarum partem concesserit.

Totum

Totum opus V Libris absolvitur, e quibus consueta nobis brevitate, quæ nobis præcipua videntur, excerpemus. Libro I C. I de S. Joanne ferventis olei supplicio destinato Autor dicit, quod quum multi non præter rationem impugnent, ipse tamen Martyrologiorum ac Legendarum aliquot suffragio fulvus id affirmat; tractu in subsidium Vita Evangelistæ per Mellitum Laodicenam scripta; eaque ex tabulariis Lateranensibus deprompta, cum alia illius vitæ exempla tantum exilii Joannei, non vero illius in oleo cocturæ mentionem faciant. Hanc vitam Autor Historiæ inseruit a pagina 6 ad 21, addiditque Legendam de S. Joanne ab Hieronymo Gilio Senensi contextam, idemque supplicium confirmantem: in qua cum obscuriora quædam deprehenderentur vocabula, juncendam sane operam ea explicando Lectori præstitit. Cap. IV p. 39 disquirit, num S. Joannes supplicium illud Romæ an Ephesi potius sustinuerit, ad quam posteriorem Abdiæ Babylonii & quorundam Passionariorum sententiæ flectunt; at C. Jumbenius, ob *re. S. S. S.* Abdiæ, nulli non notam, Pseudo-Prochorum tanquam certioram duceam & post hunc Tertullianum, Hieronymum, Adonem, Usuardum, Baronium tanquam a fabularum contagio omnino pueros secutus, Romam elegit. Cap. VI ipsum afflictionis locum perquirit, & adversus multorum de eo concertationes statuit, martyrii locum sub Cæliolo parte montis Cælii ante portam Latinam certo querendum esse. Atque id ipsum divino contigisse fato putat; quum enim in monte Cælio extaret conspicua Dianæ ædes, cujus apud Ephesinos templum Joannes destruxerat, Domitianum consulto statuisse putat, ut Apostolus in illius Dææ conspectu cruciatus ferret, quam tanto sibi damno affecisset; quasi vero illa Ephesina destructio certa, aut non integrum Apostolo fuerit, eadem arte qua Ephesi fuerat usus Dianam Romæ cultam subvertere. Cap. VIII disputat, intra an extra Romam sanctus Evangelista fuerit coctus, & præeuntibus *Nardino, Vacca, Minutolo*, id extra portam esse factum adstruit, sed juxta monet, portam, eo quo Joannes æstnabat tempore, non Latinam sed Capenam dictam esse. Capite IX vas illud explorat,

quod elixationi Joannæ adhibitum fuit, cumque varia de *doliis* attulisset, tandem dolii loco *solum* substituendum esse censet. Cap. IX capillos Evangelistæ resectos ideo putat, quod Domitianus artem sub iis magicam latere suspicaretur, unde & eadem ignominia Apollonius Thyaneus multatus fuerit. Cap. XI tempus indagat, quo S. Joanni primum sacellum fuerit erectum, idque ob ferventem Christianorum pietatem illico contigisse putat, eque Pseudo-Prochoro probat, quum tamen Passionaria dicant, id *postea*, & *processu temporis* factum esse. Cap. XII præsentem illius Sacelli seu Oratorii statum exponit, quod octangulare XXI palmas in circuitu, XXVIII in altitudine habet, idque xri incisum sistit p. 66, 67. Portæ sequentes inscribuntur versus:

Martyrii palmam tulit hic athleta Joannes,
 Principii verbum cernere qui meruit,
 Verberat hunc fuste Proconsul, forcipe tondet,
 Quem fervens oleum lædere non potuit.
 Conditur hic oleum, dolium, cruor, atque capilli,
 Quæ consecravit incluta Roma Tibi.

Ad hujus sacelli collapsuri instaurationem multum opis attulit *Benedictus Adamus Burgundus*, Auditor Rotæ, A. 1509. L. II Capite I porro refert, sacello nimis angusto Basilicam superadditam atque in confinio collocatam fuisse, resecto in id negotium ipso Dianæ, seu Castitatis templo, in cujus conspectu S. Joannes flagrantis olei aculeos senserat, cui asserto *Nardinus Severanus*, *Massarus*, *Marlianus*, alii adstipulantur. Istud vero Dianæ templum per se quidem satis exornatum, & porticibus columnisque cinctum suffultumque Christiani magis expolierunt. Cl. Autor typum illius exhibuit p. 81, statumque templi interiorem p. 91, tum inscriptiones ab aliis jam pridem, sigillatim a *Fabretto* exscriptas. Cap. V instaurationem & ornamenta Ecclesiæ profert, laude instaurationis prima ad Adrianum I Pontificem, teste Anastasio, delata, a quo tempore usque ad A. 1433, quo Capitulum Lateranense turrinam campanariam reficiebat, nihil certi de instaurationibus dici potest. Aliquam hujusce providentiæ laudem sibi Alexander Crivellus Card-

Cardinalis A. 1556 acquisivit. C. VI ostendit, Ecclesiam sub Coelestino III esse consecratam A. 1180, quod ex Lapide rei memoriam servante probat, juxta Lapidarii errorem Chronologicum emendat. Cap. VIII Festa huic Ecclesiae propria sistit, quorum praecipua sunt S. Joannis, & Statio die Sabbathi ante diem Palmarum, quo loco Catalogum Stationum ex antiquo Codice inseruit. In Festo Patroni Joannis XII vel XIII mille annorum Indulgentias Ecclesia distribuit, teste *Antonio Stabli* & *Serafino Pagni* aliisque, *Emanuel Roderigo* adeo prodigali, ut centum & quinquaginta mille annorum indulgentiam accessuro & veneraturo polliceatur. Quod prudentissima ratione Autor eruditus refellit, docens, antiquos Pontifices in largiendis Indulgentiis parcissimos fuisse, neque talem profusionem ante seculum XII reperiri posse, quorum exemplum Pius V seclatus omnes Indulgentias revocaverit. Cap VIII de Reliquiis in eadem Ecclesia asservatis ex antiquis versibus docet, addita etiam *Tabula Magna* Lateranensi, quae accuratum Thesauri hujus conspectum ac indicem exhibet. Cap. IX eandem & alias S. Joannis reliquias examinat, nempe *Dolium* in Sacello S. Joannis; *Catenam* in Ecclesia ad Portam Latinam; *Ampullam Mariae* sepulchro manentis, quo loco adversus Augustinum disputat, qui Joannem hunc non mortuum sed dormientem in tumba mira sibi persuasione finxit Tract. CXXIV in Joannem; *Tunicam*, quam insigni sane cura sibi Gregorius M. paravit. L. III. Ecclesias alias S. Joannis templo subditas recenset: 1) S. Anastasii de Pinea, idque ex Testamento Andreae Vallerani; 2) S. Luciae in Columna, qui locus erat a Columna M. Aurelii Antonini ita dictus; 3) S. Stephani in capite Africae, ubi olim obsides ex Bello Punico custodiebantur; 4) S. Laurentii ad Porticum S. Petri. Cap. VI Bona Stabilia & redditus enumerat, addito Inventario, quod laudabili opera Nicolai Frangipani confectum fuit. L. IV exponit, quando Ecclesia ista facta fuerit Collegiata, evidenterque docet, eam olim ab Archi-Presbytero fuisse rectam: horum vero magnam extitisse dignitatem, quam ex his aliqui ad Pontificatum summum adsciscerentur. Attamen eorum Indicem dare non potuit, sed ex monumentorum defectu duos tantummodo retulit,

Joan-

Joannem Gratianum A. 1044, & Lucam quem Honorius III confirmavit. Prior, Gratianus, orto ingenti schismate, dum tres simul Pontifices, Benedictus IX, Sylvester III, & Joannes Ecclesie incubarent, auro singulis dato persuasit, ut throno cederent, quo pulchro invento non modo diffidorum flammam extinxit, sed ipsemet etiam laudem, ipsumque Pontificatum, quum aliud premium non sufficeret, adeptus est, sumto Gregorii VI nomine, quod egregium illius factum quum non nullis acri conscientia præditiis gravem Simoniz patratis susceptionem suscitaverit, Crescimbenus tamen ab eo crimine pulchre Gratianum defendit, addito Baronii judicio, tricipiti illi Cerbero merito talem offam obijciendam fuisse. Cap. III ex variis scriptoribus antiquum Ecclesie statum describit, atque imprimis Georgium Fabricium, Virum alioqui bonum fidumque rerum scriptoriam refellit, impostoremque, parricide invidus, dicit, quam amarum esset audire, quæ ille de Monasterio puellarum & castitatis & materni nominis decus in ipso festu extinguentium bona fide dixerat. p. 241. Ibidem refert, ex *Suarezii Vasonensis, Piazza & Oldoini* judicio, Cancellarios Ecclesie Romanæ ad illam Ecclesiam aliquando habitasse, ex *Pennoto* autem tradit, Canonicos Lateranenses ibi nonnunquam resedisse, quem non negligere debebat, cum afferat certum Monialium genus ibi introductum esse, illud enim ad excusandum Fabricium valebat. C. IV *M. Antonium Lanfranchus* refellit, qui hanc Ecclesiam S. Mariæ ad Tiberim subditam fuisse ex male intellecta Bulla Calixti II putaverat. C. V describit, quomodo sub Lucio II A. 1144 Ecclesia S. Joannis Lateranensi fuerit unita, quam unionem sex Pontifices, Anastasius IV, Adrianus IV, Alexander III, Honorius III, Gregorius IX, Innocentius IV, confirmarunt. Gregorii IX Bullam Cl. Autor inseruit cum Monogrammate *Bene valeat*; in subscriptionibus autem Cardinalium primus omnium observare voluit ordinem subscribendi: primo enim ait Gregorii Pontif. nomen solum extat. Porro autem sub Pontificis nomine in medio membranz nomina Cardinalium Episcoporum, ad dextram Cardia. Presbyterorum, ad sinistram Card. Diaconorum

moram collocata sunt: ex quo colligit, perpetuum hunc constantemque subscribendi morem fuisse. C. VI modum tradit juxta quem Ecclesia S. Joannis a Lateranenſi Capitulo fuerit gubernata: nempe agnoſcit penes illud Capitulum alti Domini jura reſediſſe, quo freti Lateranenſes Eccleſiam Cuſtodi Eremite ſervandam tradiderunt: ipſi vero inter ſe præterea Defenſorem elegerunt, quorum primus Latinus Juvenalis Manettus extitit, durante adhuc officio, & ſub Abbatis Commendatarii titulo comprehenſo. Tandem religioſo ordini Trinitariorum ſub certis conditionibus Eccleſiam quaſi commodarunt, qui ſub Priore nonagenario P. *Laurentio Roſſe*, Viri gravi, Sacra inſigni cum devotione peragunt. C. VII Catalogum ſpecialeſ Defenſorum, ſeu Abbatum edidit, quos inter *J. Bapt. Caſtalius*, *Bonomienſis*, Poeta, Orator atque tandem Pontifex Bellunenſis, & *Hieronymus Bertus* eminent, quorum poſtremus liberalitate in pauperes ad ſummam rerum inopiam reductus, a Clemente XI regnante Pontifice recreatus, XXVI Junii 1714 obiit. Cap. VIII de Incorporatione Capituli S. Joannis in Capitulum Lateranenſe, deque Prioribus Lateranenſibus agit, qui Eccleſiam uſque ad Bonifacium VIII gubernarunt. C. IX ſeriem Archi-Preſbyterorum Lateranenſium exhibet, qui poſt Priores Eccleſiæ præſederunt: inter hos Gerardus Parmenſis, Epifcopus Sabinenſis, memorari debet, qui miram Inſcriptionem ſepulchralem Leoninis verſibus compoſitam adeptus eſt, & Dominicus de Capis, qui in hac ipſa Baſilica A. 1550, qui Jubileus erat, ſub Julio II, Portam S. aperuit & clauſit, cujus ſolemnitatis ritum totumque officium Cl. Autor ex MSS. Codice inſeruit p. 342. In *Flavii Chigi*, Senenſis, memoria referuntur ritus, quibus Archi-Preſbyteri a Canonicis, in capienda poſſeſſione excipiuntur, p. 300. Libro V exponitur, quando Eccleſia S. Joannis Titulum Cardinalitium acceperit. Ingenue vero Autor fatetur, eam iſto titulo ſub Gregorio VI caruiſſe, quod ex Catalogo titularum probat, quem Piazza libro de Hierarchia Cardinalitia inſeruit. Jam cum eo tempore tantum XXVIII eſſent Tituli, interque eos nullus Eccleſiæ S. Joannis inſcriptus, validi id inſtar argumenti, ne-

minem Cardinalium ab ea nuncupatum esse. Cap. III de veneratione loquitur, quam illa sedes intra & extra Romam nullo non tempore habuit, idque ex Sacramentario Gregorii Magni, tum ex aliis recentiorum testimoniis probat: tum ex eorum amore, qui novis Ecclesiis a se conditis idem nomen indiderunt. Inter illius Veneratores Cl. Autor suo merito retulit Abbatem Josephum Jacobinum, qui XXVII Decembr. antiquam morem Vini sub nomine S. Joannis adversus veneni haurium benedicendi constanter retinet, magnamq; illius inter Judæos & Turcas converfos utriusque sexus copiam distribuit, quo sane nihil se divini hominis memoria antiquius habere palam ostendit, quandoquidem beneficia plusquam verba ad avertendam oblivionem faciunt.

HIPPOLYTI OPERUM VOL. II, INEDITA

hactenus nonnulla illius complexum, Græce alia, cum Latina interpretatione, alia Arabice ex Catena in Pentateuchum MS. Bibl. Bodlej. cum versione V. C. JO. GAGNIERII. Accedit spicilegium Patrum quorundam aliorum III Seculi, atque in hoc LEON. ALLATII Diatriba de Methodiis & Methodiorum scriptis, & CL. SALMASII Commentarius inchoatus in Arnobium. Denique appendix loco CHALCIDIUS in Timeum Platonis emendatus & notis illustratus a JO. ALB. FABRICIO, Lipsiensi, S. Theol. D. & Prof. P. in Gymnasio Hamb.

Hamburgi, ap. Christ. Liebezeit, & Th. Chr. Felginer, 1718, fol. Alph. 4 pl. 16.

CUM post opera S. Hippolyti, altero abhinc anno edita, alia quædam hujus Patris scripta Celeb. Editor nactus sit, ea præfenti volumine II in lucem proferenda censuit. Sunt illa: I Demonstratio adversus Judæos & contra Hæresin Noeri, nunc primum Græce ex Codice Vaticano edita, cum eadem Turriani versione, & iisdem notis, quæ jam Vol. Ip. 228 & 235 inserta reperiuntur. II Fragmenta ex Commentariis in Genesin, Græce & Latine edita ex Catena Patrum Græcorum 88
Bibl.

Bibl. Viendob. quæ continent annotationes ad Gen. I, 5, 6, III, 8, XLIX, 3, 4, 5, 11, 12, 16. III Alia quædam Fragmenta, ut de Ezechia, in *Esais* XXXVIII, 5, ex Cod. Coislin. 193, locus ex Hippolyti sermone II in Daniele, citatus Eustrathio c. XIX, adv. Pſychopannychitas, & nonnulla in Renaudoti Historia Patriarcharum Alexandr. p. 360 Hippolyto adscripta, quæ tamen potius Julii Romani esse, præfatio docet. IV Commentationes in Gen. VII, 6, VIII, 1 & Deuteron. XXXIII, 1, ex Pentateucho Arabico Bibl. Bodlej. quas Cl. Gagnier inde excerptas Latine vertit in quibus tamen nihil Commentariis Hippolyti Græcis in *Genesis* respondet. V loca nonnulla in Leontii Byzantini L. I contra Nestorium & in Concilio Lateranensi A. 649, p. 281 & 287 ex Hippolyto adducta. VI Doctorum virorum Annotationes de Hippolyto, nominatim ex Sam. Petiti *Eclog. Chronol. Lib. III* c. 2 de Heckerdecaeteride, & ex G. Bulli *Defens. Fidei Nicæn. Sect. II* c. 8 & *Sect. III* c. 8 de Doctrina Hippolyti, una cum Jo. Era. Grabii Annotationibus eodém spectantibus. His denique subjungitur Hippolyti junioris, Thebani, fragmentum ex Chronico Commentario ab Henr. Canisio in T. III *Lectio- nam Antiquarum* editum.

Quia vero hæc omnia non ultra 62 paginas implent, ad iustum Volumen conficiendum, additur appendix, complectens Spicilegium Patrum III Seculi, & Chalcidii Commentarios in *Timæum* Platonis emendatos, & notis illustratos. In Spicilegio isto occurrunt I Irenæi fragmenta nuper a Cl. Christoph. Matth. Pfaffio edita; II Clementis Alexandr. fragmenta, quæ in novissima editione Oxen. Operum Clementis Alexandr. tantum Græce leguntur, alia item a Macario Chrysocephalo, Anastasio Sinaita, Nicephoro CP. & Jo. Damasceno, ex Clemente Alexandr. citata; III Methodii Eubulii convivium decem virginum, a Leone Allatio & Petro Possino editum, nec non Combefisii Auctuario Bibl. Patrum insertum; IV Claudii Salmastii Commentarius inchoatus in Arnobium ex Apographo Gudiano editus; V Acta Archelai, Episcopi Mesopotamiæ, cum Manere, ex editione Laur. Alexandri Zaccagnii, quibus subjungitur Ludov. Ant. Muratorii disquisitione in Manichæorum Ana-

thematismos; VI S. Pampbili Martyris Expositio capitum Actuum Apostolicorum, a Montfaconio & Zaccagnio edita, cui & alia κεφαλαιομετρίαι ejusdem libri sacri subjunguntur; VII Acta passionis S. Pampbili Martyris ex libris Eusebii Casariensis de illius vita, cum notis Papebrochii; VIII Gregorii Thaumaturgi Expositio fidei. Ceterum novæ editionis operum Hippolyti spem nobis fecit V. C. Jo. Guil. Janus, Hist. in Acad. Vitemb. P. P. Collega noster perindustrius, in cujus manibus sunt Schedæ Millianæ, quæ cum nonnulla adhuc inedita complectetur, tum alia ex unius tantum Codicis apographo edita, cum pluribus majoris notæ MSS. collata, multisq; partibus emendatiora exhibebit, iis quæ aperte Hippolyte supposita sunt, segregatis, aut saltem distinctis: quorundam etiam novas versiones dabit, qualem præter cetera sermo Hippolyti, sive ut in MSS. legitur, Josphpi, contra Platonem requirit, ex unico huc dum codice Italico, eodemque mutilo admodum & corrupto editus, & tot vitii laborans, ut paucissimi versus genuinum sensum retinuerint. Hæc omnia ille cum Clarissimo Fabricio libenter communicasset, si ante Voluminis prioris editionem expetita fuissent. Sed postquam in isto pleraque, opinione citius, lucem aspexerunt, eadem in Vol. II denuo edere, aut supplementa, & varias lectiones velut lacinias ex integra veste discerptas separatim exhibere minus commodum vultum est: cum præsertim iis, quæ ad Hippolytum non spectant, & ab aliis jam edita sunt, detractis, ipsius Hippolyti Scripta, continenti serie juncta, non tantum majori voluptate legi, sed & longe minori pretio comparari possint.

BIBLIOTHECA ECCLESIASTICA, IN QUA continentur de Scriptoribus Ecclesiasticis S. HIERONYMUS, GENNADIUS Massiliensis, S. ISIDORUS Hispanensis, ILDEFONSUS Toletanus, HONORIUS Augustodunensis, SIGEBERTUS Gemblacensis, HENRICUS Gandavensis, Anonymus Mellicensis, PETRUS, Casinensis, JO. TRITHEMIUS & AUB. MIRÆUS, curante JO.

ALBERTO FABRICIO, S. T. D. & Prof.

Hamburgi, ap. Christ. Liebezeit & T. C. Felginer, 1718, fol.

Alph. II.

Cum

Cum summe Rever. *J. Alb. Fabricius*, rei literariz promovendæ continuè intentus, *Auberti Miræi* Bibliothecam Ecclesiasticam, cujus Tomus I Antv. 1639 & Tomus II ib. 1649, a forma folii prodit, eruditorum oculis fere ereptam observaret, id sibi negotii dedit, ut non tantum integrum istud Miræi opus recudi curaverit, verum etiam tum e sua tum ex aliorum penù variâ adjecerit, quæ pro instituti nostri ratione breviter jam & strictim sunt recensenda. Scilicet primo loco comparet *S. Hieronymi* de Viris illustribus Liber, aut ut vulgo hodie nominatur, de Scriptoribus Ecclesiasticis catalogus, quem non eo tantum habitu, quo in Miræi opere indutus fuit, integrum heic conspicimus, verum multum etiam nitoris illi denuo accessit, dum venerabilis Editor, collatis ante omnia tum aliis tum *Suffridi Petri*, qui A. 1580 ex ipso quodam volumine Hieronymum, *Gennadium Massiliensem*, *Isidorum Hispalensem*, *Honorium Augustodunensem*, *Sigobertum Gemblacensem* & *Henricum Gandavensem* conjunctos edidit, tum Cl. Viri, *Johannis Martiane* ex Ordine *S. Benedicti* editionibus, antiquam Versionem Græcam, quam *Sophronio* eadem *Erasmus* vindicat, addidit, dectissimisque & suis, quibus inter alia cum *Eusebio Hieronymum*, ubi cum hæc sequitur, studiose contulit, & aliorum Cl. Virorum, *Erasmi*, *Mariani Victorii*, *H. Gravii*, *A. Miræi*, *Wih. Ernesti Tenzelii* & *Ernesti Salomonis Cypriani* animæ versionibus cultiorem eum reddidit & illustravit, & ut nihil plane, quod hæc pertinere videri potest, desset, duas adjecit appendices, quarum altera complectitur vitas Apostolorum, quas Versioni Græcæ Libri de Viris illustribus sub *Sophronii* nomine in MS. Codice suo intextas *Erasmus* reperit, altera modo sub *S. Hieronymi* nomine de XII Doctoribus ad *Desiderium*, modo sub nomine *Bedæ* de Luminaribus Ecclesiæ olim fuit edita. Secundum in hoc opere locum occupavit *Gennadii*, *Massiliensis Presbyteri*, de Scriptoribus Ecclesiasticis Liber, qui non minorem, ac *Hieronymus*, ex *Auberti Miræi*, *Cypriani*, *Nostrique* egregiis laboribus lucem heic nactus est, præcipue cum Cl. Editor Codicis antiquissimi *Corbejenfis* lectiones ex Gallicæ *Hieronymi* operum editione addere potuerit, quibus summe Rever. *Cypri-*

ano, cum ante aliquot annos Gennadii huius librum luci publicae exponeret, potiri non licebat. Dum viros hocce præstantissimos excipit brevior *Isidori*, Hispalensis Episcopi, de Scriptoribus Ecclesiasticis commentatio, quam a Garfia Loaisa primum A. 1593 Madriti cum Hispaniæ Concilii publicatam & Suffridus Petri & Aub. Miræus suis inseruerant collectionibus. Isidorum sequitur *Ildefonsi*, seu Alfonso, Toletani Episcopi, sæc. VII florentis, breve de Scriptoribus Ecclesiasticis scriptum, cui aliz brevissimæ Episcoporum Toletanorum, Juliani & Felicis, nec non incerti cujusdam auctoris de duodecim Scriptoribus Eccles. appendices sunt subnexæ. Eiusdem argumenti sunt, qui memoratos adhuc Auctores ordine hæc consequuntur, *Honorius* Augustodunensis, *Sigbertus* Gemblacensis & *Henricus* Gandavensis, quibus Scriptorum Ecclesiasticorum collectoribus olim jam, uti supra monitum est, conjunctis duos alios associavit nunc doctissimus Editor, quorum alter est Anonymus Mellicensis sæc. XII clarus, ante biennium primum a R. D. P. Bernardo Pez, Benedictino & Bibliothecario Mellicensi, in lucem protractus & animadversionibus Chronologico-Criticis illustratus; alter vero est *Petrus Diaconus*, Monachus ac Bibliothecarius S. Casinensis Archistoriæ, cujus de Viris illustribus Casinensibus opusculum, ex celeberrima Bibliotheca Barberina deprocuratum, A. 1655 Romæ primum edidit notisque illustravit Jo. Baptistæ Marus, supplementi vero, quod ipsi additum est, Auctor fuit Placidus Romanus, Monachus & Diaconus Casinensis. Nec indignus, ut hæc denuo compareret, judicatus fuit *Jo. Trithemii*, celeberrimi olim Abbatis Spanhemensis, liber de Scriptoribus Ecclesiasticis, tum quod ex Trithemii fontibus recentiorum plurimi rivulos suos deduxerint & omnia illa, quæ de posterioris tempestatis auctoribus, ubi veteres silent, habet, ex eodem adhuc derivent; tum quod *Miræi*, quod integrum hæc legitur, auctarium atq; liber de Scriptoribus Ecclesiasticis ad Trithemii opus velut supplementi in vicem referri possit. Nec incultus, uti olim sæpius, sistitur Trithemius, sed elegans admodum atque tum capitum numeris tum luculentis Editoris notis, quibus lucem obscuris, ægris & minus recte se habentibus medelam atque tribit,

tulit, tum indice quoque Chronologico & alphabetico ornatus. Tandem clausulæ loco hæcæ hæctenus recensitis accessit A. Mirzi de Scriptoribus Ecclesiasticis, qui ab A. 1494, quo Jo. Trithemius desinit, usque ad Mirzæ ætatem, id est, Sec. XVI & XVII floruerunt, opus posthumum, quod primum cum Mirzæ Bibliothecæ Ecclesiasticæ Tomo II A. 1649 Arnoldus a Porta publicavit. Equidem egregia doctissimorum hominum notitia commendat sese scriptum hoc lectoribus; verum id cordatiores male habere potest, quod admodum sæpe in omnes a Romana fide dissentientes occurrant ibi convitia, indignæque ingenio historico calumniæ, quæ B. Lutherum nostrum, Augustanam Confessionem, Centuriatores Magdeburgenses, Sleidanum, Erasmus aliosque acerbè admodum proscindunt, quæ quidem an e Mirzæ ipsius an vero ex Arnoldi a Porta ingenio fuerint effectæ, dubitatur. Bene vero fecit Cl. Fabricius, dum hæc irritò conatu ridiculoq; ausu nobis intentata generoso contemptu vindicare statuit, convitia convitiis minime opponens, quod quisque nisi inficetissimus probe intelligat, hanc pugnandi rationem abjectis & humi repentibus relinquendam esse ingenii.

DEUX DISSERTATIONS CRITIQUES,

hoc est,

DUÆ DISSERTATIONES CRITICÆ. QUARUM PRIOR PROPUGNAT, LOCUM: JOAN. V, 7; POSTERIOR, TESTIMONIUM JOSEPHI DE CHRISTO ESSE GENUINUM.

Autore MARTINO.

Ultrajecti, apud Guil. van de Water, 1717, 8.

Alph. I.

Testimonium Joannis de Trinitate, & Josephi de Christo, profecto genuinum esse, etsi jam alii probatum iverunt, e quibus Kettnerum A. 1713 p. 379, & Daubuzium T. IV Supplem. p. 245 laudavimus; noster tamen Autor nova ratione probandum suscepit, omnibusque objectionibus undique rimas obstruere enixe studuit. Ac priorem quidem Disputationem in duas divisit partes, quarum altera suam sententiam stabilis,

bilit, altera objectas ab aliis rationes diluere conatur. Contendit itaque *Cap. 2*, versum hunc omni tempore existitisse in Bibliis Hieronymi, cum ille versus reperiatur in plerisque Latinis N. T. codicibus, nec minus in MSS. N. T. codicibus Carolo M. coevis. Idem *Cap. 3* probat ex eo, quod retrogrediendo a decimo quarto seculo usque ad septimum, singulis seculis a Doctoribus is versus pro genuino fuerit laudatus. Adducit etiam hanc in rem *Cap. 4* *Correctorium Bibliae*, seculo decimo confectum, item *Lectionaria Latinae Ecclesiae*: praeterea *Cap. 5* Hieronymi in epistolas Catholicas praefationem, quam, si vel maxime subdititia esset, (quod tamen Noster non concedit,) valere existimat ad vetustam hujus loci lectionem comprobendam. *Cap. 6* ex Fulgentio & Vigilio Tapsensi, imo ex ipso Hieronymo docet, versum illum existitisse in versione N. T. Italica, quae antiquior est versione Hieronymi. Nec praetermittit *Cap. 7* Eucherii, Cypriani, & Tertulliani testimonia. Hinc *Cap. 8* & sequentibus ostendit, versum illum Joannis etiam in Graecis N. T. codicibus MSS. reperiri: ac Graecos quoque scriptores vetustissimos verba illa produxisse, duobus docet exemplis *Cap. 12*. Denique *Cap. 13* arbitratur, quod Ecclesia Graeca hunc locum semper habuerit pro genuino, recte probari e confessionibus fidei, & a ritualibus ejus Ecclesiae libris. Hinc Cl. Autor objectiones quorundam Criticorum exponit, easque labefactat. Cum enim obiicitur, non existare hunc locum in MSS. codicibus Graecis, nec in versionibus N. T. orientalibus; respondet, omnino enim existare in multis Graecis codicibus; orientalium vero versionum auctoritatem propterea esse nullam, quod ex aliis etiam versibus, de quorum divina origine nemini dubiam sit, careant. Quando porro silentium urgetur Patrum Conciliorum Niceni & Sardicenis, respondet Noster, non de Trinitate, sed de Filii divinitate, actum fuisse in illis Conciliis; ad haec in Actis istorum Conciliorum non adduci verba S. Scripturae, sed dogmata simpliciter proponi. Silentium Patrum Ecclesiae Graecae & Latinae partim negat, partim minoris esse momenti statuit, quoniam multi eorum libri perierunt. Quod quidam veterum versum sextum & octavum,

omisso

omisso septimo, de quo controversia est, adduxerint, inde factum esse putat, quod versus septimo illis non esset opus ad eam, in qua adstruenda versabantur, sententiam. Denique quod quidam objiciunt, existare in hac Joannis epistolam commentarios Clementis Alexandrini, Didymi, Bedæ, & Oecumenii, respondet, Clementis scriptum esse subditivum; Didymum plures hujus epistolæ versus non alluistrasse, sed prætermisisse; eundem morem esse Bedæ in aliis quoque commentariis; Oecumenii vero eo minus habendam esse rationem, quod haud dubie ante ejus ætatem locus ille, in quibusdam codicibus existerit.

Sequitur Dissertatio de loco Josephi: in qua Cl. Autor *Cap.* observat, Ludovicum Capellum fuisse primum, qui istum locum criticis armis impugnavit; secutum esse Blondellum, Tan. Fabrum, Richardum Simonium. *Gervinum* autem esse istum locum, Autor *ostendit Cap.* 2 probat tum ex MSS. codicibus, in quibus *omnibus* is existat, tum ex Hieronymi, Eusebii, aliorumque citationibus. *Cap.* 3 docet, Josephum, licet religione Judæum, secta Phariseum, magnificum utique de Christo perscribere potuisse testimonium, cum & de Joanne Baptista, itemque de Apostolo Jacobo, honorifice scripserit. *Cap.* 4 in eo est, ut demonstrat, nec suppositum esse hunc locum ab Eusebio, nec supponi potuisse, cum Josephi opus fuerit in omnium manibus, Christianorum, Judæorum, Ethnicorum. Respondet etiam iis, qui, Eusebium errore memorie Josephum laudasse pro Cajo, suspicati sunt. Nec putat, validum argumentum esse, quod inde petitur, quod nullam ejus loci mentionem fecerint Justinus Martyr, Tertullianus, Cyprianus, Origenes, Photius. Respondet enim *Cap.* 5, priores tres uti duntaxat voluisse testimoniis Scripturæ, ac Josephi testimonio eo facilius abstinuisse, quod exiguum ejus pondus fuerit apud Judæos, Josephum habentes pro semiapostata. Ostendit quoque *Cap.* 6, hunc Josephi locum haud male coherere cum iis, quæ & antecedunt & sequuntur. Nec *Cap.* 7 agnoscit objectionem a quibusdam diversitatem styli, contrariumque in sententiam adducit Hueticum atque Daubuzium. *Cap.* 8 & 9 singula ver-

la verba hujus loci, quæ Criticos in suspensionem *veritas* adduxerant, expendit. *Decimo* vero *Capite*, quod postremum est, nova ratione utitur ad verba hæc Judæo historico asserenda. Fuisse scilicet Josephum hominem irreligiosum, qui studio placendi Domitiano Imp. scripserit, quod tamen ipse minime crediderit, *Jesum fuisse Christum*. Sollicitum enim fuisse Domitianum, ne Rex Judæorum, cujus adventum proximo tempore expectabant Judæi, ministerio Judæorum se cupidissime sectantium usus, maximum excitaret in Imperio Romano bellum. Hoc igitur metu ut liberaret Imperatorem, Josephum callide scripsisse, jam venisse *Christum* Judæis promissum, eumque esse debuisse non Regem, sed Prophetam miraculis & honesto vitæ genere clarum: adeoque nullam habere Imperatoriam causam metuendi Regem Judæorum potentissimum, quippe cum talis Messias nec promissus sit Judæis, nec unquam sit venturus.

ANTONII DRIESSEN RESPONSIONES

ad HERM. DEUSINGII *Dubium motum circa chronotaxin Apocalypticam, nec non rationes regnum millenarium sollicitantes.*

Trajecti ad Rhenum, apud Guil. van de Water, 1717, 4.

Pl. 12.

NOVAS Cl. Driessen interpretationes Apocalypses, A. 1717 p. 340 adductas, cum Cl. Deusingius docte impugnet, maximeque tres illius sententias confutaret, quarum prima est, septem periodos apocalypticæ singulas absolvi annis 360; altera, resurrectionem martyrum literaliter sensu esse capiendam; tertia, millennium esse duraturum annos 360000; Driessentis in præsentis scripto Antagonistæ sui satisfacere conatur objectionibus, suasque hypotheses strenue tuetur, nisi quod fatetur, se de constituta millennii duratione jam dubitare; nec quicquam certi determinatum velle. Plura ex hoc scripto non afferimus, cum hujus generis libri non recenseri, sed inspicere & secundum totam omnium rationum connexionem perpendere velint.

MEMO-

hoc est,

COMMENTARII DOMINI DE MONTCHAL;
*Archiepiscopi (a) Tolosani, quibus exhibentur multa ad
 historiam Cardinalis Richelii pertinentia.*

Tomi duo.

Roterodami, apud Casp. Fritschium, 1618, 12 maj.

Alph. I pl. 9 $\frac{1}{2}$.

Initio hujus libri narratur, quibus artibus usus Richelius expugnarit animum Ludovici XIII Regis, ut ab ipso A. 1624 adsciliceretur in numerum summorum consiliariorum. Hinc docetur, quibus dolis removerit a Rege ceteros civilium negotiorum administratos; iis suffecerit novos homines, qui toti penderent ab ipsius nutu; ipsos Principes regni Regi reddiderit suspectos atque invidios; Regem denique ipsum eousque suæ subjecerit potestati, ut Ludovicus nomine, Richelius revera Rex esset. Ceterum ut tutus in sua statione esset Richelius, & ne ab ipso quidem Rege dejici posset a fastigio suo, id egisse dicitur, ut consequeretur dignitatem *Legati sedis Apostolicae*, qua dignitate ornati Cardinales Wolfæus & Amboisius omnia poterant. Ea in re cum Richelio gratificari Pontifex Romanus mollet, tanto is exarsit vindictæ studio, ut libros contra potestatem Papæ scribendos curaret, & quavis occasione ei molestiam exhiberet. Porro Richelius in animum induxit operam dare, ut constitueretur Patriarcha Galliæ. Nec minus Generalis plurium ordinum monasticorum in Gallia creari voluit. Id quo minus fieret, cum semper impediret Papa, aliis artibus Richelius effecit, ut subjectus ipsi esset Clerus universæ Galliæ. Alio tempore petiit a Papa nomine Regis, ut ipsi potestatem concederet, Episcopos improbe viventes coercendi. Diu cum remississet Papa, tandem precibus assiduis fatigatus misit Cardinali literas hujus generis per suam Nuntiam; sed quibus potestas illi concedebatur admodum arctis circumscripta limitibus.

(a) Hunc Archiepiscopum, *Carolum Montchalianum*, laudat Menægius annot. ad Diog. Laertium I. 34.

p.44. Has literas Papæ Richelius inspectante Nuntio cultro discidit
 45. & in ignem coniecit. Ad hæc edicavit duo volumina de li-
 52. bertatibus Ecclesiæ Gallicanæ: itemque Concilium nationale
 96. instituere studuit: utrumque eo fine, ut Papæ esset molestus,
 95. injuriamque, quam sibi ab ipso putabat illatam, ulcisceretur.
 Nato A. 1638 Delphino, rursus Richelius institit, ut Papa ipsam
 69. faceret Legatum Apostolicum. Cum vero & tunc operam om-
 niam perderet, Edictum publicari curavit, aptum ad emungendos
 totius regni Clericos, & immensam vim pecunie in aza-
 rium Regium congerendum. Inter hæc quidam, adiecto *Opta-
 ti Galli* nomine, librum edidit, eoque Prælatos excitavit, ut
 obstitent conatibus Cardinalis, id agentis, ut per schisma
 Galliam sejungat a Roma, sibi que titulum Patriarchæ compa-
 ret. Quem librum cum autore Episcopo Bellovacensi com-
 positum esse suspicaretur, non solum librum contra eum edi-
 curavit contumeliarum plenissimum, verum etiam, qui singu-
 93. laribus scriptis superiores illum librum confutarent, mercede
 132. conduxit. Aliquanto post Edicto regio vetiti sunt Clerici in-
 sistuere Conventum sive generalem sive particularem sine Ro-
 gis permisso: quod factum Autor comparat cum crudelitate
 Valeriani, Maximini, & Liciæ Imperatorum contra Ecclesi-
 am Christianam, diuque in eo est, ut Edicti hujus impietatem
 demonstraret clarissime. Tandem auspiciis Regis decernitur
 Conventus Episcoporum, sed exclusis iis, quorum libertas &
 fortitudo metuebatur, ii huic Conventui interesse jubentur,
 quos ad nutum Richelii paratos fore spes erat. Cum vero
 non posset impediri, quo minus unus & alter Depu-
 tatorum, quos vocant, ex eorum genere eligeretur, qui Cardinali addi-
 cti haud erant, hic quoque modo elaboravit, eos ut sibi concu-
 saret atque ad usus suos adfunderet. Maxime Archiepisco-
 po Tolosano persuasum erat, ut sibi promitteret obedientiam
 sine ulla exceptione. At is fortiter repugnavit, nec, id ut face-
 ret, adduci ullo pacto potuit. Describit in sequentibus Autor
 Congregationem Ecclesiasticam A. 1641 Medante (*Mante*
 vocant Galli,) habitam, ejusque historiam diligentissime ad
 finem usque operis persequitur. Videbat Rex vel potius Car-
 dinalis,

dianis, ut in illa Congregatione, cujus Præsides erant Archiepiscopi Senonensis & Tolosanus, clerus Gallie Regi polliceretur sex miliones, & exquisitissimis utebatur artibus, ut duos illos Præsides sibi redderet obedientes. At cum hi vinci se non paterentur, nec desideratam pecuniaz summam assensu suo prosequerentur, uterque instinctu Richelii a Rege exutus dignitate Præsidis, & Congregatione illa Ecclesiastica excedere iussus est. Hujus facti summam injustitiam rursus demonstrare conatur Autor copiosissime, qui etiam commemorat, Richelium in animo habuisse, se declarandum in hac Congregatione curare *Caput Ecclesie Gallicae* vel *Patriarcham Gallie*: cujus rei documentum fuerit repertus inter Richelii literas sermo, quo gratias erat acturus obtento illo titulo. Sed ut ad superiora revertamur, Papa admodum ægre ferens, a Richelio Clerum Gallie tantopere vexari, Bullam edidit hoc præscriptam titulo: *Constitutiones super preservatione Sedis Apostolica & iustione Ecclesiarum personarumque Ecclesiasticarum a quibuscunque præjudicialibus*. At Richelius severissime vetuit hanc Bullam in Gallia publicari vendive. Tandem refertur, Richelium Narbonæ incidisse in morbum, quem Plinius vocat *carbunculum Narbonicum*. Quo tempore cum Richelii manus putredine corrumpetur, Autor Dei providentiam agnoscit, hoc modo manum illam punientis, quæ ipso illo anno acerbas scripserat literas ad modo memoratam Congregationem Episcoporum. Addit, hoc malum tam graves Cardinali attulisse dolores, ut sæpe eruperit in clamores, imo in voces blasphemias, donec Lutetiam reductus diem obiit supremam A. 1642 d. 4. Decembris. Describit excessum Richelii breviter, ostendens, non ita eum excessisse, ut excedere solent Christiani homines. Denique pluribus enarrat visionem quandam pio cuidam sacerdoti divinitus factam ipso illo die, qui Cardinali fatalis fuit, qua visione illi revelatum fuit, Cardinalem divino iudicio æternis addictum esse supplicio: quales quidem historie superioribus seculis, quam hoc nostro, digniores sunt. Ultimo loco exponit, quam pie quamque Christiane ad mortem se præparaverit Rex Ludovicus XIII & quam feriam egerit penitentiam

p. 365.

685.

706.

713.

injuriarum Clericis, maxime Congregationi Meduntanae, illatarum.

M. JO. HENR. CRUSII RESPONSIO AD CL. Viri JOHANNIS KEIL, Astronomiae Professoris Oxoniensis, Defensionem pro Nobilissimo Viro Jo. Newtono in Diario Literario Hagienſi A. 1716 editam.

CL. Keil Art. 22 Diarii Hagienſis A. 1716 Virum Nobilissimum *Isaacum Newtonum* defensusur calamm stringit in Virorum celeberrimorum, *Johannis & Nicolai Bernoulli*, observationes Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum A. 1710 & 1711 insertas. Mirum vero videri poterat, si Nobiliss. *Newtonus* delectaretur defensione tot tantisque paralogismis & præjudiciis referta & studio partium nimis lobarante: vix enim credibile est, tantum Virum ab aliq. desiderasse, quod ipsi adeo proclive fuisset factu, si quid a veritate alienum, aut celebritati nominis sui adversum in lucem editum animadvertisset. Aut si ipse causam suam agere noluisse, probabile sane est, quod saltem peritorem ejus patronum & affectibus minus obnoxium ambiisset. Controversia movetur de solutione problematis inverſi virium centripetarum. Cl. Keil criminatur, solutionem *Bernoullianam* ac *Newtonianam* in Principiis Sect. 8 p. 12 & datam eandem plane esse una cum demonstratione, nec ab ea nisi characteribus & symbolis differre, cum tamen utraque toto genere differat ab altera. *Newtoniana* scilicet synthetica est, *Bernoulliana* analytica. Quis vero ex conformitate conclusionum arguet identitatem solutionum?

Calculum *Bernoullianum* intricatum appellat *Keilius*, sed longe aliter de eodem judicat *Varignonius*, cujus absque controversia in re Geometrica major autoritas. Asserit idem longe facilius demonstrari posse, quod vi centripeta quadrato distantie reciproca existente, curva sit Sectio conica, quam a *Bernoullio* factum sit, etque adeo *Newtonum* a *Bernoullio* absque ratione reprehendi contendit, quod rei facilis demonstrationem omiserit, præsertim cum ipsemet *Bernoullius* non semper demonstraverit, quæ aliquid difficultatis habeat. Immo addit,

Newton-

Newtonum in nova Principiorum editione tribus lineis demonstrasse, cui *Bernoullius* septem vel octo paginas impenderit. Enimvero sciat velim *Cl. Keilius*, hic non agi de facilitate demonstrandi propositionem inversam virium centripetarum; sed quæri, num citra paralogismum veritas inversæ propter demonstrationem directæ supponi possit, quemadmodum fecit *Newtonus* in prima Principiorum editione: quam ratiocinandi formam jure reprehendit *Bernoullius*. Ceterum cum *Bernoullius* non tyronibus scribat, sed in analysi versatis, non opus sane habuit, ut in suis scholialmatibus omnium demonstrationes exhibuerit. Præterea hic non agitur de demonstratione veritatis jam cognitæ, sed de analysi veritatis a priori inveniendæ, etiam non supposita propositionis directæ notitia. Nisi itaque affectus animum censoris impedirent, quo minus verum cernere possit, nullam superest dubium fore, ut cum perspicacissimo *Varignonio* agnosceret, analysin *Bernoullianam* plus elegantiæ quam prolixitatis habere.

Cum ad secundam solutionem progreditur *Cl. Keilius*, quam *Cel. Bernoullius* in *Comment. Acad. Scient. Reg. A. 1710* dedit, *Motivum* in scenam producit, quem tanquam Geometram acutissimum maximi æstimamus. Se concipere non posse ait, quod *Bernoullius* dissimularit, *Motivum* esse inventorem theorematis, quo in solutione secunda utitur, cujus tantum demonstrationem in epistola d. 16 Febr. A. 1708 data ad eum miserit, cum tamen ipse postea in *Actis Lipsiensibus Motivum* Autorem agnovit. Sibi idem theoremata eodem fere, quo *Bernoullio* tempore traditum & demonstrationem intra horæ quadrantem reperisse gloriatur. Vix operæ pretium videtur ad hæc responderi: sed ut mysterium totum detegatur, quod *Keilius* concipere nequit, in ipsius solius gratiam monemus, *Bernoullium* inventionem theorematis non magis difficilem, quam demonstrationem judicasse, utpote quod postea sese ipsi alia tractanti ultro obtulit (vid. *Acta Erudit. A. 1713 p. 127.*) quemadmodum forsitan & *Dn. de Moivre* in idem fortuito incidit. Quare cum nulla esset quæstio de primo hujus theorematis inventore; absque ullo scopo rem silentio præ-

tio præterit: data vero occasione a nemine coactus, motu pro-
 fus spontaneo loc. cit. Act. Erudit. *Moisvream* inventorem
 publice pronunciansvit. Quod more *Keiliano* præsumtionibus
 aliquid dandum, non irascetur *Keilius*, quod sitans *Bernoullii*
 ad *Moisvream* epistolam pro A. 1706 studio ponat A. 1708 ut
 scilicet prior *Bernoullio* demonstrationem alicujus theorema-
 tis facilem reperisse videatur. Cumque sibi gloriosum repu-
 tet, quod demonstrationem intra unius horæ quadrantem re-
 pererit; notet velim, *Bernoullium* vix quatuor horæ minuta
 eidem impendisse, non tamen exinde aliquam publice laudem
 quesivisse. Notet præterea Cl. *Keilius*, theoremate isto mi-
 nime usum esse Cel. *Bernoullium* tanquam medio inevitabili,
 sed abbreviationis duntaxat gratia, cum solutionem absque hu-
 jus ope multis ante annis invenerit, antequam id cognitum esset.

Enimvero cum *Keilius* vel invitatus methodi *Bernoullia-
 nae* bonitatem agnoscere teneatur, nec umbram rationis reperi-
 re possit, qua eandem *Newtono* primo inventori asserere possit;
 qualitatem methodi aggressus taxat, quod citra necessitatem ad
 differentias secundas descendat. Non negaverim, contra le-
 gem brevissimæ ac simplicissimæ methodi peccari, si differentias
 secundas utamur, quando primæ sufficiunt. Sed quis Cl. *Keilio*
 persuasit, quod in solutione problematis inversi virium centra-
 lium fluxionibus secundis absolute carere possimus? Verum
 est, solutionem primam *Bernoullianam* nonnisi differentias pri-
 mas complecti: at nonne videt *Keilius* lemma, quo usus est,
 tacite differentias secundas supponere easque virtualiter con-
 tinere?

Miratur *Keilius*, quod Cl. *Bernoullius* in Act. Lips. A.
 1710 p. 130 se primum problematis inversi virium centralium
 inventorem dicat, cum tamen nonnisi solutionem *Newtoni* ab-
 hinc 29 annis jam impressam singulari casui sectionum conica-
 rum applicaverit, nec primus demonstrationem in casu hoc
 particulari dederit: ait enim, se ipsum jam A. 1708 in Trans-
 actionibus Anglicanis pro Mens. Sept. & Octobr. adeoq; biennio
 ante, quam *Bernoullius* suam ad Academiam Regiam Scientia-
 rum miserat, solutionem generalem edidisse & postea casui spe-
 ciali

ciali applicuisse. Sed falsum est, quod Cel. *Bernoullius* unquam asseruit se primum problematis inversi generalis virium centripetarum autorem fuisse. Asseruit tantummodo, atque adhuc conténdit, quicquid dicat *Keilius*, se primum esse, qui analytice invenit, virium centralium rationem duplicatam reciprocam distantiarum nonnisi sectionibus conicis competere. In dubio interea relinquo, num Cl. *Keilius* idem in Transactionibus A. 1708 demonstraverit: ex namque Transactiones ad nos non perferuntur. Constat tamen ex Commentariis Acad. Reg. Scient. A. 1710 p. 530, Cel. *Bernoullium* 12 jam annis antea resolvisse problema generale cum casu hoc particulari. Insignis igitur *Keilii* calumnia est asserentis, *Bernoullium* solutionem *Newtonianam* sibi arrogasse eandemque casui speciali tantum applicuisse, cum jam ostenderit, methodum *Newtonianam* a *Bernoulliana* toto genere differre, atque acutissimus *Varignonius* non invitis aliis Geometris doctissimis fateatur, applicationem ad casum specialem esse difficiliorem majusque artificium requirere quam problema generale. Hæc itaque applicatio est, cujus prima inventio Cel. *Bernoullio* debetur, quam Cl. *Keilius* ei non eripiet, licet omnes ingenii sui nervos intendat.

Pergit Cl. *Keilius* & affirmat, solutionem suam fundari in pulcherrimo theoremate, quod *vis centripeta semper sit proportionalis fluxioni perpendicularis a centro ad tangentem applicata cubo ejusdem perpendicularis multiplicata per fluxionem distantia centri*. At Cel. *Hermannus* in sua Phoronomia eodem usum esse, nulla tamen sui facta mentione, etiamsi eum latere non potnerit, id a se publicatum esse in Transactionibus Anglicanis, ubi quædam tradiderit, quæ celebri controversiæ de inventore calculi differentialis ansam dederint. Ergo nec *Hermannus* noster impune abit, qui sistitur reus criminis erudito maxime indigni, plagii scilicet. At viderit ille, quomodo illatam injuriam retorqueat atque vindicet. Non crederet Cl. *Keilius*, diu ante ipsum a Cel. *Bernoullio* theorema hoc inventum fuisse, etiamsi nullibi publicatum sit. Quamvis autem Angli quidam, cum quibus id communicatum fuit, testimonium perhibere possent, quorum utpote conterraneorum fidem

in dubium vocare velle sacrilegii crimen foret *Keilio*, nunquam tamen *Bernoullius* cum ipso de prima inventionis gloria contendet, cum theorema istud adeo facile ex theoremate *Moirveano* sequatur, ut non nisi leve corollarium ejus haberi possit, aut potius idem sit cum *Moirveano*, aliis tantum expressionibus productum, ita ut *Keilius* majore jure gloriari non possit: ille, qui tres angulos trianguli duobus rectis æquales perse assecutus fuisset, cum ab alio didicisset, angulum externum trianguli æqualem esse duobus internis oppositis. Fruatur itaque gloria inventionis integra solus, neque credo, quod *Cel. Hermannus* eandem ipsi sit invisurus. Sed ut appareat facilitas hujus deductionis, sumamus Fig. V Tab. I Act. Lips. A. 1713. Concipiatur OC & alia tangens es, ut habeantur duo triangula similia OCc & CSs, formula Dn. de *Moirve*, sicut eam ex sua deduxit

$$\text{Cel. Bernoullius p. 127 eorundem Actorum, est hæc, } \frac{CX}{OC.SX^2}$$

$$\text{id est, } \frac{CX. Cc}{OC.SX^2 Cc} = (\text{quia } Cc : OC = Ss : CS) \frac{CX. Ss}{CS.SX^2 Cc} =$$


$$(\text{quia } CX : CS = Cc : Cb) \frac{Cc. Ss}{Cb.SX^2 Cc} = \frac{Ss}{SX^2 Cb} = (\text{vocando}$$

$$SX \text{ p \& per consequens } Ss \text{ dp; } CX \text{ x \& } Cb \text{ dx}) \frac{dp}{p^2 dx}. \text{ En er-}$$

go pulcherrimum theorema Dn. *Keilii*, quod respice idem est cum *Moirveano*, productum duabus analogiis simplicibus. Ast inventuro curvas, quibus tres valores ipsius perpendicularis ad tangentem a *Keilio* inde deducti convenient, recurrendum est ad methodum tangentium inversam. Notum vero est, hanc methodum sæpe prædere curvas diverforum generum pro eadem proprietate tangentium. Itaque nihil hactenus effecit *Keilius*, ex isto theoremate solutionem problematis inversi centralium virium in casu speciali derivaturus, cum non demonstravit, tres istos valores non nisi sectionibus conicis competere. Hanc demonstrationem cum nondum dederit, abunde liquet, ipsum non esse primum solutionis problematis inversi virium centralium in casu speciali inventorem, quem admodum supra contendit.

Con-

pag. 459.



Con-

Conqueritur porro *Keilius*, quod *Bernoullius* pulcherrimam problematis controversi partem omiserit, scilicet *data celeritate & vi centripeta absoluta in puncto dato quocunquo, definire speciem curvae, & ostendere modum eam delineandi.* Ad hoc respondeo, eam non omisurum fuisse *Bernoullium*, si de eo cogitasset. Ecce enim solutionem Viri celeberrimi, qualem ab ipso olim accepi, diversam a *Keiliana* & quae videtur magis naturalis. Quia celeritas in puncto A data est, supponamus lineam verticalem aliquam a, per cuius altitudinem corpus æquale corpori projecto & uniformiter grave gravitate ordinaria descendens acquirat celeritatem datam. Constat, corpus hoc motum in circulo horizontali, cuius radius = 2a, habiturum vim centrifugam æqualem illi, quam voco normalem corporis projecti, quæ reperitur faciendo ut SA ad SP sic vis centripeta data, quam vocabo F, ad $\frac{SP \cdot F}{SA}$, quæ erit ista vis nor-

TAB. V.
Fig. I.

malis derivata a vi centripeta data. Atqui vires duorum corporum æqualium motorum celeritatibus æqualibus in circulari diversis sunt in ratione reciproca radiorum: oportet ergo, ut gravitas ordinaria aut naturalis, quam voco G, sit ad $\frac{SP \cdot F}{SA}$ ut $\frac{2}{3}$ AR ad a, id est, SA.G : SP . F = AR : 2a, id quod dat $AR = \frac{2a \cdot SA \cdot G}{SP \cdot F}$. Sed quia ratio F ad G data est, supponamus

eam ut 2a ad b, habebimus $AR = \frac{SA \cdot b}{SP}$, sic ut radius curvaturæ in A sit quarta proportionalis ad SP, SA & b. Ecce radium determinatum modo facillimo, etiamsi Cl. *Keilio* non videbatur commodum methodum suam apponere, quod fortasse nimium proluxa. Reliquum constructionis sectionis conicæ peragitur modo a *Keilio* præscripto, qui nititur proprietate cognita evolutarum sectionum conicarum huc redeunte, quod normalis AK comprehensa inter curvam & axem sit semper tertia proportionalis radii evolutæ AR & ejus corradii AH, qui transit per focum S. Sed ut par pari referamus, hoc prætermittere

tere non possum, quod *Keilius* in solutione problematis istius non aliud egerit, quam quod diu ante ipsum præstitit Nob. *Newtonus* in Principiis lib. 1 prop. 17. Dexteritatem suam minime in re jam facta ostentare debuisset, quam forte nec efficere potuisset, nisi auxilio *manuductoris* sui *Newtoni*. Cur non dedit solutionem pro alia hypothese virium centripetarum, e. gr. cum sunt in ratione directa distantiarum simplicium? quo casu constat hoc tempore, quod etiam sola sectio conica satisfaciat huic hypothese, sed cujus centrum virium est in ipso sectionis centro. Ad solvendum igitur problemæ, quod Cl. *Keilius* non ausus est tentare, quoniam nullam solutionem a *Newtono* jam factam repererat, sit C centrum virium, per consequens etiam centrum sectionis conicæ; sit etiam AB directio corporis projecti. Ducatur CG parallela ipsi AB, quæ erit positio semidiametri, cujus longitudo determinatur modo sequente. Denominatione facta ut in hypothese præcedente, habemus iterum radium evolutæ vel concavitatis $AR = \frac{CA \cdot b}{CP} = \frac{CA \cdot b}{AK}$. Atqui per naturam sectionum conicarum $CG = r (AR \cdot AK)$: sic determinata AK, sumenda est CG = medietate proportionali inter AR & AK, deinde super semidiametris conjugatis CA, CG, magnitudine & positione datis describenda sectio conica VAG, quæ erit quaesita. Facienda ellipsis, F existente vi affirmativa & vere centripeta; sed si F sit vis negativa, h. e. centrifuga, construenda est hyperbola super iisdem semidiametris conjugatis CA, CG. Sic igitur bene pensatam arbitror id, de quo queritur Cl. *Keilius*, quod a Cel. *Bernoullio* fuerit prætermisum.

Invehitur *Keilius* in *Bernoullium*, quod non tantam curam intelligendis Principiis *Newtoni* impenderit, quantam industriam detegendis erroribus adhibuerit. Ego vero audacter assero, Dn. *Bernoullium* si non melius, æque saltem ac Dn. *Keilius* intelligere Principia *Newtoni*. Dedit enim specimina super eadem materia, qualia hactenus dare non potuit *Keilius* & quæ secundum ipsius *Newtoni* testimonium inventu difficiliora sunt, quam quæ ipse in Principiis suis tradidit. Neque præterea industria Cel. *Bernoullii*, sed casu sortuito inventi sunt errores

in Print-

in Principiis *Newtoni*, cum materiam istam eo animo tractaret, ut tentaret vires suas sicque, quod invenisset, conferret cum effatis tanti viri. Immo sancte affirmare ausing, quod, cum *Bernoullius* certis quibusdam locis discrepantiam aliquam vidisset, diu in ea opinione fuerit, quod semet ipsum deceperit, donec plus centies per diversas vias analyſin suam iterans semperque idem inveniens tandem agnoscere cogeretur, *Newtonum* humani quid passum esse. Quis æquo animo tulerit morositatem Cl. *Keilii*, quod scopo alias innocenti ac laudabili Cel. *Bernoullii* sententiam adeo finistrum affinxerit? sed nimium persuasus est Nob. *Newtonus* bonæ existimationis, qua ipsum semper persecutus est Dn. *Bernoullius*, quam ut technis *Keilianis* se occupari patiatur. Quacunquē vero attentione *Newtoni* Principia evolveris, nequaquam tamen a *Keilio* tibi persuadere poteris, *Newtonum* prop. 17 demonstrasse, curvam, de qua controversia est, in omni casu fore sectionem conicam. Aliud enim ibidem non demonstravit, quam, supposito hanc curvam esse sectionem conicam, cujus illa sit species. Notandum vero, a *Bernoullio* non negari, quod *Newtonus* apodictice sciverit, solas sectiones conicas respondere hypothesi, de qua agitur, neque improbari, quod illud simpliciter & sine demonstratione affirmaverit: sed tantum de forma effatorum ejus agi, sicuti continentur in Corollariis primis prop. 10 & 13, ubi supponit, ex hisce propositionibus directis immediate & sine alia demonstratione sequi veritatem illarum converſarum.

Nunc Cl. *Keilius* Cel. *Bernoullio*, Professoři Basileensi, socium adjungit doctissimum *Nicol. Bernoullium*, ipsius ex fratre nepotem, Professoreſſem Patavinum, & pro more suo (si superis placet) laudabili criminatur, A. 1711 utrumque aggressum esse *Newtonum*. Sanè neuter unquam in animo habuit adoriri *Newtonum*; sed illum saltem avice hortati sunt, ut in nova Principiorum editione errorem suum corrigere dignetur, sicut etiam fecit. Quare ipsis potius gratiæ debentur, quam vituperia: illis enim non monentibus, hic forte & omnes hinc emergentes errores adhuc in nova mansissent editione. Etsi atern *Keilius* nunc affirmet, neminem ante *Newtonum* considerasse

quidpiam viribus centripetis simile; in Diario tamen Hagienſi ipſemet faſtus eſt, *Hookium, Wrennium & Hallejum* etiam invenniſſe legem virium centripetarum. Et ſane Dn. *Hugenius* theorematiſ ſub finem operis ſui de Horologio oſcillatorio in publicum emiſſis A. 1673, i. e. quatuordecim annis ante, quam Principia prodirent, abunde comprobavit, quod accuratam naturæ hæcna virium habuerit notiſſimam.

Accuſat *Keilius* triumpho de *Newtoni* erroribus *Bernoullios*: ſed calumniam agnoſcet, qui ſcripta *Bernoullii*, maxime vero illa, quæ in Actis Eruditorum A. 1713 publicavit, legerit. Videt enim, quanta veneratione, exiſtimatione, moderatione de tanto Viro loquatur. Videtur & ipſe Nob. *Newtonus* boæ intentionis *Bernoullii* convictus, cum illum continuationis amicitie ſuz certiora reddiderit, minimeque actione ejus offenſus fuerit, quam probam atque innocentem agnovit. Sed

Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.

Nam quanta injuria magnum & incomparabilem *Leibnitium* affecit *Keilius*, ſummo omnium artes, ſcientias veramque virtutem amantium luctu rebus mortalibus exemptum? Quantam infamiz notam impudentiſſimus inurere ſtudit tanto Reip. literariz Heroi homo, qui cum centum ſui ſimilibus forſan non reſarciret damnum morte tanti Viri Orbi literato datum? Eum proſecto ſubſannare non erubuit modo abjectiſſimo homineque probo maxime indigno, ut aliud non meruerit, niſi ut Vir ſummus injuriam ſibi illatam contemtu vindicaret. Judicet ipſe *Keilius*, uter generoſius egerit? ipſene cum *Leibnitio* piz memoriz, an vero *Bernoullius* cum *Newtono*?

Eodem contemtu nos quoque vindicamus inſipida *Keilii* ſcommata, quæ in Dominas *Bernoullios* evomit, talium inveniendorum gloriam ſidem integram relinquentes. Revera autem videtur *Newtonus* in ea erronea opinione fuiſſe, quod termini ſeriei ſuz convergentis exacte deſignent differentias ulteriores. Sed cum Anonymus quidam, qui majore quidem zelo atque fervore, quam *Bernoullius* deſideraverat, ejus deſenſionem ſuſceperat, in Actis Eruditorum ſolide idem demonſtraverit & oſtenderit, quam miſere, immo ridicule *Keilius* er-

rorem

rorem typographo imputare conetur ; ad Acta Eruditorum A. 1716 p. 304 lectorem ablegamus.

Clarissime se demonstrare posse affirmat *Keilius*, Nob. *Newtonum* a Coroll. 3 p. 263 incipiendo nusquam errorem ullum commisisse &c. Hanc ego demonstrationem libenter viderem. Sed quicquid sit, saltem *Newtonus* circa eandem materiam commisit errorem in Tractatu de quadraturis, quod utrumque *Bernoullium* impulit ut crederent, suam quoque in locis allegatis Principiorum reperiri. Quid quod non sufficiat, *Newtonum* tantum dixisse *Nicolao Bernoullio*, errorem non in methodo serierum, sed in solutione consistere; debuisset illud publice demonstrare. Ut *Keilius* tanto majus *Newtoni* odium *Bernoullis* conciliet, hac techna malitiose utitur. Ait, illos occasionem arripuisse talia propalandi, cum controversia de calculo differentiali summum attingisset culmen, ea intentione, ut innotesceret *Newtonum* calculum hunc non intelligere, consequenter ejus non posse esse inventorem. Sed (quod facile sciverim) Cel. *Bernoullius* tunc hanc controversiam ignoravit, cum scriberet, quæ postmodum publicavit. Neque video, quomodo Cl. *Keilius* affirmare audeat, controversiam istam summum tunc fastigium attingisse; Commertiarum enim ejus epistolicum, quo ipse litem incepit, quæ carere poterat Orbis eruditus, non nisi diu post ea, quæ Commentariis Acad. Reg. Scient. A. 1710 & 1711 inserta sunt, circiterque idem tempus, quo quædam in Actis Eruditorum publicata sunt, lucem publicam viderat, nempe sub finem A. 1712, sub quem etiam ad Collectores Actorum missa sunt, quæ sub initium A. 1713 in iisdem leguntur. Ad reliqua, quæ affert Antagonista, a Cel. *Bernoullis* defensore antea citato jam responsum est. Dum vero ait, neutrum *Bernoulliorum* differentias secundas intelligere; abunde prodit, quantus tyrannus sit passio, quæ homini dominatur: cogit enim illum, velit, nolit, res longe seorsus intueri ac illas repererat, priusquam animum ejus subiisset. Sane *Keilius*, qui, cum favore adhuc a Cel. *Bernoullium* ferretur, ipsum egregio insignivit titulo *Geometrae docti atque celebris* (vid. Diar. Hag. Tom. 4 p. 331); in presentiarum, cum infeliciter gratia

ejus

ejus excidit, eum ut calculi differentialis ignarum naturamque differentiarum secundarum nequaquam intelligentem cavillatur. Attamen eodem loco Diarii p. 338 concedit, Dn. Marchionem de l' Hospital calculum istum intellexisse, nec ignorat, illustrissimum hunc virum eundem a Cel. *Bernoullio* didicisse: agnoscit etiam p. 345 secundas differentias modo debito tractari in libro de Analyfi infinite parvorum, atque minime ipsum fugit, regulas in dicto libro extantes a Cel. Dn. *Bernoullio* pro-manasse: id quod illustrissimus Editor minime negavit ipse. Quid ex his omnibus concludendum aliud, quam quod *Keilius* spiritu contradicendi & maledicendi actus erectare ausus fuerit, quicquid ingenium ejus atra bile refertum ipsi inspiravit. Diserte dicit, Dn. *Bernoullios* naturam differentiarum secundarum non intelligere; sed nonne dici potest (ut verbis utar Dn. *Collectorum* Diarii Tom. IV p. 14), quod in egregia hac *Apolo-gia multum sit praesumptionis & affectationis reliquas nationes despicendi, quod moribus Anglicis maxima convenit?* Licet vero magna existimatio, qua gentem Britannicam prosequor mihi non permittat hocce in genere Anglis exprobrare; certum tamen est ingentem apud illos numerum inveniri preoccupatorum, qui stolide satis credunt, quicquid egregium excellensque reperitur, in Anglia originem cepisse, primaque ingenia non nisi inter illos existere, reliquis nil praeter honorem ipsa gradibus admodum minutis & e longinquo tantum sequendi relinquenda. Et ea est vanitas Dn. *Keilii*, qui forsitan specula sua nunquam egressus, suos cominus ceu gigantes, peregrinos vero e longinquo velut pumiliones intuetur,

TAB. V.
Fig. 2.

Cavillatur ulterius Cl. *Keilius* utrumque *Bernoullium*, quod in Figura *Newtoni* sibi imaginati fuerint, lineam interceptam a curva & tangente esse differentiam secundam ordinatarum: il, BC & DG: concedunt enim, revera nonnisi dimidium esse differentiae secundae. In vanum igitur laboravit Dn. *Keilius*, novam demonstrationem praeter illam Tom. IV p. 144 Diar. Hag. proferendo, eamque hic denuo repetendo, ad quam sane sufficienter respondit Cel. *Bernoullii* defensor supra dictus, in Act. Lips. 1716 p. 306 ostendens, demonstrationem illam

NON

non adverſus Cel. *Bernoullium*, ſed potius contra ipſum Dn. *Newtonum* facere, & ſupponendo atque inferendo Nob. *Newtonum* exactam differentiarum ſecundarum ideam habuiſſe tum, cum Principia ſcripſiſſet, petitionem principii committi. Conceditur enim facile, Dn. *Newtonum* ſumſiſſe $\frac{m^{100}}{2t^3}$ pro FG, quo-

niam id dicit p. 264. Conceditur etiam, quod $\frac{m^{100}}{2t^3}$ non niſi dimidium ſit differentiz ſecundæ, ſiquidem ita reperitur per regulas calculi differentialis in Analyſi infinite parvorum p. 55 & ſeqq. Sed dubitatur, an Dn. *Newton* FG pro dimidia ſecundæ differentiz parte acceperit; ſaltem nullibi dixit, FG + Kl differentiam ſecundam integram eſſe, utpoſe qui tunc nullam mentionem fecit differentiarum, vel fluxionum ſecundarum, neque terminis expreſſis, neque æquivalentibus. Sic etiam ſe res habet reſpectu $\frac{m^{100}}{t^3}$, quod libenter concedimus eſſe =

FG - Kl, & non niſi tertiam partem differentiz tertiz: hæc enim omnia conformia ſunt dictis regulis datis in Analyſi infinite parvorum. Sed oſtendat, quaſo, Dn. *Keilium*, ſi poteſt, Nob. *Newtonum* FG - Kl pro tertia differentiz tertiz parte ſumſiſſe. Protervia itaque eſt minime condonanda Dn. *Keilii* Cel. *Bernoullii* imputantis, quod ſumſerint FG pro ſecunda differentia integra & FG - Kl pro tota differentia tertia. Dum interea conſici poteſt, illum cum Dn. *Newtono* ab initio in iſto errore hæſiſſe, donec tandem liberati fuiſſent uſu calculi differentialis & regulas differentian- di differentias a Cel. *Bernoullio* edocti eſſent.

Quis tuloris Græchos de ſeditione querentes?

Verum eſt, Dn. *Keilium* poſt repetitam demonſtrationem ſuam pertinaciter contendere, quod Dn. *Newton* affirmaverit, ſecundam differentiam æqualem eſſe ſummæ quantitatum FG & Kl; verum eſt, quod non minori audacia addat, utrumque *Bernoullium* aſſeruiſſe ſecundam differentiam æqualem ipſi FG ſolum: at quoniam res eſt facti, de qua quilibet, ſi modo ruerit loca allegata Principiorum Dn. *Newtoni* & ſcripta *Bernoulli*.

nonnullam legere, erudiri potest; autoritatem *Keilianam* tanti ponderis in orbe erudito non esse credo, ut simplici illius affirmationi fides habeatur. Quam contra mihi liceat thesina invertere & asseverare, Dn. *Newtonum* nequam dixisse secundam differentiam æqualem esse summæ quantitatum FG & Kl, atque utrumque *Bernoullium* id nullibi negasse. Sic itaque curiosi lectoris est indagare, utra harum contradictoriarum duarum vera sit.

Denique Cl. *Newtoni* Patronus studii partium *Leibnitianarum* reos facit *Bernoullios*. Turpe est, ut supra iam monui, exprobrare vitium akeri, cui quis ipse obnoxius est. Quod Dn. *Job. Bernoullium* attinet; plurimis ille locis ostendit se partium studio vacuum esse, dum scilicet correxit Dn. *Leibnitium* summa quidem modestia, quæ omnino quoque erga Dn. *Newtonum* usus fuit, æque nimirum utriusque tanti Viri in erita magni faciens. Sed in Cl. *Keilio* quid, quæso, cernitur aliud quam studium partium *Newtonianarum* intensissimum cœcumque, quod hominem ineptum reddit ad quodvis de rebus sanum iudicium ferendum; studium, inquam, partium ad insaniam usque progrediens, Dn. *Newtoni* errores defendendo eumque infallibilem prædicando. Certissimus sum, Nob. *Newtonum* modo coli nolle, præcipue cum non ignarus sit, talem cultum non provenire nisi ab excessu zeli cujusdam arrogantis pro-coterraneis suis, ita ut *Keilius* gloriam gentis suæ celebrans tantum detraberet forte ipsi Nob. *Newtono*, si fortuna sic serente in trans marinis partibus natus esset, quantum illum cum Anglum extulit. Fortunæ forsitan adverse illustri *Leibnitio* tantum tribui debet, quod ei non contigerit nasci in illa felicissima Cl. *Keilii* patria, ut similibus elogiis gauderet, quibus æcumulatur Nob. Dn. *Newtonus*. Quis scit enim, annon Apotheosis mortem ejus insecuta fuisset?

ESSAYS ON SEVERAL PARTS OF THE
animal Oeconomy.

hoc est,

TENTAMINA DE DIVERSIS OECONOMIÆ ANIMALIS PARTIBUS, Auctore JACOBO KEIL, M. D. Editio
Secunda, correctior & auctior.

Londini,

Londini, apud Georgium Strahan, 1717, in 8.

Plag. 15 $\frac{1}{2}$.

CUM hæc Tentamina alio titulo A. 1708 primum prodissent, de iis abunde diximus in Actis A. 1709 p. 397 & seqq. ut adeo nil amplius restare videatur, nisi ut utriusque editionis discrimen annotetur. Primum itaque ordo Tentaminum in altera editione mutatus comparet. Etenim in prior editione primo loco tractatur de secretione animali; deinde sequitur determinatio quantitatis sanguinis in corpore humano, ubi simul de velocitate sanguinis quædam adjiciuntur; tandem agmen claudit doctrina de motu musculorum: at in posteriori tentamina prima est de quantitate sanguinis in corpore humano; secundam de velocitate ejus; tertium (quod in prior editione profus deest) de vi cordis, qua sanguinem per totum corpus propellit; quarta de secretione animali & quinta denique de motu musculorum. In Tentamine primo quædam hinc inde adjecta sunt, quæ in prior editione non leguntur. Talia sunt, quæ a p. 21 usque ad p. 34 extant de quantitate sanguinis veteris post certum temporis spatium elapsum in corpore adhuc residui. Computat eam in fine triginta dierum tribus drachmis paulo majorem, scilicet O. 024758 partium unius libræ. Ibidem vero una defendit, partes solidas corporis perpetuo manere easdem, argumentis, quæ non omnibus exceptione omni majora videbuntur. Tenendum vero, Autorem per sanguinem non modo fluidum arteriarum & venarum, sed & vasorum lymphaticorum, nervorum aliorumque; quorumcunq; tuborum intelligere. Huc porro referenda sunt, quæ p. 56, 57 & 58 docentur de incremento corporis per vasulorum majorem expansionem a fluido copiosiore intus contento.

In Tentamine secundo accessere p. 71 rationes truncorum arteriarum ad ramos. Unde p. 72 deducit citra errorem notabilem assumi posse, rationem truncorum ad ramos esse ut 10000 ad 12387. Calculus de velocitate sanguinis in arteriis & earum ramis, hinc inde mutatur. Desinit autem velocitatem sanguinis ex corde egredientis ad velocitatem in ultima arteria evanescente ut 44507 ad 1. Alia quoque corollaria p. 76 deducit, quam in prior editione p. 152 elicuerat.

N n n 2

De

De Tentamine tertio dicendum nobis est, paulo uberior, cum, ut ante notavimus, in priore editione non legatur. Solvitur in eo problema de determinanda vi cordis, qua sanguinem expellit, quod *Borellus* in opere de motu animalium tentavit, sed iudice Nostro, parum feliciter. Methodum *Borelli* nimis intricatam censet atque fallacem: ipse adeo alia incedit via, ut certius ac facilius propositum exequatur. Ante omnia per experimenta inquit, qua velocitate sanguis moveatur in arteria iliaca: cum enim sit aortæ valde vicinia, velocitatem ibidem eandem fere judicat, quam in aorta, consequenter eandem cum ea, qua sanguis ex corde expellitur. Reperit, quantitatem sanguinis ex arteria profluentem esse ad sanguinis quantitatem, quæ ex vena eodem tempore fluit, ut $7\frac{1}{2}$ ad 3. Sumit deinde cor in quavis systole duas uncias sanguinis expellere, atque eam determinat sanguinis ex corde proruentis velocitatem, quæ est corporis intra unius minuti secundi ambitum spatium $6\frac{1}{2}$ pedum emotientis: unde tandem vim cordis æqualem æstimat ponderi quinque unciarum. Alia methodo eandem reperit unciarum octo. Atque ita enormis plane dissensus est inter *Keisium* atque *Borellum*.

In Tentamine quarto de secretionem animali p. 117 & seqq. nonnulla aliter leguntur, quam in priore editione p. 14 usque ad 27 hinc inde exprimebantur. Calculus quoque, quo pressura aeris in pulmones determinatur, mutationem subit. Nova sunt, quæ p. 137, 140 & seqq. de velocitate sanguinis in hepate, nec non p. 163 & seqq. de operatione medicamentorum quantitatem secretionum alterantium, & p. 173 usque ad p. 181 de purgantibus specificis habentur, quas Noster cum veteribus defendit.

Tentamen quintum nihil mutationis subit: ut adeo non fit, quod de eo hac vice amplius commemoremus.

**OBSERVATIO ECLIPSEOS SOLARIS A.
MDCCXVIII d. 2 Martii St. c. mane in Observatorio Re-
gio Berolini facta a JOH. WILHELMO
WAGNERO.**

Misso jam prolixo (quo splendorem observationibus suis observatores conciliare plerumque solent) de preparatoriis & circumstantiis observationes antecedentibus & concomitan-

tibus præfamine, sciri tamen velim, *primum*; me, quo minus ædificia urbis obstaculo sint, & ipse citius Solem detegere possum, supremam aliquam (quæ imaginibus objectorum excipiendis destinata *Obscura* expresse appellatur) Observatorii Regii *Cameram*, pro instituenda Eclipsis observatione elegisse, & ope Tubi optici 5 pedum in Tabula seu charta alba post eum firmata Solis imaginem ea magnitudine excepisse, qualis est in figura 4; momenta autem observationum seu Phasium, socium quendam, qui mihi a latere erat, sedulo annotasse ex Automato aliquo portatili majori, quod & minuta secunda monstrat, & cum illud per plures dies continuo ierit, nec juxta Solem, per nubilos ante dies & alia impedimenta, dirigi potuerit, sed verum tempus multum anticipavit, me per aliquot post Eclipsin captas Solis altitudines tempus automati correxisse. *Deinde*, cum pro excipienda Solis imago e deliquium vel quasi subitura, disco circulari ex Semidiametro Solis Horizontali descripto, & in 12 digitos & horum quartas, circulis concentricis æqualiter ab invicem distantibus, distincto usus sum; sed facies Solis Horizonti adhuc maxime propinqui per refractionem deformata, & ad medium usque Eclipseos, minus tamen in superiori, in quem obscuratio incidit, quam in inferiori semisse, Elliptica fuerit; ipse tamen in observandis Phasibus superiorem Solis circumferentiam Ellipticam superiori disci in Tabula mea circumferentia circulari applicaverim, observans, quando umbra ad Circulum aliquem concentricum pertigerit, sequitur, mihi veras ab initio usque ad medium Eclipseos Phases tali modo non observatas esse, sed quia umbra Lunæ cum imagine Solis æqua ratione contracta extiterit, illas revera paulo majores esse debuisse. Quare pro vera acquirenda Phasium quantitate correctionem vel reductionem adhibendam duxi; ita cum Solis Diameter Verticalis $1\frac{1}{2}$ dig. sive 90 minutis, brevior Horizontali immutabili, sed, ut monui, inferior semissis superiori magis Elliptica, & inferior semidiameter superiori contractior fuerit, suppono interim (quod veritati satis accedet) superiorem 40 ejusmodi minutis ab initio, & inferiorem 50 minutis, justo brevioris fuisse. Hinc pro singulis Phasium momentis diminutionem refractionis sive augmentum semidiametri superioris crescentis, & exinde porro, quantum singulæ Phases refra-

TAB. V.
Fig. 4.

ctione diminutæ fuerint, proportionando erui, & particulas debitas Phasibus adjeci, & hoc tanto facilius, quia contactus Phasium fere in suprema circulo digitalium parte, hoc est, fere verticaliter, & parum a latere factus sit. *Macula* insuper satis densæ in disco solis tres simul & semel annotatæ sunt. Ceterum favor cæli prædicandus, præter spem, totam hanc Solis Eclipsin observari, & observationem, non nisi mox post initium ad parvum temporis spatium nubecula inturbata concessit. Sequitur jam ipsa

Observatio Eclipsos Solis, uno conspectu exhibitæ.

Ordo Phasium.	Tempus incorr. Automati			Tempus ex Altitudinibus Solis correctum			Quantitas Phasium observata. Digg. ' "	Quantitas Phasium correctæ. D'gg. ' "
	h	'	"	h	'	"		
1	7	8	50	6	48	32	Initium	
2	7	20	35	6	59	54	1 0	1 5
3	7	25	50	7	5	0	1 30	1 37
4	7	31	32	7	10	30	2 0	2 8
5	7	36	3	7	14	51	Tres Maculæ Solis annotatæ. 2 20	2 28
	7	38	40	7	17	24		
6	7	42	59	7	21	34	2 30	2 37
7	7	48	35	7	26	59	2 45	2 50
8	7	57	37	7	35	43	2 50 Discus solis hucusq; ellipticus suebat circularis.	2 58
	8	4	40	7	42	32		
9	8	6	6	7	43	55	2 50	eade.n
10	8	14	19	7	51	52	2 30	- - -
11	8	24	8	8	1	21	2 0	- - -
12	8	33	16	8	10	11	1 30	- - -
13	8	40	41	8	17	21	1 0	- - -
14	8	46	36	8	23	5	0 30	- - -
15	8	51	56	8	28	14	Finis.	- - -

MENSIS OCTOBRIŒ A. MDCCXVIII. 471

Ratio Diametri Lunæ ad Diametrum Solis erat circiter ut 24 ad 25 vel potius ut 49 ad 50.

Accedunt adhuc Altitudines Solis, post finitam Eclipsin corrigendi temporis ergo captæ, quibus Refractionem de la Hireanam subtraxi.

	Tempus Automati. h ' "	Tempus ex Ak. ☉ correct. h ' "	Altitudines Solis. ° ' "	Refract. Subtrah. ' "
1	9 11 37	8 47 11	17 54 0	÷ 3 13
2	9 14 10	8 49 27	18 10 0	3 10
3	9 17 25	8 52 44	18 33 0	3 6
4	9 19 16	8 54 54	18 48 0	3 3
5	9 21 1	8 56 20	18 58 0	3 1

Notandum etiam, quod Automaton istud citius justo horas absolverit, & ejus I hora 1. 4 $\frac{1}{2}$ fuerint = I horæ alius automati, quod longo pendulo gaudet, cujus una vibratio æqualis est uni minuto Secundo.

Summa Observationis:

H.			
6	48	32	Initium Eclipsos.
7	35	43	Maxima Obscuratio
8	28	14	Finis.
1	39	42	Duratio.
2	Digg.	53	Quantitas.

Beschreibung einer Himmels- und Erd- Kugel von einer ganz neuen Invention.

hoc est,

DESCRIPTIO GLOBI COELESTIS AC TERRESTRIS
nova arte constructi; Auctore JOHANNE
BEYERO.

Hamburg.

Hamburgi, sumptibus Autoris, 1718, 4.

Plag. 6 $\frac{1}{2}$.

Cum globi cœlestes, quibus ad representanda motus communis phænomena utimur, stellas exhibeant in convexitate, quas cœlum in concavitate monstrat, hincque tyrones ad stellarum notitiam ducendi confundantur, *Johannes Beyerus*, artifex Hamburgensis, ingenio, ut videtur, pollens, novo consilio construxit globos, qui cœlum stellatum intra concavitatem spectandum exhibent, nec modo iis problematibus solvendis sufficiunt, quæ per communes solvi fuerant, verum etiam aliis inserviunt, quæ communes globi non attingunt. Hos itaque globos c. 1 & 2 describit, eorumque c. 3 usum per problemata 24 declarat. Mirum forsân videbitur nonnullis, quomodo fieri possit, ut in globi circa axem mobilis concavitatem intueamur. Tenendum itaque globum cœlestem plano æquatoris esse sectum in duo hemisphæria cava eo intervallo distita, ut cavam superficiem intueri liceat. In hac depicti sunt asterismi una cum ecliptica, intusque comprehenditur tum meridianus, tum horizon mobilis, qui alias globum extus ambiunt circuli. In centro horizontis collocatur globus terrestris suo meridiano ac horizonte instructus. Æquator globum extus ambit ligneus & in eo descripta sunt, quæ alias in horizonte ligneo cernuntur. Diameter globi cœlestis est unius pedis Rhevani, terrestris vero unius tantum digiti. In asterismis delineandis secutus est *Beyerus*, ut ipse fatetur, *Vincenzium Coronelli*, Venetum. Problemata primi mobilis, quæ per hos globos solvuntur, notiora sunt, quam ut ea recenscamus. In Appendice describit Autor ideam materialem systematis Copernicani a se inventam, quæ phænomena motus proprii tyronibus monstrare licet. Moventur in hac machina planete motu vertiginis circa axem, tum etiam motu proprio circa Solem, ita ut & longitudinis & latitudinis phænomena distincte representet. Tam globi, quam hæc machina apud inventorem certo pretio venales prostant. Prodiit jam anno 1715 Hamburgi Scheda typis descripta de hoc globorum invento, quæ nunc præfationis loco præfigitur.

MENSIS OCTOBRI A. MDCCXVIII. 473
JOHANNIS LUDOVICI APINI, MED.
Doct. Physiol. ac Chirurg. quondam Prof. Publ. Altorfina
Fasciculus Dissertationum Academicarum.

Altorfi, literis Jod. Guil. Kohlesii, 1718, 8.
Plag. 18.

Quamquam Clarissimus Apinus, cujus Relationem Histori-
cam febris Epidemicæ Anno 1694 & 1695 in Noricæ diti-
onis oppido Herspruccensi grassantis in Actis his anno 1697
mense Jan. pag. 25 commendavimus, muneri Artem Medicam
in Academia Altorfina publice docendi diu non præfuerit, al-
tero quippe anno post vocationem scilicet 1703 febre catar-
rhali acuta denatus, non destitit tamen intra tam exiguum
temporis spatium functionem hanc suam magna cum laude ad-
ministrare. Id quod Clariss. D. Johannes Jacobus Bayerus,
Medicinæ in eodem Lyceo Professor Primarius, in Præfatio-
ne huic Fasciculo præmissa non solum de eo deprædicit, verum
etiam Dissertationes ejus V de principio vitali, vexata alias in-
ter Physiologos & Medicos materis, in circulo, ut vocant, ha-
bitæ, abunde resstantur. Quæ Disputationes ne, quod plera-
rumque Dissertationum Academicarum triste fatum esse
consuevit, oblivione exstinguerentur, cavet dignissimus
ejusdem Filius, & famæ paternæ non minus ac philiatro-
rum desiderio consulturus, easdem cum aliis B. Viri lucubra-
tionibus conjunctim publicare curavit. Continentur itaque in
hoc Fasciculo B. Apini Programma de *nequyia* Hippocra-
tica, magno ad faciendos in Arte progressus impedimento;
Oratio inauguralis de origine diversitatis temperamentorum
in homine; Æolus Microcosmo commodans & incommodans,
sive Dissertatio Physio-Pathologica de Flatibus; & Disserta-
tio Medica Inauguralis de Syncope, anno 1690 Altorfii habita.
Ut ex singulis aliquid excerpamus instituti ratio vix permittit,
hoc solummodo monemus, eam fuisse Cl. Autori de principio
vitali opinionem: dari in homine præter mentem immorta-
lem, Divinitatis exemplar, & imaginem, altioris ut indolis, ita
ad vitam quoque altiolem & æternam, omnis mutationis &

O o o

inte-

interitus expertem, a Deo conditam, principium quoddam aliud homini cum brutis commune, quod efficienter vitalitatis omnis causa existat, & corpore organico ad hunc ipsum scopum diversimode utatur, huicque sit in essentia contradistinctum, de natura luminis vel ignis vitalis, idque cognitione, perceptione atque appetitu præditum recte vocari spiritum.

JO. CASP. POSNERI, PROFES. JENENSIS Eloquentia Academica. h. e. Scriptorum palam propositorum, nec non Orationum, Allocutionum, & Inscriptionum quarundam Specimina &c. cum argumentorum & rerum indicibus.

Jenz, apud Jo. Felic. Bielckium, 1718, 8.

Alph. 2 plag. 15.

Sine dubio magnam ab elegantiorum literarum studiosis Cl. Autor inuit gratiam, quod orationes, allocutiones, & alia hujus modi scripta cum iis communicare, & publice luci exponere voluerit. Præterquam enim, quod Latini sermonis elegantia, quæ cum pari rerum varietate conjuncta est, ex iis possimum elueat, complura quoque subinde occurrunt, quæ rerum in Academia Jenensi gestarum memoriam ab interitu, sui alias obnoxia fuisse, vindicare poterunt. Eorum autem, quæ in hoc libro exhibentur, septem constituentur ordines, & primo loco ponuntur Programmata, quibus solennitates indictæ, & laudes Imperatorum, Regum, aliorumque Principum celebratæ fuerunt. Secundo continentur, quæ Rectoris Magnificentissimi nomine sub auspiciis regiminis Academici Cl. Autor scripsit, & publice proposuit. Tertio loco conspiciuntur, quibus studiose juventuti prælectiones semestres commendavit, inter quæ in primis elegans est prolusio Academica, quam tempore, quo naturalis scientiæ munere ornaretur, de Phœnice ave conscripsit, ubi adductis eorum sententiis, qui revera hanc avem existere credunt, pro lepido ingenii commento habet, quicquid de ea vulgo narratur, & immensam orbis hujus aspectabilis compagem sub hoc involucro late-re existimat. Quarto edicta, & scripta, quæ vocantur pœnalis

ha comprehenduntur. Quinto dissertationes funeris & memoriz causa scriptz continentur. Sexti ordinis orationes, & allocutiones varium argumentum tractant, & cum ad exequias & laudes summorum virorum, tum ad negotia Academica & gratulandi officium spectant. Postremo reperiuntur, quz a Cl. Autore in sacris secularibus superiori anno a cœtu nostro in memoriam restauratz per divum Lutherum purioris doctrinz partim scripta, partim dicta fuere, in quibus præ ceteris legi meretur oratio, in qua reformatiois a divo Luthero susceptz præstantia & divinitas firmiteribus argumentis adstruitur.

GUILIELMI ROPERI VITA THOMÆ MORI,
edente THO. HEARNIO.

Oxonii, apud Editorem, 1716, 8 maj.
Plag. 22.

Thomæ Mori, viri eruditione, prudentia, & varia fortuna insignis vitam scribere plures tentarunt, e quibus Tho. p. XXXVIII Stapletonum, Tho. Morum pronepotem Ecclesiz Romanz Presbyterum, Jo. Hoddesdonum, Mauric. Channejum & alium quem sub literis T. P. latentem, nominasse suffecerit. Sed hosce omnes plurima hausisse ex opusculo MScTo eadem de re a Guil. Ropero composito, viro literis moribusque perpolit, qui hujus Mori filiam Margaretham & pietate sincera, & morum suavitate, & eruditione illustrem in matrimonium duxerat, deprehendit. Tho. Hearnius, cui illam ob causam haud abs re visum est, factum Roperi genuinum typis mandare. Libellum ipsum, Anglica lingua contextum ita quidem ut seculum suum sapiat, ex antiquissimo Codice Burtoniano descripsit, eundemque ex alio Murræi supplevit, varias inde lectiones sub finem operis exhibens. Mori familiam æri incisam hic non exhiberi potuisse ob chalcographi defectum, queritur Editor Cl. quem quidem laborem, licet ob chalcographi imperiti- am minus felici successu, jam occupaverat Cel. Carola Patina. Interea haud injucundum existimavit, nonnulla de Moro & Ropero ex Woodi Athenis Oxoniensibus collecta hic præmit-

VII seq.

tere, unde ex his cum Roperi opere collatis, Mori vitam brevibus delineare conabimur. Thomas Morus, Joannis, Equitis filius, Londini A. 1440 natus, primis Grammatices lineamentis ibidem est imbutus, mox in familiam Jo. Moretoni Card. & Archi-Episcopi Cantuariensis receptus, cum eidem animi alacritatem probasset, ejus beneficio 1497 Oxoniz inter socios Collegii Cantuariensis admissus, ab ore Grocyni & Linceri pependit, hinc Græcæ & Latinæ linguæ apprime gnarus, Poësin quoque & delicias Mathematicas haud mediocriter degustavit. Londinæ reversus summa cum laude lectiones in Augustini libros de Civitate Dei habuit, hinc Collegii Furni-fallensis lector factus tres annos eodem officio functus est, postea inter Carthusianos per 4 annos versatus, votis quidem hand nuncupatis, pietati se totum dedit, donec ad Coltium, Nob. Essexiensem, delatus & filiarum omni virtutis genere præditarum amore captus, natu majorem, licet formæ elegantia ipsam minor vinceret, conubio sibi junxit, ex qua natum unicum, filiarque tres suscepit. Ex isto tempore juri patrio addiscendo operam dedit, & brevi causas in foro egit. Henrico VII filiam Scottorum Regi jungere volenti in senatu Regni publico magno animo obstitit, quam ob causam Regis ira adeo in ipsam exarsit, ut fuga sibi consulendum Morus existimaret. Sed Rege defuncto, ob eruditionem summam, miramque prudentiam singulari gratia Henrici VIII valens, a causis dicendis, invitatus licet, advocatus, primum supplicum Libellorum Magister, mox Eques, Confiliarius intimus, dein Thesaurarius ærarii, postea Cancellarius Ducatus Lancastrensis a Rege creatus est, præterea Orator populi in Concilio Regni aliquando lectus, Legati etiam munus ad Imperatorem & Galliarum Regem bina vice obiit. Interea Henricus in arduis maxime negotiis Mori consilio usus est, siquidem libro de VII Sacramentis conscripto ultimam manum admovere ipsam jusserat, & cum Wolsejus ut Imperatori ægre faceret, intentus, Regi serupulum injecisset de matrimonio cum Catharina Arragonica divinæ legi adverso, Morus obnitens Regi, ne divortium faceret, suadere nunquam desistit. Hinc Wolsejus odio Morum persequabatur, sed illo paulo

P. 3.

4

6.

7.

13.

38.

18.

12.

paulo post Regis gratia excidente, Noster summi Angliæ Cancellarij dignitate ornatus, post triumphare annorum spatium, mala quæ postea evenerunt, præfagiens, eadem semet abdicavit. Hinc in prædium suum se recipiens, Deo & literis totum se dedit. Denique cum suprematum Regis in Ecclesiam, & connubium cum Anna Bolena approbare recusaret, Turri Londinensi inclusus, carceris ærumnas patientissime tulit, donec anno 1535 (non 1537 in quo fallitur Roperus) capite truncatus iisdem liberaretur. Fuit ipsi statura brevis, membra convenientissime disposita, habitus corporis paulum phlegmaticus, facies subpallida, capilli flavo-nigricantes, oculi glauci, suavissima oris species, vox suavis & plena, valetudo plerumque prospera, nisi quod annis gravior asthma laboraret. Juvenis aquam ut plurimum potabat, levi subinde vini haustu contentus, cibis vescabatur multo sale conditis, simplicibus tamen, ne vires voluptatibus opprimerentur. Literatorum erat amantissimus, nulli humanitate secundus, Regi fidelis & vere pius, justitiæ tenacissimus, ob omni opum cupiditate alienus, & inde sub vitæ finem omnium rerum indigens. Librorum ab ipso Anglica & Latina lingua exaratorum historiam, & Epitaphium, quod sibi ipsi fecerat, cernere hic poterit L. B. nobis enim ad reliqua opuscula hic adjecta est proponendum. Sifitur vero primam Epistolam Mori a Richardo Jameſio typis olim mandata, nunc ob exempla rarissima denuo recusa, contra quosdam Oxoniæ Trojanos semet appellantes & artes liberales præcipue Græcas odio habentes. Epistolæ & Orationes a Thoma Bakero & Comite Oxoniensi communicatæ huic subnectuntur, lectu sane dignissimæ, quæ etiam ad difficultates Sec. XVI in Domo Convocationis & Congregationis Oxoniensi explicandas faciunt. Deinde comparet Chronicon Godstovianum, ita dictum, quod in illud incideret Hearnius, ad rudera Prioratus de Godstowe perambulans. Autor illius Anonymus historiam Principum Britannicorum ordine Chronologico minus quidem accurato, breviter tamen & perspicue persecutus est, fabulis interdum nimis indulgens, atque desinit in Henrico VI, quo tempore ipse floruisse videtur.

p. 22.

29.

p. 42 seq.
56 seq.
p. XXXI.

p. 13.
14. 15. 24.
23 sq.
27. 35.
30. sq.

59.

69.

180.

P. 214.
235.

Duos errores in eodem notandos duximus, alterum quod Haraldum Hatefoot cum Haraldo Godwini filio confundat, alterum quod Pontifici Benedicto Librum VI Decretalium tribuat. Subdidit denique Noster descriptionem Fenestrarum Ecclesie de Fairford, a Murrajo acceptam, cui observationes suas præmisit Editor, unde perspeximus, Fridricum Corfellis in Anglia primum in sacello prope templum S. Joannis Oxoniz artem typographicam circa annum 1468 exercuisse, atque primum *Ruffini Expositionem in Symbolum Apostolorum* typis expressisse.

THE SECRET HISTORY OF EUROPE.

i. e.

ARCANÆ HISTORIÆ EUROPÆ PARS IV.

Londini, apud C. Curll & J. Pemberton, 1715, 8.

Plag. 18.

P. 5. 14.

14.

44.

82.

Res priores hujus opusculi Tomos Gallico idiomate donatos, Suppl. VI p. 5 & 72 exhibuimus; quo nunc integro Anglica lingua ad nos delato, nisi quod binas Epistolas T. I & II Gallicæ versioni junctas in eo desideremus, Partem IV, nondum, quod sciamus, in Gallorum idioma translata, sub ineudem vocabimus. Claudit pars hæc totum opus, cum recentiora cuius innotuerint, & Autori tantum constitutum fuerit, ut religionis & libertatis Britannicæ amantibus adversariorum consilia maligna ob oculos poneret. Continetur ergo hic narratio eorum, quæ literis Jacobum II inter & Rigidiores missis fuerunt agitata, per quas ille, invitus licet Gallorum hortatu, Anglos vanis de Religionis libertate promissis lætabat; illud vero commercium evidentius apparuit, cum Britanni ad Brivates appulsi re infecta discedere cogentur. Hinc Autor calumniatorem quendam in Wilhelmum Regem debachantem confutat. Deinde refert, insidias mortua Maria a Rigidioribus A. 1695 Wilhelmo venatum ituro structas, quas Smithius quidem primus detexerat, quo facto Rigidiores, maxime cum Jo. Fenwick hujus criminis reus capitis damnaretur, mentem malefanam prodiderunt, ut proditorem patriæ a pœna merita liberarent, frustraneo tamen conatu.

conatu. Inde veritatem Conspirationis Lancaſtrienſis, quæ hanc præceſſit, nudam ob oculos ponit, quam omni contentione dubiam reddere Rigidiores allaborabant. Quibus artibus iideam univerſam Britonum gentem opibus defraudarint, Autor multis recenſet, utpote cum illis omnia eſſent venalia. Namque a Societatibus Mercatorum Indicis ingentem auri ſummam corradebant, & pecuniam Orphanis deſtinatam in ſuos uſus vertebant, iſtis interea fame pereuntibus. Poſtea commemorat Noſter, quæ in Senatu Regni publico contra Comitem Clarendonii, Rigidorum partes ſemper ſecutum, A. 1667 fuerint agitata, unde pateſcit, ipſum maxime obſtitiffe, ne Carolus II & frater Dux Eboraci divortium cum uxoribus facerent, ac ne Regi licentia ſumptus annuos ad bella aliave neceſſarios pro lubitu cogendi permitteretur, quo ſolo omnis Parliamentorum auctoritas concidiſſet; imo eundem in vulgus ſparſiſſe, Eboracenſem Catholicis clanculum eſſe addiſſum. Hoc comperto Regem adeo iræ commotum, ut adverſarios Comitis incitaret, de quovis crimine ipſum ut accuſarent. Denique cum Rebelles facinora objecta *Juris hereditarii & obedientia Paſſiva* excuſatione purgare conarentur, Epifcopi Anglicani diſſenſum ab iſta doctrina Scripto publico teſtati ſunt, cujus præcipua momenta junctis Animadverſionibus Autor annectit, additis ſub finem vanis quibuſdam verborum blandimentis, quibus Ludovici XIV aures demulcere Galli haud erubuerunt.

p. 213.
218.

238.

341.

252.

CAROLI OTTONIS THYLLII, 3CTI, COMMENTATIO ad Capitulationem Caroli VI Imp.

Francof. ſumtibus Andr. Fridrici Böttcheri, 1717, 4.

Alph. 2.

Autor Cel. Primarius Jurium in Academia Heidelbergeniſi Profeſſor, qui editis ad Stryckii Examen Juris Feud. notis antehac inclaruit, nunc etiam meditationes ad Capitulationem Caroli VI typis exſcribi curavit, in quibus eandem cum aliis Imperii Legibus ſedulo contulit. Libellus equidem mole nimia non laborat, aſt Metaphyſicis diſtinctionibus refertus multa continet, ubi vix ſere obvia; quare nos quidem brevitate

- P. 3. tati litabimus. Primordia Electionis Imperatoriz Germanis usitataz ab Henrici V temporibus repetit Autor, & Bohemiz Regem nec ad Capitulationis negotium, nec Comitiaz Electoralia admitti putat, quod quidem nunc mutatum esse constat.
6. 70. Philippum V Hispanicorum Statuum consensu sceminas a successione Regia exclusisse refert, cujus Decreti vim ipse confutat. Imperatorem electione peracta potestatem consequi statuit, antequam in Capitulationis verba juraverit, quæ quomodo cum notatis ad Conclusionis verba concordent, alii dispiciant. Potestatem Imperatoris Monarchicam esse tradit, cui Capitulatione saltem, tanquam conditio sine qua non, accedens, nihil officiat, ut adeo Statuum jus suffragandi Majestaticum dici minime possit. Imperatorem solum jus status conferre posse autumat, sed exercitium juris per Capitulationem esse restrictum; atque ad pacta Confraternitatum firmanda nec Electorum, nec Statuum consensu opus esse censet. Iteratam Jurium ac Privilegiorum Electoralium confirmationem hodie demum una cum renovatione investituræ expediri tradit. Cesari & Electoribus, reliquis exclusis, jus vindicat, alium Principem in Collegium Electorale assumendi. Art. 2 & 4 Capitulationis Carolinæ circa ea, quæ Gallis Pace Westphalica fuisse concessa, discrepare asserit. Statum Imperii Jure per Pacem Westphalicam quæsito, majoribus votis ipsi adversa, posse privari negat; singulorum tamen unanimi consensu idem fieri posse existimat; nisi forsitan assensus compaciscens Gallorum Suecorumque cuidam addendus videretur.
72. Solum quondam Palatinum Vicarium, consilio Saxone, acta Camera curasse, ex Uffenbachio refert. Sub calcem omnes a Carolo V usque ad Imperatorem nunc gloriosissime regnantem Capitulationes sunt adjectæ, ubi animadvertimus, Nostrum mancum illud exemplar Goldastinum Capitulationis Maximiliani II exprimi curasse; licet eandem jamdudum integram ex Archivo Palatino restituerit *Cel. Thulmaris* in *Tr. de Bullis*.

ERRATA.

Pag. 456 lin. 3 pro Quod lege Quodsi, it. lin. 4 post Keilius inferre asserenti.

✻ (o) ✻

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Novembris Anno MDCCXVIII.

*THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM,
studio & opera Domni EMUNDI MARTENE & Domni
URSINI DURAND, Presbyterorum & Monacho-
rum Benedictinorum e Congr. S. Mauri.*

Tomi V.

Lutetiz Paris. sumatibus Florentini Delaulne & reliqu. 1717, fol.
Alph. 56.

Przclare sui ordinis decus tuentur literatissimi Duum-
viri, qui post Hugonis Menardi, Lucæ Acherii, Joh.
Mabillonii, Jacobi Lopin, aliorumque sui Ordinis,
collecta antiquitatis cimelia, novum hunc Thesau-
rum promunt, qui, sive Collectorum studium & industriam,
sive rerum, quæ in illo continentur, pondera, ipsamque operis
molem spectemus, ceteris ejus generis collectionibus neuti-
quam cedit. Etenim non dissimulat *Emundus Martene*, cujus præ-
cipua in editione Thesauri opera fuisse videtur, se jam olim
ad similem laborem suscipiendum excitatum fuisse ab Acherio,
qui, licet in Spicilegii sui Tomo XIII subsistendum sibi decrevis-
set, ut totus divinis occupatus ad piam mortem se præpareret,
cum tamen illa tardius, quam expectaverat, adveniret, quietis
impatiens, novum spicilegium alio sub titulo aggredi cogitabat,
ad quod prælo committendum adjutricem a Nostro manum po-
stulabat, verum non multo post de medio sublatus, nec conce-
ptum opus explere potuit, nec Noster *Commentario in Regulam
S. Benedicti*, quem Par. 1690, 4 vulgavit, intentus illius consilii
parere tum valuit: donec ipsi antiquos Ecclesiæ ritus investi-

PPP

gare

gare meditati, necesse fuerit Bibliothecas perlustrare plerimisque codices manu exaratos evolvere, in quibus cum plures in ejus manus incidissent prælo digni, jam tum A. 1700 Rotomagi *Collectionem veterum scriptorum & monumentorum* edere cepit juxta volumine, quod plura alia excipere debebant. Interim cum novam Galliarum Christianarum editionem in se suscepissent Fratres Benedictini, jussu superiorum Noster cum *Du-rando* sodale totas pene Gallias integro sexennio peregravit, Ecclesiasque cathedrales circiter centum, Abbantias minimum octingentas adivit, & excussis summo studio tabulariis, non modo effecit, ut e Cl. Roberti & Samaritanorum Gallia Christiana innumeri fere errores tollerentur, & saltem trecenti Episcopi illis minus noti e tenebris in lucem protraherentur, verum & eadem opera ingentes antiquitatis thesauros collegit, quæ cuncta in publicam lucem edere visum est hac nova Collectione, Tomos omnino V complexa, cui tamen prioris illius Rotomagensis, in officinis jam pridem desideratæ, monumenta passim iterum inserta sunt. Equidem operæ pretium foret, singulos Tomos accuratè perlustrare, atque usum eorum ostendere, at cum in tanta librorum novorum copia brevis potius suadenda nobis videatur, brevem tantum operis conspectum dabimus, ac pauca hinc inde, velut canis e Nilo, delibabimus.

Tomus I, variorum imprimis Regum atque Principum epistolis ac diplomatibus refertus, primo statim loco offert Theodoricæ Regis Gothorum Legem contra sacerdotes Ecclesiarum jura alienantes A. 508 latam, quam Dagoberti II, Caroli M. aliorumque privilegia monasteriis concessa excipiunt. Dignæ memoratæ videntur Ottonis Imp. literæ A. 992 datæ, quæ præci moris mentionem his verbis faciunt: *ob interventum Bernacacris sui juris quondam famulam Constantiam nomine per excussionem unius denarii, quem nostra manu de sua manu excussimus, liberam fecimus & ab omni debita servitutis jugo excussimus.* Nam etsi huic morem e lege Salica derivatum antiquissimis temporibus apud Francos solennem fuisse testentur Autores, cum tamen etiam Ottonum tempore in Germania floruisse,

vix

vix aliunde constat. Exstat & Diploma Bertoldi Burgundiz Ducis, coram Friderico Rege Rom. consentiente quidem ac confirmante, Principibusque, apud Rivarolum datum A. 1155, quo is Guigoni Daphino Albionensi Comiti jure omni in civitatem Viennensem cedit. In Epistola Gregorii IX ad Henricum Friderici Imp. filium dictu horrenda leguntur de quibusdam Germaniz hæreticis, blasphemis, spurcis, magis &c. Graviter quoque idem invchitur in Fridericum Imp. excommunicatum, quem *præcursorem Antichristi* vocat. Rudolphus Imp. Hollandiz Comitatum cum omnibus quæ Florentius feudi jure ab Imperio teneat, si illum mori sine legitimo herede contigerit, Johanni de Avesnis Comiti Haynonensi A. 1276, moxque eodem anno ac die eademque formula Hermannæ Comiti ab Henneberg concedit. Idem Imperator Johanni illi terram de Alost &c. soleanni formula subijcit, cumque ænulus ejus. Guido Comes Flandriz sententiz Procerum Imp. parere recusaret, eum proscribit, ac Johannem demum Vicarium suum generalem in partibus Tusciæ constituit A. 1284. Literis Adolphi Imp. ad Philippum Galliz Regem bellum huic denuntiatur, simulque aliis ad Ducem Lotharingiz datis ad sædus ac prædæ partem Dux invitatur. Complures imprimis hic leguntur Epistolæ, ad abdicationem Wenceslai & electionem Ruperti pertinentes, e quibus patet, Italicorum non eandem omnium mentem fuisse; sic enim Franciscus de Gonzaga, Mantuz imperialis Vicarius generalis, negat, se a fide Wenceslao juramento promissa discessurum, Ferrarienses vero se facturos respondent, quod ceteri Vicarii & fideles Imperii fecerint, Florentini denique, Patavini, Lucani aliique pronam in novum Regem voluntatem abunde declarant. Inferitur & Roberti Guaguini elegans epistola, quæ diligenti Galliam inter & Hispaniam instituta comparatione, illam huic longe anteferendam censet.

P 444

950

960

1153

1167

1181

1192

1270

1638

1639 sq.

1833 sq.

Tomus II, Urbani IV, Clementis IV, Johannis XXII & Innocentii VI Pontificum Epistolæ, aliaque quæ tum schisma Pontificum Avenionensium, tum Concilium Constantiense ac Gallicanæ Ecclesiæ libertatem concernunt, cum Orationibus

- nonnullis exhibens, multa imprimis habet de Carolo Andega-
 venſi Siciliae ſceptro admoto. Hinc enim patet, quam caute
 p. 6 omnia ad eam rem comparaverit Urbanus IV, qui & centeſi-
 mam omnium proventuum Eccleſ. Germaniae tempore Inter-
 regni A. 1262 ab Archi-Epiſcopis Magdeburgenſi & Coloni-
 enſi colligi in triennium ac ad locum certum deponi jubebat,
 ſub praetextu ſubſidii terrae ſanctae mittendi, re vera, ut videtur,
 54 ut pecunia illa uteretur in rem ſuam; & Galliae Clerum diſerte
 hortabatur, ut Carolo Andegavenſi decimas reddituum per tri-
 ennium ſolveret, ad occupandam Siciliam. Praeterea in-
 26 dulgēbat, ut Carolus Romanae Urbis regnum, quod illi Sen-
 atoriarum dignitatis nomine obtulerat populus Rom. acciperet,
 quod ea res multum illi in futura expeditione profutura videretur,
 ea tamen lege, ne diutius, quam e re viſum Pontifici fue-
 rit, eam retineret, tum quod Urbis dominium & electio Sen-
 atoriarum ſpectet ad Pontificem, tum ne provocetur Richardus
 Germaniae Rex, cui quippe antehac ad Urbem regendam ele-
 cto omnibus viribus obſtiterat Urbanus. Nec remiſſius Cle-
 mentis IV in tuendo Carolo ſtudium fuit, cui Regnum Siciliae
 220 per literas inveſtiturae ſolennes A. 1265 tradidit, ac ſaepe de-
 inde conſilia adverſus Conradinum ſuppeditavit: quamvis &
 264 graviter queratur idem Pontifex, Caroli in urbe Vicarium Sen-
 atoriarum poteſtate abuti, & officialibus illis arma minetur ſpi-
 ritualia. Literae Johannis XXII inquietum hominis animum
 ſatis produunt, quod Ludovicum Bavarum non Regno modo,
 ſed & Bavariae Ducatu ſpoliare omni vi niteretur, filium in-
 ſuper ejus ſuper uſurpatione Marchionatus Brandenburgici Ro-
 mam velut ad tribunal citans. E literis Innocentii VI ad Lu-
 dovicum & Johannam Siciliae Reges anno ejus Pontificatus
 924 nono datis intelligitur, fuiſſe illo tempore, qui ſe Franciae Re-
 gem ſomniaverit, vero nomine Johannem Guga, civem Senen-
 ſem, cui non minus abſurdus homo, Joannes de Verrayo,
 Anglus, Locum tenentis nomine acceſſerit; cum vero im-
 poſtor ille forte in Senſchalli Regum Sic. manus incidere, mo-
 net, ne illius hominis tutelam in ſe recipiant.

Tomus III Chronica quaedam & opuscula historica

CON-

continet; scilicet Anon. Chronicon Siciliae inde a Graecorum tempore ad Guilielmi filii Friderici obitum, rudiuscule conscriptum, & a scriba, Autoris licet aetate vicino, multum depravatam, quod cum plures alias tum Conradini seu Conradi II ad Principes Imperii Epistolam exhibet, qua is vehementer queritur, se, quamvis a patre Conrado ultimis tabulis ecclesiae commendatum, ab Innocentio IV tamen Regno & hereditate exui, *o dolor!* exclamans, *o nefas!* *o misera conditio pupillorum,* quibus inde prius offensio nascitur, unde defensio sperabatur! Succedunt Rudolphi Cadomensis gesta Tancredi, quem Autorem, Cadomi natum 1080 ac probe literis excultum, constat Beamundo primum ac deinde Tancredo, cujus singularem meruit favorem, militasse: res tamen non ultra A. 1108 deduxit, stylo quidem magnifico, insertis & subinde orationibus & carminibus. Gilonis Parisiensis Historia Expeditionis Hierosolymitanae carmine exarata, & a Duchesnio quidem antehac sub finem Tomi IV Script. rerum Franc. sed prorsus imperfecte edita, adeo ut praeter ducentas circiter lacunas feliciter suppletas, pars libri quarti cum quinto & sexto integro hic accesserit. Jacobi de Vitriaco Historiae Orientalis, quam Bongarsius edidit, Liber III ab edito plane diversus, sed genuinus. Odonis carmen epicum non inelegans, de varia Ernesti Bavariae Ducis fortuna, quem Ernestum magna in aula Ottonis I Imp. autoritate fuisse memorant. Genealogia Comitum Flandriae, a tribus, ut videtur, autoribus non inepte conscripta, resque ab A. 792 ad 1346 complexa. Joannis Iperii Abbatis, qui Saeculo XIV vixit, Chronicon Sythiense S. Bertini ab A. 590 ad 1294, nunquam antehac editum, quanquam ex optimis monasteriorum archivis depromptum, saepiusque Mayero, Locrio aliisque rerum Belgicarum scriptoribus laudatum. Tomelli Balduini Historia Hasnoniensis Monasterii. Ebrardi Chron. Watinensis Mon. Fragmentum Historiae Britanniae Armoricae. Acta varia de maximo illo dissidio, quod Dolensem a Turonensi Ecclesia per trecentos & amplius annos separavit. Acta Episcoporum Tullensium. Historia Abbatum Mediani Monasterii. Historia Monasterii Novientensis. Scheri Abbatis de

21

109

primordiis Calmofiacensis monasterii libri duo ; tum alia quæ Metense S. Arnulphi, Madirense, novum Pichavenſe, Pontiniacense, Villariense concernunt ; quibus subjungitur Narratio de morte & testamento Ottonis IV Imp. e Codice Villariensi, Gesta Britonum in Italia sub Gregorio IX, a Guil. de la Perene carmine Gallico descripta. Guil. de Villanova Historia belli Italici sub Carolo VIII Rege Galliz, sermone Gallico conscripta. Denique Martyrologia & Calendaria quædam vetusta ac Vitæ Sanctorum maximam partem hæctenus ineditæ.

Tomo IV, cui de Capitulis generalibus doctè præfatur Cl. Martene, varia Concilia, Episcoporum statuta synodalia, illustrium Monasteriorum ac Congregationum edita, præsertim in Capitulis generalibus, decreta continentur ; in quibus principe loco comparent Canonès Hibernenses, ab Acherio quidem Spicilegii Tomo IX vulgati, sed hic plurimis locis supplati & aucti. Sequuntur inde quæ concilia, Remense, Regiense, Trevirensis, Basileense & complura alia concernunt ; tum & statuta & acta variorum Ordinum, ut Cisterciensis, Vallis Caulinæ, Prædicatorum &c. quibus distinctius enarrandis supersedemus.

Quintus Tomus SS. Patrum aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum inde a seculo IV ad XIV Opuscula exhibet. In his exstat primo Evagrii, qui seculo V floruit, Altercatio inter Theophilum Christianum & Simonem Judæum. quam Altercationum seu Consultationum Zachæi Christiani & Apollonii Philosophi, ab Acherio Tomo XIII Spicil. insertarum, Librum IV vocat Codex Vindocinenses, quem Editores quidem nostri secuti sunt. Sequuntur ; S. Orientii, Poetæ Christiani seculo V non incelebris, Commonitorium, nunc emendatius & altero libro auctius editum. Calendarium S. Romanæ Ecclesiæ hæctenus impressis antiquius, quod nimirum Nostri vel seculo IV vel initio saltem quinti scriptum putant. Bædæ Libri IV in principium Genesis, editi quidem, ut Nostri comperuere, ante paucos annos in Anglia, sed rarissime prostantes, tum & ejusdem Homiliz undecim ineditæ, cum libro precum. Rhabani Mauri deinde adversus Judæos liber suo Autori vindicatur, simulque

mone-

monetur, ea quæ sub Rhabani nomine P. Fr. Chiffletius 1656 edidit cum Alcuini aliorumque opusculis, nequam illum Autorem agnoscere. Humberti Cardinalis Libri III adversus Simoniacos, e Bibl. Laurentiana a Mabillonio eruti, & a Massueto, qui ejus collectaneorum hæres fuit, Nostri transcripti. Hugonis a S. Victore libellus de modo dicendi & meditandi. Hugonis Archi-Ep. Rotomagensis Dialogorum seu Quæst. Theologicarum Libri VII, quos a Steph. Baluzio, nuper d. 28 Julii anno ætatis octuagesimo octavo magno Reip. literariz dolore extincto, propria manu descriptos, sibi traditos, Nostri cum Codice paulo pleniori diligenter contulere. Algeri Scholastici liber de misericordia, quem Mabillonius frustra destinaverat Analector. Tomo II. Petri Abzardi Theologia Christiana, cui docte præfatur Editores, de ejus ingenio ad nova dogmata ac hæreses admodum proclivi differentes, ejusdemq; Expositio in Hexameron, e qua mire elucere Autoris ingenium putant. Gerôchi Præpositi Reicherspergensis tractatus adversus Simoniacos, tum præter alia nonnulla Theologica sub finem addita variasque homilias passim insertas, Anon. tractatus adversus Judæum Seculo XII scriptus, quo tempore observatur Judæos Christianis imprimis fuisse infensos, eoque plures tum, Gilbertum nempe Westmonasteriensem, Rupertum Tui-tiensem, Petrum Venerabilem Cluniacensem, Guibertum de Novigento & Petrum Blesensem scriptis eos acerrime impugnasse.

p. 1507.

Ceterum ne quid in Collectione hac elegantissima desideretur, non Tomis modo, verum & scriptis quovis Tomo contentis præmissa sunt, quæ vel ad Autorem resque ab illo pertractatas vel Codicum antiquitatem spectant; præterea Indices singulis Tomis adjecti sunt locupletissimi, & quinto speciatim accessit Index onomasticus vocum barbararum & exoticarum in toto opere obviarum, qui, dum breviter illæ explicantur, Glossarii utique vicem obtinet.

VOYAGE LITTÉRAIRE.

hoc est,

ITINÉ-

ACTA ERUDITORUM
 ITINERARIUM LITERARIUM DUORUM
 Monachorum Benedictinorum Congregationis S. Mauri.
 Tomi II.

Parisiis, apud Flor. Delaulne, 1717, 4.
 Alph. 3 plag. 8 cum Fig. zn.

Quo consilio doctissimi e Benedictina familia Duumviri *Martini & Durandus* per sex annos peragrarint Galliam, inspexerintque bibliothecas actabularia monasteriorum atque templorum, jam supra indicavimus, simulque eos monimus hac occasione incidisse in plurima monumenta *divendora*, quæ publicarunt in *Thesauro* suo *Anecdotorum* modo memorato. Ceteros peregrinationis suæ fructus in id Volumen bipartitum, quod nunc præ manibus habemus, congefserunt. Scilicet hic describunt omnia templa ac monasteria sibi visa: exhibent Epitaphia & Inscriptiones suis oblatas oculis: recensent libros bibliothecarum *MStos*, addita plerumque conjectura de ipsorum ætate. Nos omiffis, quæ ad specialem pertinent ecclesiarum notitiam, ea excerpemus, quæ cognosse eruditorum pigebit neminem.

Tomii prioris pagina 20 legere est hoc S. Bernhardi Epitaphium, in codice quodam vetusto repertum:

Ecce latet Clara vallis clarissimus Abbas,

Qui summis summus, qui sibi parvus erat.

Religionis apex, lux mundi, laus monachorum,

Flos cleri, legis sanctio, juris amor.

Instructus, velox, sublimis, pauper, abundans,

Artibus, ingenio, sanguine, veste, bonis.

Dura, malum, cunctos, tulit, horruit, adificavit:

Vana, Deum, requiem, sprevit, amavit, habet.

P. 85 describit Autor percelebris Scholastici, Petri Abzardi, & Heloiffæ, sepulturam & sepulcrum. Conf. p. 226. P. 88 exhibet Nicolai Camusatii, Canonici Trecentis doctissimi, A. 1655 defuncti, Epitaphium satis longum, in quo is *Musarum parens* appellatur. Sæpius quoque meminit codicum *MSS.* notissimi opusculi *de imitatione Christi*, cujus Autor peregrinatori

toribus nostris non videtur esse *Thomas a Kempis*. Persuadet enim sibi, se incidisse in MSS. ejus libri codices, Thomæ illius ætate superiores. Vid. p. 146 & 262 item T. II p. 199 & 205 P. 151 laudat duos codices textuum evangelicorum, mille annos habentes, & p. 56 Codicem jussu Caroli M. scriptum, complectentem Homilias Patrum singulis totius anni diebus dominicis ac festis pro concione legendas. Passim quoque lectoribus hic offeruntur Inscriptiones Romanæ, ethnico adhuc ævo confectæ, ex quibus tres adducere huc libet. Dux exstant p. 301 non ingeniosæ solum, sed & piz. Ea illas:

SILVIUS	HOSPES QUID SIM
PALATINUS	VIDES
UT MORIENS VIVERET	QUID FUERIM NOSTI
VIXIT	FUTURUS IPSE QUID
UT MORITURUS.	SIS COGITA.

Tertia legitur p. 163 non procul Augustoduno haud ita pridem reperta:

Q. SECUND
 QUIGONIS.
 CIVIS TREVERI
 IIIII VIR AUGUST
 TALIS IN ÆDUIS
 CONSISTENTIS,
 OMNIB. HONO
 RIB. INTER EOS
 FUNCTI QUIGO
 NIS SECUNDUS
 ET HIBERNALIS
 LIBERTI ET HE
 RED. PATRONO
 OPTIMO SVB AS
 CIA DEDICAVER.
 L. DEXDO.

P. 214 exhibetur clari olim Scholastici, *Alani Magni de Insulis*, Epitaphium, cujus hoc initium:

Q99

Alanum

Atanum brevis hora brevi tumulo sepelitor,

Qui duo, qui septem, qui totum scibile scivit.

P. 281 viri chronologicis scriptis clarissimi, Guilelmi Marcelli, qui A. 1708 obiit, exstat Epitaphium.

Altero Tomo p. 48 legimus Epitaphium Io. Stephani Duranti, Praefidis Senatus Tolosani, A. 1589 in seditione occisi. P. 79 meminit MSti Bibliorum Codicis, quo usus olim Hinemarus, Rhemensis Archiepiscopus, in quo verbis Ioannis Apostoli: Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; haec recentiori manu adscripta sunt: Et hi tres unum sunt. Ac peregrinatores nostri observant, Hinemarum in libris suis ista Ioannis verba semper producere sine hoc additamento. P. 93 narratur, Verduni sibi inter alias reliquias sacras ostensum fuisse Lac virginis Mariae, ac doctum quendam ejus urbis Canonicum sibi dixisse, lac illud esse vaccinum, consecratum a Papa in honorem Mariae. Unde suspicantur Nostri, idem esse sentiendum de lacte Mariz, quod alibi locorum ostentant Catholici. P. 144 representatur Beati Rhenani Epitaphium, Selestadii in Alsatia visum, quod, quia in Melch. Adami Vitis Philosophorum non exstat, hic repetemus:

Beato Rhenano Antonii ex veteri Bildiorum familia, cujus excellens in omni doctrina Graeca & Latina lingua cognitio, innocentia, humanitas, frugalitas, pudicitia celebris erit, donec verum hac universitas conspiciat. Studium antiquitatis declarant aliquos Latini scriptores sacri profanisque ab eo purgati ac prope integri restituti: item Germania, quam omnem tum veterem, tum novam, tribus libris mira diligentia illustravit. Viri magno immortalique memoria digno Rodulfus Bersus hoc pietatis monumentum posuit. Obiit Argentorati XIII. Kalendas Junii, aetatis suae anno LXII. a Christo nato MD XLII. Inde elatus hic jacet, ne optimi ac doctissimi civis reliquiis careret patria, quam virtus tot egregiis monumentis exornavit.

Te capiunt leto venientem sidera plausu,

Sed, qua te genuit, patria terra dolet.

Quae

Quæ p. 177 afferuntur de plagio Petavii, qui Augustini Oregii Card. scripta compilasse dicitur, de his mox dicendi locus erit. Adjungimus ex p. 182 ridiculum epitaphium hominis incogniti, ac revera militis gloriosi:

*Hic flos militia, Paradisæ gena, sensus Ulyssis,
Æneæ psetas, Hæctoris ira jacet.*

P. 213 sq. exhibentur e pervetusto MS. codice errores theologici Petri Abzardi. Sed hæc lectoribus nostris sufficiant.

OBSERVATIO DE TRACTATIBUS THEOLOGICIS
Card. AUGUSTINI OREGII, in qua inquiritur, an
DION. PETAVIUS Dogmatum suorum libros ex iisdem
hausisse censendus sit.

I Tineris Literarii, cujus modo mentionem fecimus, Auctores doctissimi pag. 177 notaverant, sibi Divione in Bibliotheca Patrum Minorum ostensos esse aliquos tractatus Theologiz positivæ Cardinalis Augustini Oregii. Confirmasse autem illum, qui ipsorum in Bibliothecam deducendorum provinciam habuerit, P. Petavium ex iis dogmata sua Theologica defurasse, & prolixius saltem loca Patrum, Conciliorum & auctorum Ecclesiasticorum exposuisse, quæ a Cardinali in margine sui operis tantum erant citata atque indicata. Unde dicti Itinerarii Auctores concluderant, multum, si ea res ita se haberet, decessurum existimationi quam Petavio illo opere sibi acquisiverit, etsi negandum non sit, innumeris aliis speciminibus eruditionis ejusdem gloriam approbatam esse.

Hæc vero narratio cum non solum plane adversetur iis, quæ quidam publico tradiderunt, tantum scilicet laboris impendisse huic operi Petavium, ut viribus quasi exhaustis eidem tandem immoreretur: sed etiam non minus ac judicium Auctorum hujus itinerarii hand parum lædere famam atque existimationem celeberrimi & laboriosissimi, sæculoque pariter suo ac Ecclesiæ Romanæ non exiguum decus afferentis scriptoris, visa sit doctissimo Oudino, e Soc. Jes. quem in eo esse accepimus, ut vitam illius Patris latino sermone edat; suarum esse partium credit defensorem ejusdem suscipere. Quam Gallico quidem

dein sermone paulo fufius exaratum, ac benevole nobiscum communicatum, in compendio hic exhibere confultum duximus.

Primo igitur testimonio ex Ferraulti Hom. ill. Tom. I, Bailleti Jugem. des Scav. Tom. 2 n. § 13, Bulli Def. fid. Nicen. c. 7, Dupinii B. E. XVII seculi Tom. 2 p. 236, adductis ostendit, quanta doctrinae fama Petavius floruerit. Unde infert, non credibile esse, ipsum commisso hoc plagio in periculum infamiae alicujus inter eruditos incurrere voluisse, cum adversarios habuisset admodum acres, Salmasium, qui etiam satis indigne aliquando tractaverit (et si idem alio tempore magnis laudibus eum efferret) Arnaldum &c. qui ipsi aequae ac Eccl. Romanae & Societatis suae hostes occasionem non praetermissuri fuissent exprobrandi eidem insignem hanc audaciam. Quin etiam Sirmondum ex eadem Societate, qui in multis circa res Criticas ab eo dissenferit, nullatenus ei parfarum fuisse.

Nec plagium hoc ipsi videtur plusquam sexaginta annos latere potuisse Theologos, utpote assuetos excutere omnes minutias, sui juris & provinciae reputantes omnibus contradicere, & diversa systemata conferre, eorumque & autorum ipsorum dissensus consensusque examinare solitos. Miro quodam artificio opus futurum fuisse Petavio, si his hominibus nebulas objicere in animum induxisset suum.

Mirum etiam & incredibile esse contendit, quod nec illis, qui ex professo de plagiariis agentes undique in eos inquisiverint, qui Casaubonum Jacobo Gufonio explicationem aliquam loci Aristotelis furripientem, qui Salmasium Rhetoris cujusdam antiqui Holoboli plumis se ornantem, qui Cartesium veterum Philosophorum placita sua facientem, qui Aristotelem ipsum pariter antiquiorum Philosophorum scripura compilantem productis etiam vetustissimorum scriptorum fragmentis coarguissent, nihil quicquam de Petavii hoc erimine innotuerit.

Quod si qui dicant, hujus rei causam esse fortasse, quod iste Cardinalis Oregii Cursus Theologicus in obscuro latuisset, cum nec in illis, etiam accuratissimis, librorum catalogis depreh-

hen-

hendatur, nec qui de Cardinale Oregio loquuntur auctores, verbi gratia J. Nic. Erythræus Pinacoth. t. n. 20, enim ita celebrent, ut magnum in ejus scripta inquirendi ardorem excitare possint; respondet Doct. Oudinus, utique visum esse illud scriptum Doct. Thomassino Presbytero Oratorii, ut appareat ex ejus Tractatu II de gratia part. IV p. 298, qui tamen non hæsitaverit asserere, neminem habuisse Petavium quem imitaretur, vel in suscipiendo opere & delineanda ejus idea, vel in elaboratione ejusdem.

Si quibus vero placeat opponere, fortasse quæ Thomassinus non viderit, aliis in oculos incurfura fuisse, si copia ipsius facta esset scriptorum Oregii, jam tandem ad rem & argumentum, quod sane solum poterat sufficere, accedens Doct. Oudinus ostendit, ex inspectione & collatione ipsius exemplaris, quod peregrinatores illi docti in manibus habuerint (non quidem manuscripti, ut quibusdam ex stylo, quo ipsi in relatione sua utuntur, videri posset, sed Romæ impressi) actu ipso instituta sibi constare certo certius hæc bina: 1. In toto illo & spisso voluminum quinque libro Petavii nihil extare, ex quo cuiquam suspicio oriri possit, eum Oregii librum vidisse, nedum ejusdem vitulo arasse. 2. Et nihil extare in Theologia illa positiva Oregii, quod Petavius ab eo mutuo sumere potuerit.

Prioris membri discussionem esse longiorem innuit, cum præter Oregianorum scriptorum inspectionem requiratur collatio operum Petavianorum; si tamen hæc suscipiatur, veritatem asserti sui magis radiaturam. Secundum membrum facilius probari ex inspectione solummodo actuali illa Oregianorum tractatum: ex qua scilicet liquido constare posse unicuique asserit, diversos plane utrique propositos fuisse fines & methodum diversam. Nam deprehendi illos Oregianos libros mere scholasticos, & subtilitatum quidem scholasticæ Theologiæ quam maxime succo & artibus carentium, rerumque in quibusvis proletariis autoribus occurrentium existere compendium.

Verum quidem esse, quod Oregius in præfatione ad Papam Urbanum VIII scribat, propositum sibi fuisse Ecclesiæ dog-

mata dilucida cum brevitate tractare. At hoc non esse insolens, ait Oudinus, ut quisvis Theologus, qui Patres nonnisi subsidio brevii sui, Concilia nonnisi ex summis cognita habeat, quisvis cursus Theologici confarinator tractatum suum specioso hoc titulo insigniat; neminem tamen inter Theologos positivos hos tales audere referre. Quin Thomam Aquinatem ipsum, quem inter Theologos eodem loco habet Doct. Oudinus, quo Augustinum inter patres, systema Theologicum dedisse, a nemine tamen illud tanquam corpus aliquod Theologiæ positivæ connumerari. Tanto adeo minus Oudino videtur Oregius dici posse Theologiæ positivæ autor, cum in præfatione tractatus de angelis ad Cardinalem Barberinum directa expresse profiteatur ipse, compendium se aliquod S. Thomæ dare voluisse.

Enimvero si quis pugnare pergat, quæ in margine citantur loca patrum esse ipsum illud, quod corpus & nervos utriusque & Oregiani atque adeo pariter Petaviani operis absolvat, jam ulterius observat Rev. Oudinus, esse quidem multas, & adeo varii generis autoritates in margine citatas, ut inter illas etiam hymnus S. Ambrosii & Augustini, qui sub nomine *Te Deum laudamus* vulgo notus est, compareat. Sed hæc omnia non efficere, ut quis jure dicere possit, opus Oregii esse Theologiam positivam. Sic enim nec Theologum illum Hispanum Ortegam ob loca multo plura ex Patribus citata, quam in Oregii libro extant, nec Gregorium de Valentia, nec Ruffium de Mantua alio quam scholasticorum ordine & numero censi: quorum Theologia quantum a positiva differat, non solum alios viros doctos uberius explicasse monet Oudinus, sed etiam ex collatione horum operum Oregianorum & Petavianorum alicui patere posse asserit. Nam in Italo Cardinali ex sanguinem illum & terminis dialecticis prægnantem, aque barbarie parum abhorrentem stylum, quæstiones proletarias & ordinarias, ex metaphysicæ hortulis decerptos flores apparere, responsiones audiri illas: *formaliter concedo, materialiter nego*: &c. nihil ibi lucis ex historia Ecclesiastica, adeo ut quicumque illum a capite ad calcem perlegisset, vix compertum habeat, an Arius aliquis vel Sabellius,

Euty-

Eutyches vel Nestorius in orbe unquam fuerint, an de duabus vel una voluntatibus unquam in Ecclesia certatum sit.

E contrario vero in Petavii voluminibus apparere ingenium singulare, & suavitatem in explicandis etiam aridissimis materiis insignem. Primarias quæstiones Theologiæ ibi etiam discussas occurrere, sed longe aliter tractari ac assolet apud alios autores; solutionem enim earum quæri in docta illa & patritia antiquitate, *sententias enim cum promere veterum Latinorum & Græcorum, omittere scholasticos*, observatum est jam ab ipso Grotio in Append. Epist. 683.

Regerere si quis velit, & urgere, hanc esse mentem doctissimi viri, qui relationem illius itinerarii concinnavit, locis illis in margine citatis tanquam subsidiis Petavium usum esse, ita ut eadem prolixius saltem deduxerit, & verba ipsa oculis exposuerit; postremo reponit Doct. Oudinus, nemini, cui constet, quanti laboris res sit victuras chartas componere, quam sollicite originalia inspicienda, omnia animo volvenda & in succum convertenda sint, facile persuasum iri, Petavium jam senem, qui in aliis diligentiam circumspeditionemque suam desiderari nunquam passus sit, sustinuisse, non secus ac scriptorem aliquem infimi sublellii & vixdum ad Baccalaureatum provectum, ex indicibus & excerptis librorum festinanter luori vel famæ causa scriptura suam mox tæniarum prædam futuram corradentem ac compilantem, in ardua hac materia versari, sumtoque in manus Oregii sui libello Bibliothecam sui collegii perambulare, & ex indicio ejus excussis his, aliisque libris doctum illum & politum librum, cui tanta encomia vel in his nostris Actis an. 1708 p. 230 & alibi tributa sint, confarcinare. Quod etiam quam abhorrens ab omni verisimilitudine existat, quo magis appareat, sub finem hujus dissertationis D. Oudinus institutum studiorum Petavii inde ab adolescentia & anno ætatis 18 repetit; demonstratque, mature eum se ad Ecclesiasticæ antiquitatis studium applicuisse, mature etiam fundamenta hujus operis jecisse, delineationemque ejus, Simoni visam, (de quo Lett. chois. Tom. I lett. 3) adumbrasse. Cui operi adeo se addixerit, ut quantumvis ab Urbano VIII Romano
per

per Mariam Vitelleschium Societatis suæ generalem esset evocatus, tamen se excusaverit: cujus rei rationem ipse reddat in Epistolis suis L. 3 Epist. 53 hanc, quod collectiones suas ad dogmatum hæc volumina pertinentes congestisset ex impressis & manuscriptis libris Bibliothecæ Collegii S. J. Parisiensis, quorum copiam alibi, atque etiam Romæ sibi non futuram credat. Ex quibus porro verbis infert Oudinus, si ipse Oregii excerptorem egisset, nullum ipsi dubium oriturum fuisse, quin Romæ libros ad institutum suum necessarios esset inventurus.

Ad ultimum commendat his, qui Petavium hoc crimine plagiaro oblique onerare non veriti sint, ut, quæ a Petavio prætermissa sunt, methodum saltem ejus sequendo, jam tandem ex Oregii fontibus suppleant, edoceantque adeo omnes, si valeant, Petavium simili ratione uti potuisse.

Ne quis autem quicquam a se in contumeliam Oregii dictum arbitretur, subjungit in fine encomium aliquod ejus & vitam, in qua notat, Bellarminum eum vocasse suum Theologum, Papam vero Urbanum VIII eo in pretio illum habuisse, ut appellaret suum Bellarminum. Ceterum ut eruditione, ita & virtutibus fuisse commendabilem, nam eisdem illecebris a muliere, in cujus domo juvenis & studii Romæ operam dans morabatur, appetitum, quibus Josephus a sua domina, similem se illi exhibuisse, eque domo profugum in platea totam noctem hiemali tempore sine vestibus egisse. Quod factum cum Bellarmino innotuisset, tantopere eidem placuit, ut publico elogio eum mactaret, inque clientelam suam susceptum in Collegium Romanum, ubi primæ dignitatis juvenes educantur, cooptari faceret. Urbani deinde VIII operæ, cui se totum addixerat, Cardinalis & Archiepiscopus Beneventanus A. 1633 factus, mortuus est anno 1653, ætatis anno 58. Operum ejus primum fuit: *Aristotelis verâ de rationalis animæ immortalitate sententia*, Romæ 1631 in Quart. & 1632 in Sedec. editum; quo anno etiam publicati sunt *quinque ejus tractatus Theologici de materiis primæ patris Theologiae Thomæ Aquinatis & de mysterio incarnationis*; quos in usum Cardinalis Francisci Barberini composuerat, inque publicum prodire passus.

fus fuerat, quo eodem modo alios, præcipue nobiliores, dignitatibus ecclesiasticis initiandos juvare possent; quibus adeo ut velificaret, laboremque minueret, omnibus modis brevitati & perspicuitati litare studuerat. *Univerſa* ejus *Opera* in annum collecta in fol. 1637 edidit cognatus ejus Nicolaus Oregius. Inter quæ apparet primo loco *Metaphysica* succinctior atque quam est illa Suarezii; inde sequuntur *tractatus de Deo, Trinitate, angelis, de opere sex dierum*, cui junctum est *examen* opinionis Aristotelicæ de immortalitate animæ, porro *tract. de peccatis & reliqua* secundum ordinem & seriem a Thoma Aquinate præmonstratum.

RELATIO DE PERPETUO MOBILI JOH. ERNESTI ELIÆ ORFFYREI.

IN Actis A. 1715 inter nova literaria mensis Januarii p. 46 mentionem injecimus *Perpetui mobilis* ab Orffyreos inventi & in pago quodam Draschwiß non procul ab oppido Ciza sito curiosis ad spectandum exhibitum. Afferuimus ibidem, rotam libere pendulam una cum axe suo nullo motore externo sensibili impulsam celeriter circumire, motumque admodum æqualiter continuare. Non defuere, qui præclarum adeo inventum convitiis lacessere ausi sunt. Charta in publicum emissa spargebat non nemo, rotam artificio occulto in orbem agi ab homine in conclavi contiguo sedente, & artificio, quali coram spectasset, æri insculpi curaverat. Cl. Orffyreus interea temporis se contulerat ex pago Draschwiß in suburbia *Marziburgi*, ibique *Perpetuum mobile* paulo majori forma construxerat. Diameter erat duodecim fere pedum, crassities pedis unius; Diameter axis cavi non nisi 6 digitorum, axiculi vero ferrei vix quarta pars unius, ad minuendum utique attritum & motum ponderis 70 librarum, quod mediante machina in altum attollebatur, retardandum. Ut igitur convitium non verbis, sed re convelleret; d. 31 Octobris præsentibus Commissariis, quos a Serenissimo Saxoniz Duce, *Mauritio Wilhelmo*, petierat & impetraverat, Viro scilicet generoso & variis scriptis hætenus editis ac in his Actis recensitis cele-

bri nec Mathematicum imperito, *Julio Bernbarde de Robr*, Regiminis Ducalis Assessore, Secretario Ducali aliisque officialibus, itemq; Viris & generis, & innumeram dignitate ac eruditione praestantibus, quos inter *Wolffium Dietericum a Bohsen*, *Fridericum Hoffmannum*, Medicum celebrem, *Christianum Wolffium*, & *Menckenium* nostrum nominasse sufficiat, rotam de loco suo in alium transfudit, ut nulli parieti contigua & undiquaque libera circumiret. Non dissimulabat *Orffyreus*, ponderibus machinam animari. Quantum vero ex quibusdam circumstantiis conicere licuit, pondera erant in medio perforata & elateribus juncta. Typis hac de re exscripta est Relatio idiomate Germanico sub titulo: *gründlicher Bericht von dem durch den Herrn Orffyreum glücklich inventirten Perpetuum ac per se mobilis*, ubi simul structura ejus externa in Tabula aenea sistitur. Enimvero cum sic abunde constaret, nulla vi externa sensibili machinam animari; fuere qui in dubium vocarent motum perennem. Aiebant enim, posse constitui rotas, quae per datum aliquod tempus vi structurae internae circum-eant, sed motu absoluto instar horologiorum opus habeant, ut reanimentur, dictisque fidem faciebant, rotis istiusmodi constructis. Sed huic objectioni anno praesenti satisfactum est ab *Orffyreco*, qui nunc *Cassellis* degit, quo a Serenissimo Hassiae Landgrafio *Carolo* evocatus est, & dignitate Consilarii commerciorum auctus. Princeps scilicet Serenissimus clementissime indulgit, ut in conclavi quodam Arcis suae *Weissensteinensis* machina collocaretur: quam cum cura contemplatus fuisset rerum mechanicarum & amantissimus, & idem peritissimus, conclave occludi & obfirmari iussit d. 12 Novembr. A. 1717. Accessit denuo ad machinam spectandam una cum quibusdam Ministris suis d. 26 Novemb. & conclavi resignato atque aperto machinae motum eundem adhuc, quem ante, deprehendit. Ferestras igitur atque januas conclavis denuo occludi ac obfirmari iussit, cumque d. 4 Januarii Anni praesentis remotis sigillis, quae integra ac inviolata agnoscebantur, conclave aperiri iussisset, rotam *Orffyreanam* motum consueta celeritate etiamnum continuare vidit. Nullus itaque dubitavit

Pri-

Princeps erga scientias Mathematicas, in primis Mechanicas, propensissimus publice hæc sub suo nomine atque sigillo attestari, simulque fidem suam interponere, quod non sit ea machinæ structura, quæ reanimari habeat opus. Ceterum hæc occasione corrigendum est sphalma typothetæ, quod irrepsit, cum in Actis A. 1717 p. 92 *Wolffi* de Machina *Orffyreana* iudicium ex ipsius *Lexico Mathematico* recenseremus. Legitur scilicet ibidem, *Wolffum* habere eandem pro Perpetuo mobili pure mechanico, cum potius legendum sit, *non pure mechanico*. Etenim in *Lexico* suo diserte monet, nondum demonstratum esse, quod non fluidum subtile quoddam externum (qualecunque illud tandem fuerit) in motum machinæ influere possit.

EXERCITATIONUM SUBSECIVARUM FRANCO-
furiensium

Tomus I Sectio II.

Francofurti ad Viadrum, impensis *Jeremiz Schrey*, 1718. 8.
Plag. 16.

SEctio hæc Secunda complectitur Exercitationes novem. Prima est *Reinoldi* ad legem XI de Judæis & cælicolis, opposita Autori cuidam celebri Commentarii in Codicem *Justinianicum*, qui asseruit, Judæos juberi, ut ritus suos citra contemtum Christianæ religionis observent, alias amissuri permissa, atque hinc intulit, non tolerandas esse Judæorum Synagogas, si in iis Salvatore mundi execrentur, ideoque semper aliquem Christianum linguæ gnarum in synagogis quasi inspectorem agere debere. Hanc explicationem nimis generalem vocat atque in eo est, ut evincat, licuisse Commentatori ad veram speciem pervenire, inspectis etiam vulgaribus ejus codicis editionibus & autoribus, qui genuinam lectionem tradiderunt, *Cujacio*, *Gothofredo*, *Grotio*, *Cunæa* &c. Ipse solemne, quod in lege commemoratur, festum *Purim* esse contendit, in quo Judæi simulachrum *Amantis* incenderint & ipsam crucem occulta malitia in opprobrium fidei Christianæ exusserint, quod ne amplius fieret, prohibuisse *Theodosium*.

Exercitatio. 2 de erroribus Medicorum practicoꝝ popularibus damnisque inde resultantibus specimina quædam singularia dare conſtituit *Goelickius*, quæ in praxi hæcenus obſervavit. Primum itaque exemplo puellæ male menſtruatæ, quæ ex venæ ſectione in brachio, ipſius quidem iudicio in pedibus potius adminiſtranda, hydropicæ obiit, confirmat errores committi circa eligendam venæ ſectionem intuitu regionum corporis diverſarum. Addit duo exempla parallelæ ex *Stablii* diſſertatione Academica de venæ ſectione in pedibus. Deinde aliis exemplis pleuriticorum docere intendit, committi quoq; errores circa venæ ſectionem reſpectu laterum oppoſitorum. Contendit ſcilicet, venam eſſe ſecandam non in latere affecto, ſed in oppoſito. Laudat eam in rem demonſtrationes *Bellini* Mathematicas ex intimiori circulationis ſanguinis notitia derivatas. In numerum quoq; errorum practicoꝝ tertio loco refert, quod venæ ſecetur in febribus petechialibus & exanthematicis reliquis quibusvis quovis morbi die, immo ipſo plane critico, funeſto plerumque eventu. Illis porro iungit intempetiſſimam hæmorrhagiæ narium ſuppreſſionem, adſtringentium ope factam. Succedit inconfideratus emeticorum uſus duobus exemplis comprobatus, quorum alterum foeminam ſiſtit, quæ ex vomitorio ob proſtratum appetitum exhibito cæca evaſit; alterum vero militem ebrium, vini ſpiritu immodice hauſto, qui quatuor horarum ſpatio poſt aſſumptum emeticum animam efflavit. Carpit etiam *Galickius* abuſum acriorum purgantium in colica potiffimum ſpaſmodica, nec non in mulieribus gravidis, exemplis ſingularibus illuſtratum. Perſtringit denique imperitam hæmorrhoidalis negotii æſtimationem & circa inflammationes partium eryſipelaceas notat, imprudenter oleoſa, pinguis & unctuoſa adhiberi, quod in vulgus notum eſt. Ceterum obiter exinde, quod aperto cadavere ſceminæ gravidæ humorem amnii proſus atramentitiſ coloris deprehendit, concludit fabuloſam eſſe Phyſiologorum quorundam aſſertionem, quod fœtus in utero per os amnii humore nutriatur.

Exercitatio tertia, quæ eundem *Galickium* autorem agno-

agnoscit, continet historiam dysenteriz, quæ a fine Julii ad initium Octobris A. 1717 *Drossena* in *Neomarchia* grassata est.

Exercitatione 4 de motu chordarum, quibus instrumenta musica instrui solent, atque stabili sonorum mensura agit *Hermannus*. Sub initium hujus Exercitationis monet, ex Canonibus suis sect. I exhibitis & ad motum gravium illustrandum adhibitis dirimi posse controversiam circa æstimationem virium inter *Leibnitium* & *Papinnum* in Actis Eruditorum agitam & dissertationem peculiarem promittit de *Dynamica Leibnitiana*, in publicum emittenda, quamprimum *Klarkianas* adversus eam objectiones viderit, ut eas una cum aliis explodere possit. In presentem eosdem canones ad vibrationes chordarum explicandas transfert, quas eandem elasticitati tribuit. Quæ *Franciscus Tertius de Lanis* ea de re tradidit, veritati & experientiz consona vocat: sed probationes, quas dedit, a Geometricæ demonstrationis exactitudine plurimum abesse ait. Reprehendit eum atque *Honoratum Fabri*, quod sumserint chordas motas, dum vibrationes suas conficiunt, constare duabus rectis Triangulum isosceles cum intervallo inter terminos chordæ constituentibus. Examinat tres modos, quos pro sono fixo definiendo excogitavit *Sauverius*, & difficultates quibus premuntur recenset. Rotam *Stancarii* in eundem finem inventam in praxi commendat, sed eam ad theoriam nihil conferre monstrat. Sub examen quoque revocat meditationes *Tayloris* de nervorum tensorum motu in Tractatu de methodo incrementorum, quas principiis precariis & a veritate alienis niti, jam in his Actis A. 1716 p. 371 monuit. Hic imprimis ostendit, quod in sua analysi minus recte quantitatem aliquam præ altera evanescere faciat, quæ ipsi comparabilis est, adeoque falsam æquationem differentialem eliciat, calculum differentialem *Leibnitii* ad problema ab aliis non tritum applicaturus. Quam ipse deinceps analysin tradit, ea parumper diversa est a priore in Actis hujus loco citato exhibita, licet eadem prodeant formulæ.

Quæ *Exercit. 5* de historia scepticæ dubitationis & *Exercit. 6* de absurditate Scepticismi atque *Vayerii* laudibus Sce-

pleos profert *Wesensfeldius*, ea hic recensere nimis prolixum ducimus. Progredimur itaque potius ad

Exercitationem septimam, quæ excellenti Geometræ *Hermanno* debetur. In hac *Cel. Autor* Canones suos, de quibus ante dictum est, transfert etiam ad leges virium centralium, quibus planetæ in orbitis suis urgentur, & motus inde oriundos explicandum, sicque via admodum facili assequitur, quæ (ut verbis ipsius utamur) ampliore eruditionis Geometricæ apparatu & difficilius ex naturæ penetralibus eruit *Newtonus*. *Monet* S. 8 p. 186, demonstrationem prop. 1 lib. 1 *Newtoni* procedere per medium, quod nonnulli difficultati obnoxium esse potest. Hac etiam occasione respondet *Keilio* plagii ipsum insinulanti, ut dictum est *Mense Superiori* in his Actis; sed breviter, cum jam expressius idem fecerit in *Diario Hagonsi* Tom. 9 p. 406. Demonstrat præterea theorema *Hallejanum*, quod legitur in Actis A. 1716 p. 163, & problema solvit, quomodo invenienda sit species & magnitudo curvæ, datis directione & celeritate alicujus jactus, una cum vi absoluta vis centralis in puncto, in quo data directio curvam a missili describendam tangere debet, hujusque puncti distantia a centro, viribus centralibus in diversis curvæ punctis in reciproca duplicata ratione distantiarum a centro existentibus.

Exercitat. 8 in fidem *Taciti* in rebus Germanorum inquit *Dithmarus*. Negat, *Tacitum* ipsum fuisse in Germania (quod quidam volunt) multo minus admittit communem opinionem, quod Procurator Gallix Belgicæ fuerit. Probat autem, quod, quæ de Germanis scripsit, ea a Germanis in Italia captivis; a familiaribus, qui adversus Germanos militaverant; ex communi fama & optimis scriptoribus didicerit, nonnulla etiam conjectando vi sagacitatis ingenii affectus fuerit.

Exercitatio ultima sive nona historica est de *Hugone*, Marchione Tusciæ, qui *Ottonem III* Imperatorem e manibus Romanorum seditiosorum liberavit. Scriptores Marchici Marchionem Brandenburgensem fuisse scribunt: sed hunc errorem primum notatum esse a *Baronio* monet *Noster*, Principemque Italum natum esse probat.

NO-

NOVELLÆ CONSTITUTIONES DN. JUSTINIANI Sacratissimi Principis, ex Græco in Latinum conversæ & Notis illustratæ a JOH. FRID. HOMBERGK 311 Vach, Jur. in Acad. Marburg. Profess. Accedit F. Pishæi Glossarium obscurorum verborum Juliani Antecessoris CP. item Ant. Augustini, Episc. Ilerdensis, quorundam verborum Juliani interpretatio: ejusdem Paratitla, seu Scholia.

Marburgi Cattorum, apud Phil. Casim. Muller, 1717, 4.
Alph. 6 pl. 3.

OMittimus in titulo Cujacii & Agylæi observationes de dierum annotationibus, quas hic nondum videmus adjectas. Sed parum inde detrimenti accepit pulcherrimus Liber. Implevit enim celeberrimus Marburgensium Antecessor promissum suum largissime, & post primum specimen, recensitum a Nobis 1710 p. 501 seqq. totum nunc Novellarum corpus nova versione, h. e. nova plane veste ornatum, & ad primam venustatem comitum edidit. Auxit etiam fidem promissorum, ac præter doctissimas ipsius notas, notas etiam aliorum, ac veluti Variorum, adjecit. E primis illarum est observatio Nic. Alemanni ad inscriptionem Novellæ 1 de Joanne Cappadoce, Præfecto iterum Prætorio, Ex Consule & Patricio. Falso, inquit Alemannus, *narrant Centuriatores, hunc ex Præfecto Prætorio fuisse CPolitani Antistitem.* Verba Autoris non recitamus integra: sunt enim paulo prolixiora, usque ad ista: *quem Κυβερν* appellat, & hæc illius censura novam forte censuram merebitur. Altera ejusdem Alemanni est, in Henricum Scrimgerum, quod in editione Novellarum sequatur varietatem aliorum, & Præfectum Prætorio nunc Ἐπαρχῶν vocet, nunc Ἰπαρχῶν. Recte putabat Alemannus, Eparchos dictos fuisse, penes quos summa autoritas, & ad quos appellarent provinciales a suis præfectis, qui essent tantum Ἰπαρχοι, velut minorum gentium iudices. *Rcm tamen, inquit, in medio relinquo.* Doctissimus Hombergius utrumque dixit promiscue poni in Novellis, Sed ejus styli ratio exponenda est clarius. Ad præfationis

P. I

2

tionis princ. μικρόν ἔδεν αἰρεμένοις ἐννοεῖν, ait Noster, αἰρέομαι esse eligo, etiam in Novellis passim. Modestinus ergo in *L. 6 §. 2 D. de excusat.* καὶ αἰρέσας τινες προσκείμεται τῷ νόμῳ. non accipiendus est de Hæresibus Philosophorum, quæ præpositæ sint lege, quod serio placuisse miramur Sam. Petito, *Miscell. 51.* Epistola D. Pii recitatur ibi §. 2, 3, 4, ubi non numerus immunitatem habentium definitur tantum, sed adduntur quoque distinctiones quædam, αἰρέσας, & indices quodammodo mentis D. Pii. Ecce I. ne liceat excedere hunc numerum, ne quidem sententia Senatus, ἕτε ἀλλή τινὶ παρευρήσας, vel per ullam aliam fraudem legis, §. 3. II. ne ii, qui inscripti essent decreto Senatus, gerant se negligenter, §. 4. Nunc Ezech. Spanhemio, contendenti *Orb. Rom. Exerc. 2, 18*, legendum hic esse Καταχρηδόνιας, opponit Noster, per libertatem non intelligi ἀντονομίαν Carthaginis, sed liberationem illius a dominatione Vandalorum diuturna. *L. 1 pr. C. de offic. Praef. Prat. Afric.* adjecto testimonio Pauli Diaconi. Ubi vero alter ille Spanhemius, JO. GUIL. STEINHELIUS, cum erudito orbe communicabit tum alia scripta edecumata tum in Alciphronem & Heliodorum Commentarios, quorum studiorum amonitates ille adjunxit sublimioribus curis Juris Publici, & doctissimo Majo, Giessensi, degustandas inde particulas quasdam dedit, spes illucescet seculo de meliore literatura. Nec abludit ab hoc voto doctissimus Hombergius, & ad verba Novellæ I Ἐπιγράσει καὶ ἰδιωτικῆς Φροντίδας, observat, mendum esse in Basilicis, & ibi perperam scribi, ἐπιγράσει τὴν ἰδιωτικὴν Φροντίδα. Capite I denuo deserit Haloandrum, apud quem καλώσεις insertum textu est. Quod si is simile quid non reperit apud veterem Interpretem, vix excusabitur. Ita vero Editionem Græcæ Haloandri Novellarum primam 1531 imitabatur Parisiensis 1542. Scrimgerus autem 1558 secutus est meliores Codices Græcos in & extra Imperium Romanum conquistos, ejecitque id iterum, quia ibi non reperisset, neque integritati textus quidquam adimeret. In Basilicis scimus non recitari totidem verba legum, sed subinde nervum contrahi, & multa etiam præteriri. Illorum ergo consensum hic non urgebimus. De intel-

tolleſtu verbi, *αὐτὸ ἀεμίσαντ* Ⓞ, penitus adhuc cogitavit post priora Noster *C. I §. 1.*, & nunc ita exponit : si quis id, quod a defuncto relictum est, ei que competit ac debetur, non præſtat, decreto que iudicis etiam admonitus, nihilominus annua integrum traxit &c. Haloandri tamen & lectionem & versionem adhuc rejicit. Si quis enim, inquit, legat *ἀεμίσα ἅλα* pro *ἀεμίσαντ* Ⓞ, non habebit τὸ καταλεφεθέντ Ⓞ, quo referatur. Facilis ergo erit & hic Haloander. Vidit nunc porro Noster, varietatem lectionis de quarta, vel etiam triente aut semisse, non ortam ab indocto aliquo, qui textum Græcum corruperit; (id enim non tulisset Theodorus Scholiastes, ejus verba hic adducuntur,) sed occasionem huic interpolationi dedisse Novellam 18, eamque se diffudisse per totam corpus Novellarum. Eoque magis laudanda est fides Codicum Scrimgeri, qui nobis antiquam ipsam adhuc servarunt scripturam, *κατὰ τὴν τετάρτην*. Firmat illam quoque scholion vetus, cujus mentio in alio recentiore apud Fabrotum. *fol. 483.* Annotavit tamen Noster, sententiam Novellæ 18 ceu posterioris, sine absurditate non potuisse collocari in priore nostra. Illam enim esse datam Kalendis Martii vel Maji, hanc nostram primam vero Kalendis Januarii ejusdem anni, Belisario Consule. Scriptum est sane apud Scrimgerum etiam, *πρότερον τῶν Φιδεινομμισσαρίων*, ubi legendum existimat Noster utrumque in singulari. Nec putat Haloandrum sanasse hæc, dum legat, *πρότερον τῶν κατ' ἀμάδα τῶ Φιδεινομμισσαρίων*. Initio *C. 2* renittit Lectorem denuo ad Gudelinum, & ibi allegatum Harmenopulum, atque Eusebiam in Chronico. Difficultatem autem, quam sentiebat antea *princ. c. 2.*, nunc aliter aggressus est. Retinet τὸ *ἕκ*, quia codices Haloandri & Basilicorum in eo consentiant. Facit hoc etiam Scrimgerus, quem tamen Noster videtur non habuisse. Sed & τὸ *ἕως* exponit nunc, *fortasse*, nec amplius, *aque*. Textui ergo convenire hunc sensum : *Heredes non debere dolo Falcidiam servare, et si illa quoque non competeret, id est, citra dolum salva non esset, neque posset actu existere, que tamen iis de jure utique competeret, si quidem ex hereditate superesset, unde solveretur. Puram autem legi etiam hoc casu ser-*

P. 9

10

16

11

16

17

P 19 *vandam esse potestatem.* Quid sit in hac Novella *διαμαρτυρία*
σηλλομένη, Pollucis & Hippocratiōis testimoniis illustrare
 tentabat jam ante Noster, & nunc rem illam fusius explicat.
 22 Nec opinatur amplius, Veteri Interpreti *ἐκτὸν* esse substan-
 24 *tivum, exactio.* Fortius autem & universaliter hic C. 3 nega-
 re, *τὴν ἀρχὴν*, constanter asserit; quia aliis negativis addatur.
 Tum vero *ἔτα ὕστερον* redundare omnino, contendit magno-
 pere. Ait enim, si *ἀρχὴν* & *ἔτα ὕστερον* jungenda essent ve-
 luti tempus prius & posterius, τὸ *ἔτα* deberet simili casui vel
 constructioni jungi, & ab eodem quoque verbo regi. Quod
 hic non fiat; sed dici tantummodo, *ἀρχὴν ἐπισταμένοις, ἔτα*
ὕστερον παρήχον. Desiderari etiam particulam *δὲ* vel similem
 25 præcedentem, si duo ista tempora sibi viderentur innecti atque
 opponi. Imperatorem solere aliquando utique quatuor adeo
 negationes cumulare. *Nov. 7, 1: μήτε ἄλλον μὴδὲνα ποιεῖται
 μήτε παρῆχον.* Et nunc adeo meminimus, Zieglerum no-
 strum jam pridem optasse atque obnixè cupisse, ut amittente
 & emendante doctissimo Menagio, Legum harum novissime a
 Justiniano sancitarum interpretatio limatior exiret, confecta-
 que redderetur. Sciebat enim, Menagium & Græce doctissi-
 mum, & in cultura Latinæ dictionis non habere parem. Nunc
 post Menagium videmus lampada quasi accepisse doctissimum
 Hombergium, certe in literatūra Græca Menagio non infério-
 rem. Et quanquam Menagio non defuissent hic Codices ex
 omni orbe literato, ex Viennensi tamen etiam Thesaurō posse
 adhuc impetrari quosdam, non desperabimus. Recte adjecit
 D. Hombergius sub finem libri Paratitla Antonii Augustini,
 seu fecisse id pridem viderat Petrum & Franciscum Pitheum.
 Sed usum illorum neuter adhuc dum lectoribus aperuit. Certe
 Ivonem Carnotensem ibi non frustra componet cum textibus
 Novellarum lector industrius: possemusque in rem præsen-
 tem afferre ejus rei documenta. Sed ista nunc monuisse suffi-
 ciat. Quid est enim, cum sit *μερσία* Græcis, *participium filii?*
 quid est, *conversationem* habere in monasterio, si de *ἀορῆος*
 sermo est? Et plura alia. Intricatam & contortam dictio-
 nem abhorret Latina lingua, non item profundam & sensu
 tin-

tinctam. Ut e Græcis bonis fiant mala Latina, tunc accidit tantum, si religio nobis sit, flectere aliquando cursum Græci idiomatis. Sua est venustas utrique linguæ. Si conjungantur hæ duæ & coalescant, nunquam e bonis Græcis fiant mala Latina, sed certabunt inter se quadam æmulandi arte, & dubium reddent Lectorem, quam admiraretur præ altera. Sed Jcti tamen non sectantur adeo has Veneres, maluntque simplex genus, quam elegans, & exhaurire textum, quam ornatum quærere. Possimum vero insignem laudis titulum meretur egregia diligentia Hombergii, quod singula pene verba Novellarum per crebram illarum ac diuturnam adeo lectionem sibi fecit tam familiaria, ut in numerato habeat prompte, ubicunque vox aliqua Græca in Imperatoris Novellis vel semel vel sæpius querenda est. Quis est ergo, qui nobis elaboret indicem perfectiorem ad hoc opus Novellarum vel vocum, vel significationum, vel rerum? Scimus, quid hic illustris Lynckerus ad libros Feudorum contulerit in publicum. Sed index talis in Librum Novellarum humeros paulo magis subactos postulat. Et tunc non poterit non videri valde consentaneum, ut ipse etiam textus Græcus jungatur novæ huic translationi; perpetuo enim provocat ad eundem, velut præsentem, neque citra illum potest ex asse indagari. Difficultates quæ hic premebant hæcenus Editorem, melius factum franget. Quis foret etiam usus Lexici Græci, ex voto omnium necessarii, sine textu Græco? Sed & observationes multo copiosiores accipiemus tunc a Nostro, cum reliquis Commentarii Regneri Sixtini, itidem Antecessoris olim Marburgensis, quas tantopere desideravit Cunradus Rittershusius. Vestigium tenue sane Græcæ Novellarum Lectionis apud illum extat de Regalibus L. 2 C. 12 n. 53, 54, quod Nostro occurrisse non videtur. Non poterat autem Cunradus quidquam, nisi quod solide esset eruditum & percoctum, & ab Rittershusio aliquo scriptum, desiderare. Sed ille ipse tamen, quum ad Novellas has ample satis scriberet, ad forum academicum magis respexit, quam ad fontium Græcorum puritatem & culturam Codicum, atque in Oppiano & Salviano ac Isidoro Pelusiota quodammodo videbatur consumpsisse,

quidquid ad ista bonæ mentis studia tantæ temporis copiose sup-
 peditabat ei dives ingenium. Et ab exemplo demum doctissi-
 mi Hombergii liceat nunc intelligere, quid a Cunrado tunc
 potuisset & Sixtino etiam hic expectari. Ac si ulterius pro
 meliore literatura JEtorum intercedere nobis concessum est,
 rogamus Nostrum, ut Dissertatione aliqua veluti præliminari
 doctrinam de toto illo stylo Novellarum, de genio & caracte-
 re hujus Græcitatæ in universum, & quantum illa a prisca pul-
 chritudine Attica, puritate etiam, & rectitudine decursu seculorum
 abierit, concurrat tamen suo modo cum dictione & majest-
 ate ceterorum Imperatorum vel in Codice, vel post ea tem-
 pore, & recedat etiam rursus a stylo Veterum JEtorum, qui
 in Corpore Digestorum adhuc loquuntur, non strictim, sed ex
 proposito tradere hæud gravetur; viamque adeo sternat ad ex-
 positionem omnium reliquorum textuum Græcorum, ad quos
 hæcenus in Digestis etiam & alibi velut ad scopulos maris ad-
 hærescimus.

E L I T E R I S C H R I S T F R W Æ C H T L E R I, JC

NON putaram, doctissimum Hombergium citra notam di-
 missurum Nic. Alemannum, ad Procopium fol. 857,
 sed inspecturum verba nostrorum Centuriatorum, an ibi falso
 narrent, Johannem hunc, cui inscripta est Novella prima, ex
 Præfecto Prætorio evasisse in ἀρχιεπίσκοπος ἑπίσκοπος, Episcopum
 CPolitatum. Sed & ipse Alemannus fol. 22 explicat, duos fu-
 isse Joannes Cappadoces, alterum Episcopum CPolitatum,
 alias scholasticum, & qui titulum œcumenici primus affecta-
 vit, alterum Joannem nostrum, nihil minus quam Episco-
 pum. Et Antonius Pagi, qui similem Censuram Magdebur-
 gensibus scribere poterat ad Baronii annum 520 §. 5, citra ul-
 lam virgulam distinguit duos istos Joannes. Verba etiam
 Centuriæ Lib. 6. c. 10 non dicunt, quod Alemannus imputat;
*Joannes Cappadox, præfectus Prætorii, magistratu defectus,
 ac sacerdotium sumere coactus est, teste Procopio, αὐτοκράτορος
 πρῶτος ἐπίσκοπος.* Invitus enim, & bonis publicatis, post illam
 dejectionem relegabatur prius in Cyzicum: invitatus etiam, &
 quasi

quasi in vim perpetuæ præsentis ecclesiasticæ, factus est diaconus ἐν Ἀρτάκη, Artacæ. Deinde ob nova facinora ulterius relegatus fuit ἐν Ἀντίω, in Antinoem, teste Joanne Malala. Quumq; hunc allegit Hombergius, & ad Procopium ipsum provocent autores Centuriz, promptum erat videre, Alemannum hic lapsum. Henricum Scrimgerum in editione Novellarum minime secutum fuisse vel Haloandrinam vel Parisiensem, multo nobis constaret plenius, si laboriosissimas illas, quas ipse vocat, annotationes ad easdem, & quarum spem fecit 1558, accepissemus. In iis, inquit, singulorum rationem reddere conabimur, quare hæc & alia separanda fuerint, tum quæ ratio fuerit τῶν ἐπαρχικῶν, denique Βασιλικῶν. — Quin & meas annotationes ita accommodabo ad communem utilitatem, ut nullus locus, qui paulo obscurior visus fuerit, prætereatur, & aliquando Corpus ipsum totum Latino sermone ornandum Deo duce suscipiemus. Reliquit tamen nobis, ceu ipse ait, textum a scædissimis labibus, quibus deformatus erat, purgatum & a gravissimis vulneribus sanatum, denique, ut minimum dicatur, quarta prope sui parte auctum instauratumque. Haloander in Novella prima & per totum ubique opus perpetuo edidit, ὑπάρχω. Scrimgerum si quis totum evolvat, frequentius deprehendet ἑπάρχω, quam ὑπάρχω. Neque adeo factum hoc imitatione Haloandri, sed quia stylus ipse Aulæ tunc varietatem hanc non respuebat, neque codices aliter legerent. Aliæ adhuc variationes occurrunt etiam in iisdem inscriptionibus. Nam & Longinus, ne in solo Joanne nostro subsistamus, vocatur nunc ἑπαρχὸς τῆς πόλεως, nunc τῆς εὐδαίμωνι τῆς πόλεως. Deodotus ἑπάρχος πραιτωρίων, Areobindus ἑπαρχὸς πραιτωρίων καὶ ἀπὸ ἐπαρχῶν τῆς εὐδαίμωνι πόλεως καὶ στρατηλάτης. Et Joannes similiter nunc ἑπαρχος τῶν πραιτωρίων ἱερῶν τῆς ἐν πραιτωρίων, nunc πραιτωρίων τῆς ἐώας, alibi τῶν ἀνατολικῶν ἱερῶν πραιτωρίων, eodem ubique sensu. Potuit etiam in ordine ad Imperatorem vocari ὑπαρχὸς, quasi ἀρχῶν ὑπὸ τῶ βασιλεῖ. Sed erat nihilominus ἑπαρχὸς ἐν ἀξιώματι, in ordine ad ὑπάρχους reliquos minores. Etymologicum magnum, Venet. 1710, ὑπαρχὸς, ὁ

ὑπὸ ἀρχόντων ἄλλ' ὑποταχθεῖς. Apud Georgium Codinam frequens mentio ἀρχόντων, non item ὑπάρχων. Ab Ezech. Spanhemio expectassemus, an Bithynia (Asia regio, in qua Chalcedo, Byzantio proxima,) unquam a Vandalis capta, & a Justiniano iterum liberata fuerit? & an putes, de Asia hic, & non potius de Africa sermonem esse Justiniano? Solebat ille dicere, eos libertatem antiquam a se recepisse, quos Barbaris ereptos in suam redegetisset potestatem. Pauli Diaconi testimonium, ab Hombergio recitatum, hactenus non reperio. Mendum, quod tribuit ille Basilicis, itidem non est in textu, (nec enim habemus proœmium Lib. 41 Tir. 4) sed in scholio, fol. 481. Scholiastes autem putabat sibi licere contrahere mentem Imperatoris hoc modo: *Dum curis occupamur de re publica, incurrunt in curam illam nostram privatam etiam, quae a subditis nostris nunciatur, ut προσωργελλόμεναι respiciat ad τὰς Φερνίδας* intio expressas. Recte enim Fabrotus, *ad curas publicas confluant etiam cura de rebus privatis.* Ellipsis subest; quasi scriptum foret, ἐπιβρέσει ἐπὶ τὴν ἰδιωτικὴν Φερνίδα αἱ πάροις τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων προσωργελλόμεναι. Neque desit in Basilicis αἰεὶ, sed iterum in Scholiasta. Is enim præterea impune omisit etiam ἔχουεν, νῦν, Ρωμαίοις, mutavitque alia plura, quæ piget repetere, nec debent adeo hæc singula ceu menda imputari textui Basilicorum. Ibidem Fabrotus dixit, *possunt autem scripta lege, non a scripta.* Cap. 1 poterat Hombergius secure provocare ad Codices, in quibus Scrimgerum, κωλύσιεν non deprehendisse constat. Haloander autem hic etiam a Basilicis deseritur. Neque potuit adstrui in Præfatione, plerumque eum tueri lectionem illorum, & quæ ibi desunt, etiam hic deesse, imo Novellas Græcas Haloandri olim fuisse ex libris Βασιλικῶν collectas. Videtur enim Haloander quæ peritissimus linguæ Græcæ, aliquid & sibi tribuisse. Ut igitur consulamus honori istorum Jctorum, qui Haloandrum secuti duplex hic requisitum fecerunt, alterum, ut voluntas testatoris sit legibus conformis, alterum, ut id, quod ab eo injectum, non remittatur a jure, dicendum est, coincidere hæc in unum. Quod enim habetur pro non adscripto, ideoque remittitur a jure, id ab initio etiam legibus non erat conforme, & prohibitum in

figno

signo juris. Nobis sufficiat, C. 1 §. 1 mitti priorem expositionem, cum quis jam acceperit id, quod relictum est, eique congruit. Reliqua, quæ in versione Haloandri carpuntur adhuc, nervum causæ non attingunt. Integer annus dicitur trahi, si id non impletur nec præstatur, quod relictum est & debetur. Duo sunt scholia, ad quæ ratione *quartæ* provocat Noster, alterum Theodori apud Fabrotum *f. 482*, aliud anonymi *f. 483*, patetque ex hoc ultimo, etiam tunc extitisse codices adhuc integriorum, quam sunt Basilica & scholia antiquiorum, quæ Fabrotus non edidit. His est conformis & genuina adeo lectio Scringiana. Subscriptiones *Novellæ 1 & 18* testantur utiq; de facta interpolatione: neque enim loquuntur de eodem anno. Nam prior exprimit Kalendas Januar. Fl. Belisario Consule. Altera Kalendas Martii vel Maji, uti Noster ait, *P. C. post Consulatum Belisarii*. Hic autem iterum numerabant duos annos post illum Consulatum: quod patet, ex subscriptione *Novellæ 44, 46* aliarumque, ubi adjectum est, *post Consulatum Belisarii anno II*. Nostri ergo *Novella prima, tertia, alizque multæ*, accipiendæ de ipso anno consulatus Belisarii, decima autem octava, 19, 20, 21, 22 & plures aliz, de primo anno post istum Consulatum. Tres hos annos evidenter designat Alemannus in tabula fol. 97 & Petrus Relandus in Fastis. Hic tamen meminit per errorem etiam p. 714 anni III post Consulatum Belisarii. Volebat scribere anno III Post Consulatum *Paulini*; quod colligo e verbis Sirmondi p. 715. Theodorus Paulinus enim erat Consul cum Justiniano proxime ante Belisarium, & quia post Paulinum in Occidente propter bella Italiæ nulli alii adhuc Consules fuerant, scribebant anno P. C. Paulini primo, secundo, tertio. Sed Scringium suspicor scribendum fuisse, *περὸς τὴν καθ' ἑμὰς Φιδειομμίσσων*, quomodo statim ἐπὶ τῶν τοῦτων Φιδειομμίσσων *χῶρον δέδωκαμεν*. Haloandrum ita exponam, ut prius detur copia adeundi fidei commissario *illi*, cui universa bona relicta sunt. Ita sermo est etiam de uno tantum, & textui vis nulla infertur. Hieronymum in Chronico communiter hic incurrisse censuram Jctorum, atque imprimis Alciati, *Tom. I. f. 10, 18, Tom. II. f. 992, Tom IV. f. 367*, notum est. Egitur de ea re

1711 p. 266. Unum vidi, qui illum suo modo excusaret, Aymarum Rivallium, *Hist. Jur. Civ. p. 250*. Scaliger autem etsi in prolegomenis statim & passim in Animadversionibus moneat, vacillare aliquando Hieronymi in transferendis Eusebianis, ab hac tamen criminatione Jctorum purgavit eum atque immunem præstitit. *f. 159*. Quæ expunctio ubi innotescet, mitiora sperabimus. Propius accedit nunc Noster *C. 2 princ.* ad mentem Imperatoris: integram legi auctoritatem suam præstandam esse etiam eo casu, quo nihil ex Falcidia ad heredem possit pervenire. Casus is querendus est in prohibitione testatoris expressa, quam Imp. hic tuetur. *Quodsi*, inquit in fine *C. 2, declaraverit testator ἑρῶς, se nolle heredem retinere Falcidiam*, necesse est, ut voluntas ejus obtineat, & heres, si velit ei obtemperare, lucrum existimet non esse in hoc, an aliquid accipiat, sed solum, an εὐσεβῶς id habeat, vel habere possit. Forte enim & testatori fuisse voluntatis suæ rationes justas ac pias. Sin nolit, integrum ipsi erit, ἀναχωρεῖσαι τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως iterum ab ea recedere, & locum facere substitutis. Vidit Noster, deesse hæc omnia in Norica, & in Basilicis. Scrimgero autem nihil defuit, sed omnes asteriscos, obeliscos, & hiantes lacunas gloriatur explevisse. Citra hunc casum succurritur heredi beneficio Inventarii, & invito etiam quodammodo testatore datur ei Falcidia. Invitus enim etiam tunc videtur, quando bona legatis exhaurit, *princ. §. 1. c. 2*. Sed hæcenus neque legi neque defuncto fit injuria, censetur enim putasse, se facultates possidere sufficientes. Si vero disertis verbis contrarium declaret, hic quoque pura custodienda est legis auctoritas, neque dolo quodquam furripiendum; quod fieri tamen assolet. Θεσπίζομεν τόνον, τῆς κληρονομίας καθαράν φυλάττειν τῶ νόμῳ τὴν ἐξῆσαι (si velint beneficio legis frui) καὶ μὴ εἰσαγαγεῖν παρὰ τὸν Φαλκιδίον, ὡς ἂν εἶνος, nec tentent talem introducere Falcidium, qualis vulgo inolevit, etsi beneficio illo vel plane carendum hoc casu sit, locusque substitutis relinquendus. Tentari autem dicitur Falcidius, εἴ τι ὧν ὑποκλέψαμεν οἱ κληρονομοὶ ἢ κακουργήσαμεν. Ita lego pro δι', si quid horum, quæ in hereditate sunt, furto subtrahant instituti, vel alias dolo ver-
sentur.

sentur. Quid poterat autem præcipi magis sanctum : puras habere manus etiam cum detrimento ? Non pœnitet nos, testimonia Pollucis & Harpocratonis 1710 p. 509 paululum excussisse. Ita enim factum est, ut doctissimus Hombergius pluribus nunc rem omnem hanc pertractaret, distincto sensu Veterum Græcorum, tum vero Demosthenis, a mente Justiniani. Consentit is etiam, apud Veterem Interpretem *Contestatione* legendum, non, *constitutione*. Nec morabimur, an alibi ἐπιτισην vertat, *exaltio*. Adde Stephanum & Aristophanem. p. 510. Enim vero τὸ μέτρον τῆς κατὰ γὰρ βίας mallem hoc quidem loco exaudire de tota massa hereditatis, quæ nullam adhuc passa est detractionem Falcidiaz. Qui inventarium rite non fecit, præstabit integra legata, etsi massa hereditatis non sufficiat, & citra ullum beneficium. Sic c. 3 dicitur κατὰ γὰρ βίας voluntatem testantis sequi, qui eam implet per omnia, ac præter intuitum æris alieni. Nam etsi facultates ob æs alienum non sufficerent, deberetur tamen Falcidia, si modo inventarium caute confectum esset. Tempus prius & posterius his adeo insinuat C. 3 in utroque membro, quod ibi exprimitur. In primo, si heres statim quidem ab initio ἐκ τῆς ἀρχῆς quibusdam legatariis integra legata solvat, pœnitentia autem deinde ductus aliis partem aliquam detrahere & retinere velit. Nonne hic duo apparent tempora ? Prius largitur Noster, motus autoritate Juliani, *cognoscens ab initio modum substantia*. Et res ipsa loquitur, verba illa non posse non verti, *statim ab initio*. Posterius tempus inquit ipsa pœnitentia actus prioris, καὶ μὴ μεταμέλειται. Præsto etiam sunt duæ particulae, quæ duæ illa tempora sibi opponunt, *καταβαλεῖν μὲν τισὶν ἐκ τῆς παρὰ δὲ τινῶν μεταμέλειται*. In altero membro cap. 3 eodem modo conceptum est tempus : Si heres ab initio τὴν ἀρχὴν legatariis legata solvat, post deinde εἴτα ὑστερον ab idem ea iterum repetere, & lites illis, quibus solverat antea, inferre velit. Observavit Noster, Fabrotum etiam τὴν ἀρχὴν, *initio*, recte interpretari, plane sicut paulo ante, *statim ab initio*. Et Nov. 7 præfat. τὸ παρὰ τῆς νόμου πρῶτον, ἐν ἴσῳ τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενομένῳ, *quod contra leges factum, perinde est, ac si ab*

mitio plane non gestum esset. Ubi coincidit utrumque. Dato ergo priori tempore, non potest non dari etiam illi oppositum, quando heres simili penitentia ductus, & πρὸς τοῖς χερσὶ ruens in deteriora repetit iterum, quod dederat. Diserte hoc monstrant, quæ sequuntur. Antequam enim agas, consilium capiendum est, πρὸ τῶν προήξεων, ante actionem. Ecce prius tempus. ἀλλὰ μὴ δὲ πρὸ πάντων ὀρθῶς, εἴτα μεταβαλεῖν πρὸς ἀγνωμοσύνην, non vero oportet id, quod semel recte feceris, postea sine ratione & iudicio mutare iterum, & destruere. Hoc est illud tempus posterius. Fabrotus eodem sensu, consilium in primis deliberationibus capiendum est, tunc vero, ubi ceperis, res ad effectum perducenda ē. non autem, quod recte feceris, oportet mutare, neque rem in devotionis consuetudine. Ἀγνωμοσύνη vel stoliditatem & stultitiam hic notat, vel certe factum ἀγνωμοσύνη, bonæ fidei, candori & decore valde contrarium, & cuius nulla δικαία τίς αἰτίας allegari possit. Ipse Noster, non permitimus, postea negotium facere. Et c. 4 ἀρχὴν ἀδόμεν, initium anno damus. Nec defunt hic quoque duæ particulae diversæ temporis, ἐπισταμένους μὲν, ἀφελάντους δὲ καταβαλ. Non poterant utique hæc statim bis reiterari. Sic enim dicebatur fuisset, καταβαλεῖσθαι μὲν τὴν ἀρχὴν, εἴτα δὲ ὑστέρῳ. Similis etiam quodammodo constructio duorum temporum non deficit. Antecedit enim, τὴν ἀρχὴν καταβάλλειν, & huic opponitur factum aliud, quod mox sequitur, ἀναλαμβάνειν βέλους καὶ αὐτῶν, ὅπερ ἀντύχρην καταβαλόντες, καὶ πρὸς γματὰ τοῖς λαμβάνουσι παρέχον. Minime sibi opponantur, ἀρχὴν ἐπισταμένους & ὑστέρῳ παρέχον, sed ἐπισταμένους & ἀφελάντους. Neque cumulat ὑστέρῳ Imperator Nov. 7 c. 1 cum quatuor negationibus in eadem oratione & πρὸς ἐν, sed loquitur ibi distributive. Sancimus, neque hanc neque aliam ullam ecclesiam, neque sub patriarchali hac sede hujus Civitatis constitutam, neque aliam ullam undique vel patriarcham vel Episcopum, licentiam habere alienandi rem immobilem ecclesie. Idem genus distributionis est in Nov. 8 c. 7. In nostra autem Novella prima vere concurrerent quot verba tot negationes πρὸς ἐν, si scribas, non, non, plane non permittimus. Cujus exemplum

emplum simile non video in locis Nostro allegatis. Redundat interdum *ἔπειτα*, teste Eustathio apud Stephanum, sicut *πὸ τῆς* expletivum. *Turn. 1 f. 160.* Non abundat tamen hic *c. 1 §. 2* *ἔπειτα ὁ γεγραμμένον*, ubi Noster ipse, & deinde scriptus heres: statim, *ἔπειτα γε ἐς Φιδεικόν.* etiam apud Scringierum, iterum Noster, deinde vero *ad fideicommiss.* Bis iterum non redundat *§. 4.* *μυκτὸς* minus *τὸ ὕστερον.* Nam *Nov. 13 c. 1 §. 2* recte exponit Haloander & Duarenus, *post magnos magistratus gestos ad hanc de novo functionem accesserunt, ἔπειτα ὕστερον ἔκαλε-* *ζήσαντας.* Lud. Charondas, & post hac non dignari. Non erat igitur a Nostro ibi mittendum. Certe *Nov. 38* *præfat. §. 2* is translulit, *ἔπειτα ὕστερον ἐπειδὴ μετὰ τρυφῶν αἰτιῶν &c.* Deinde quia ex falsis causis. Nec potest intelligi abundare in ipso principio novæ orationis. Haloander & Duarenus iterum, *ta- men cum postea per emendatas causas &c.* Lud. Charondas, deinde *posthæc quia sub falsis causis &c.* Apud vetores etiam exemplum, ubi vacet, non invenit Stephanus. Per saltum veluti tangenda est nobis adhuc *Novella XI.* Jam enim *p. 119, 120* occasione clarissimi JC. Casp. Theod. Sumnermanni *τῶν Πρώτων*, diximus quædam de patria Justiniani ad eundem locum Alemanni, quem hic recitat Noster totum, sed nihil de suo præterea addit. Quid circa inscriptionem *Novellæ* mihi videatur, hic non re- peto. Sualenbergius putabat, Agathiam & Procopium non posse conciliari. Alemannus autem ait, utrumque in errorem inductum per mutilum librum Procopii, voluitque ef- ferre meliorem locum ex emendatissimo codice Vaticano: ni- hilo enim saniora esse Procopii editionem Augustanam. Sed locus Alemanni totidem apicibus extat in Hæscheliana 1607. Procopius distinctius meminit loci, ubi natus sit Imperator, *ἐν* *Δεν ἀρετραῖ, Ταυρεσί.* Hæc autem proximum & vicinum erat *τὸ Φερίον*, castellum vel arx *Bederiana.* Hanc nominat Agathias. Non omnino autem dixit Procopius, in hac alium fuisse & educatum Nostri; Tauresii ergo & natus est & nu- tritus & educatus. Et propter hoc muro Tauresium circum- dedit quadrangulari, & turribus ornavit. *Bederianæ* mentio sit solius vicinitatis causæ. Præterea condidit in vicinia Ur-

p. 162

bem gloriosam, Justinianam primam. Jam ecce judicium Procopii, ταῦτα τῆ Σεψαμὲν τοῖ τοφεία ἐκτένωρ, tanta ille premia nutritionis educationisque patriæ suæ rependit. Taurasio inquam & regioni præterea vicinæ. Nam & Justinianæ illi primæ titulum Patriæ, solo amore vicinæ regionis, ubi natus, imposuit. Alia est lis, an ea locanda sit in Illyria, vel Thracia, vel Pannonia, Daciave.

NOUVELLES LETTRES DE FEU MR. GUI PATIN
à Charles Spon.

h. e.

GUIDONIS PATINI EPISTOLÆ INEDITÆ AD
Carolus Sponium, ex hujus schedis erutæ.

Tomii II.

Amstel. apud Steenhouvvver & Uytvvverf, 1718, 12 maj.

Alph. I plag. 12.

POST Patini Epistolas iterum iterumque cum auctariis editas, vix credibile videbatur tantum adhuc numerum ad unum Carolus Sponium perscriptarum latere, quas nunc demum in lucem protraxere typographi, multo rectius de orbe erudito meritori, si & responsorias Sponii, cujus rei spem faciunt, publicaveriat. Et hæc quidem facile Patinum autorem produnt, qui, sive res politicas, sive literarias species, liberime ubique judicat, & nunc Mazarinum ejusque fautores, nunc monachos, Jesuitas imprimis, nunc Empiricos ac Chymicos acris sale perfricat. Nos iis, quæ acerbius dicta sunt, prætermisissis, nonnulla quæ ad rem maxime literariam spectant, enotabimus.

p. 17, 18

25

Claudius Barthol. Morisotus, edito *Orbe maritimo* clarus, verus autor perhibetur *Veritatis Lacrymarum*, quæ sub *Alethophili* nomine Euphormioni Barclaji Parte V subjunguntur. Grammondi Præsidis Tolosani jactantiam ridet Noster, cum is se Præsidi Thuano æquiparare ausus sit his verbis: *Thuatus plura, ego majora*, additque, cum perpetua Jesuitis & imprimis Richelio

Richelio (dum opus imprimeretur, extincto,) blandiri, Latinitate uti minus probata, & ad elogia conscribenda ineptum, unum fere Mercurium Gallicum sequi. Samuelem Petitem A. 1643 nuntiat assiduo studiorum labore nimium gravatum decessisse, simulque docet, eum Josephum notis suis egregie exornatum prelo paratum habuisse. De Casparis Barlæi morte differens, refert eum vi morbi cujusdam sibi persuasisse, quasi totus sit stramineus, eoque maxime ab igne, ne in flammam verteretur, sibi cavisse, ac demum aucto morbo in puteum præcipitem vitam finivisse. Famiani Stradæ historiam, quam in Ducis Parmensis gratiam videatur scripsisse, laudat Noster, doletque, quod ultra annum 1589 progressus non sit, prohibitus quippe ab Hispanis, ne cetera ederet, in quibus Philippum II iniquitatis in Parmensem accusaverit. Naudæum refert præter morem graviter queri de fortunæ mediocritate, ac tenacitate Mazarini, a quo post tot annorum labores præter annuas 1200 libras nihil utique beneficii obtinere potuerit. Casparis Hofmanni, Medici Altorffensis, obitum, qui in d. 3 Nov. A. 1648 incidit, graviter dolet, eumque lautiori sorte dignum fuisse testatur. De Mothio Vayerio ita fere loquitur in literis 1649 datis: Homo est annorum sexaginta, mediocris staturæ, Stoicus ut qui maxime, sed qui cum neminem laudet ipse, laudari cupit ab omnibus, & de quo

Mala quædam fabula fertur,

Valle sub alarum trux habitare caper.

Addit tamen, se non corporis sed animi vitium, quale olim Diagoræ atque Protagoræ fuerit, innuere. Libri hodie rarissimi Naudæoni *Jugement de tout ce qui a été imprimé contre le Cardinal Mazarin*, qui 492 paginis constat, ducenta tantum & quinquaginta exemplaria impressa esse testatur. De Q. Curtio refert sententiam non neminis, qui eum inter libros Romanenses reputet, & a docto quodam Italo ante annos fere trecentos compositum suspicetur; simulque varios ejus errores Geographicos recenset. De Dion. Petavio sequitur judicat Noster, & queri ait typographos, libros ejus paucos invenire emtores, Grotium vero de ejus *Dogmatibus Theolog.* quæ a

- Petavio donata perlegerit, ita censuisse: en indigestam rerum vilium congeriem! frustra hic Theologiam quæres; id tamen habet præclari liber, quod Autor Græcæ linguæ probe gnarus accuratas ubique versiones inferuit. His statim Latinis verbis Noster subjicit: *Sed sic fodes; sîmorosus aliquis Censor mearum Epistolarum interuenires, & quæreret, cui bono & quorsum tam multa de Petavio, statim illi responderem, nec aliter possem: adeo mihi suave est & jucundum colloqui cum amico, ut quoniam mihi deest quod scribam, ad ejusmodi nugas confugiam, quibus impleam paginam.* De Launojo refert, quod S. Renatum aliosque e Sanctorum Catalogis expunxerit, & S. Dionysium Areopagitam in Galliam, Magdalenam vero in Provinciam venisse neget, a quo adeo cavendum aliqui putent, quod, cum singulis fere annis sanctum aliquem de cælo deturbet, Deum ipsum aliquando oppugnaturus sit; interim neminem contra illum hiscere audent. Jo. Riolani, Medici Parisiensis percelebris, mala domestica, uxorem nempe inspidam, rixosam, avaram, & liberos degeneres, enarrat. Petrum Montmort, Professore Regiam, d. 23 Mart. 1650 decessisse nuntiat, virum Græce Latineque, præsertim in lectione Poetarum doctum, tamque vastæ memoriæ, ut loca Autorum omni occasione creparet innumera, non sine jactantia & interdum mendacio, hominem præterea Magnatum epulis inhiantem, corpore præpingui & robusto. Librum *Memoires historiques du Ministère du Card. de Richelieu* res ab A. 1624 ad 1633 ducentis in fol. plagulis complexum (innuit forte eum qui sub tit. *Le Ministère du Cardinal de Richelieu avec des Reflexions politiques* fol. Par. 1650, quo anno scripta est Nostri Epistola, prædiit) plenum esse memorat immodicis Richelii laudibus, eoque decreto Parlamenti igne cremandum fuisse, sed de his quoque merito dici: *sirascare, agnita videntur, spreta exolescunt*; ceteram Autorem ejus esse Patrem Vialar, Episcopum postea Avriacensem. Anglos ait Seldenum prohibuisse, quo minus librum, quem sub prelo habebat contra Salmasium, ederet, solo quippe ense Regicidium defendere paratos.
- Jansenium false accusari a Jesuitis; quod libri, qui *Mars Gallicus* inscribitur, autor, sit, eumque factum potius

p. 252

255

278

299

309

T. II

p. 6

nus Jesuitæ alicui, Gallo certe, eique Pontificio rigidiori, debent putat; nimirum spargi illos rumores a Jesuitis, ut Yprensi illi Episcopo, homini prudenti & modesto (qui per aliquot annos continuos S. Augustini operibus legendis unice intentus fuerit, ut inde librum componeret *de gratia*) odium apud Gallos conflarent, quod is antehac ab Academia Lovaniensi in Hispaniam missus contra Jesuitas publice perorasset, obtinuissetque, ut illi a Theologia in Academia docenda prohiberentur. De Cromwello ita luisse Anglum quendam refert:

*Cromwello surgente jacet Domus alta Stuarti,
Et Domus Astriach Martia fracta jacet:
Quod jacet, haud miror, miror, quod Gallus Iberque
Et Dams & Regum quicquid, ubique jacet.*

moxque eundem novum affectare titulum, *Regis* nempe *Maris & Imperatoris Oceani* miratur. Dum Sorberium, quem inconstantis ac perturbati animi hominem ac Apostatam vocat lacri cupidum, Romam profectum nuntiat, reminiscitur joci, quo delectari Pater ipse consueverat, qui ita explicabat literas S. P. Q. R. *Scultus populus quarit Romam.* A. 1655 in Belgio refert librum prodisse *de tribus nebulonibus*, scil. Thoma Aniello, Cromwello & Jul. Mazarino, mox quidem jussa Magistratus suppressum. Petrum Pithœum memorat primo Tomo Annalium Baronii hæc sua manu adscripsisse: *Cesar Baronius cum primum animum ad scribendum appulit, id sibi negotii credidit solum dari, Pape ut placerent, quas scripsisset fabulas; simulque adducit quasdam e carmine Grotii, Casauboni Exercitationibus Anti-Baronians præmissis. In literis d. 26 Oct. 1655 datis ita exclamat: Fuit Gassendus; vixit annos 65 & ut vere desit heri circa tertiam pomeridianam. Per tanti Viri obitum grave vulnus agnosco insitum Reipubl. Literaria; cum lugebunt artes mathematicæ, lugebit sanctior & purior Philosophia; quæ ideo nolimus prætermittere, quod alii eum A. 1656 d. 24 Oct. mortuum referant. Et Noster quidem in alia Epistola diem ejus æmortalẽ vocat vigesimum secundum Octobris, quo & Collega suus Dn. des Franeois decesserit; unde nobis sit verosimile, Autorem priorem illam Epistolam, quod forte etiam*

50

55

80

101

127

151

150

- 181 etiam de ceteris dicendum, per dierum aliquot & horarum intercalationes consignasse. Quæ Ducis Andegavenfis nomine sub tit. *Abregé de l'Histoire Romaine de la traduction de M. le Duc d'Anjou, in 8*, cum ejusdem Commentariis sub prelo esse A. 1656 nuntiat, ea utique Mothio Vayerio, ejus Præceptoris, deberi persuasum habet. Librum *Les Negotiations du President Jeannin*, quamvis Ossati Epistolis minime comparandum, lectum tamen dignum putat, doletque, illum a cognatis Jesuitæ Cerifier traditum, ut typis mandaret, tam misere fuisse ab illo truncatum corruptumque. Leonem X ait Romam evocasse Pomponatium, ut cum Augustino Nipho de immortalitate animæ disputaret, quos magna animi delectatione audiverit, certum interim esse, non magis aut Leonem aut ceteros fidem rei adhibuisse, quam hodie adhibeant Romani plerique. Zachariam de Lizieux, Capuccinum Normannum, cui & libellus, Janfenistis sub titulo *Genius Seculi* oppositus, adscribatur, *Gygem Gallum* prelo subjecisse nuntiat.
- 209
- 277
- 308

T. I. p. 78 sq.

Ceterum cum Auctor in literis 1644 datis propriæ quoque vitæ ac familiæ rationem latius exponat, nos quoque hinc pauca quædam addemus. Natus fuit in Picardie oppido quodam Houdan, patre Francisco, causarum patrono dexterrimo, missusque Lutetiam, ut juri operam daret, cum aliquandiu ibi vixisset, mutavit sententiam & ab A. 1622 ad 1624 tantos in Medicina fecit progressus, ut ad summos in ea honores admitteretur, uxoremque quinquennio post duceret, cum spe amplæ hereditatis, e qua illo tempore, quo annum attigerat ætatis quadragesimum primum, quatuor susceperat filios, Robertum, Carolum, Pierrot & Franciscum. Sanitate non optima utebatur, quam, ut ipse loquitur, *potissimum labefactarunt vigiliae juges & chalcubrationes nocturna, a quibus etiam, sic pergit, nec dum abstinco, sed hoc erat in fatis.*

GEORGII PHILIPPI NENTER, MED. D. ET
*Pract. Argent. Fundamenta Medicinæ
 Theoretico-Practica.*

Argen-

Alph. 4 plag. 18.

Quanquam Clarissimus Nenter Physiologiam & Pathologiam Medicam, quam in collegiis privatis ulteriori discursu illustrare solitus fuit, ante aliquot annos publici juris fecerit, precibus tamen Auditorum commotus universam denuo Theoriam & Praxin in forma tabularum concinnavit, quæ secundum Stahlii potissimum aliorumque celebriorum Medicorum placita, propria experientia confirmata, præter Physiologiam & Pathologiam, Semioticam, Methodum medendi, Chirurgiam, Hygienem, Praxin tam generalem quam specialem omnium morborum internorum, cum signis, differentiis, prognosi, remediis polychrestis, selectis & specificis, formulis item necessariis & cautelis practicis continent. In Præfatione Medicinam ægrotam, ab Hippocratis jam tempore multa mala passam & Medicorum auxilium implorantem, in scenam producit. Cujus morbi historia exposita, signa ejusdem esse putat 1) contentam Medicinæ & Medicorum, qui vacaret omnino, si Medicina in eo perfectionis statu esset, in quo versari debet; 2) quod, quæ in scholis docetur, Medicina ut plurimum nullum in Praxi habeat usum; 3) quod post Hippocratis tempora a filiis fuerit desertæ; 4) a spuris artis lacerata; 5) polychrestis remediis destituta, & 6) quod morborum quorundam essentia adhuc incognita sit. Causam principalem hujus morbi esse dicit, quod Medici viam ipsius naturæ, cui Veteres insistebant, reliquerint, & hoc ipso Medicinam pessunderint; deinde relicta aphoristica scribendi Hippocratica brevitate, missoque observandi studio, rationibus rerum investigandis totos se dederint; & quod successu temporis multa ad Medicinam tracta fuerint, quæ tamen in Praxi nunquam profus habeant usum, cum potius vera morborum historia ex observationibus investigari debuisset. Accusat porro nimium studiorum ardorem & perversam librorum lectionem, pessimum hypothesium Philosophicarum & Medicarum amorem; nec laudat, quod Medici relicta inquisitione in remedia polychresta & neglecta

U u u

glecta

glecſta eorum compoſitione Praxin ſolam & præſcriptionem formularum ſibi reſervaverint, chirurgiam proſus neglexerint; damnat denique morem receptum, quo tanta agyrtarum ac medicastroꝝ multitudo toleratur, eo ipſo autem veris Medicis in Praxi ſe exercendi, & ulterioꝝ progreſſus faciendi occaſio præſcinditur. Quidus cauſis poſitis non mirandum eſſe pronunciat, tot pravos effectus infeutos eſſe, qui ſupra inter ſigna fuerunt recenſiti. Vixque aliquam ſpem ſuper eſſe credit, Medicinam in integrum reſtitui poſſe: cum enim ñ, qui ejus curam gerere debeant, ipſam derelinquant, & non obſtante ſumma ægitudine ſanam eandem proclamant, non poſſe non virus in viſceribus latens ulterius ſerpere putat, & miſeram Medicinam brevi interimere. Sin vero aliquid adhuc ſpei relictum ſit, diuturnum tempus ad ejus reconvaſcentiam requiri, veretur. Quem in finem non ſolum longa præparatione, ſed etiam inſigni & continuata evacuatione opus erit, ut prius ſordidiores, ac poſtmodum ſubtiliores ſenſim ac ſenſim expellantur. Hinc ante omnia reſpiciendum eſt 1) ut Medicina legitimo modo doceatur, 2) diſcatur, 3) exerceatur. Quicumque igitur Medicinam docere cupit, eruditionem ſolidam poſſideat, fidelis ſit, ac cupidus aliis veram ſcientiam communicandi, atque ab omnibus præjudiciis liber. Qualem vero Medicinam diſcendi & exercendi methodam injungat Autor Clariffimus, recenſere nimis prolixum foret.

MEMOIRE CONCERNANT LA PRETIEUSE PLANTE
du Gin-Seng,

i. e.

RELATIO DE PRETIOSA TARTARIÆ PLANTA,
Gin-Seng, in Canada reperta a P. JOSEPHO FRANCISCO
LAFITAU, Societatis Jeſu Socio & Miſſionario
ad Iroqueos.

Lutetia Parifiorum, apud Joſephum Monge, 1718, 12.

Plag. 32.

EX quo Sereniſſimus Princeps, qui Regni Gallici habenas
tenet, jufferat, ut ſtadii Botanici promovendi ſumma ha-
bere-

beretur cura, inter alios, qui ad convertendos ethnicos illuc missi sunt, Reverendus P. Lafitau incitatus omnem adhibuit operam, Regium hoc exequendi mandatum. Hac agitatus sollicitudine in Tomo X Literarum curiosarum, quas Missionarii colligunt, ex descriptione plantæ Gin-Seng, quam Reverendus P. Jartoux, cum anno 1709 in Tartaria degeret, sub examen vocavit, intellexit, si quis foret in toto mundo locus, in quo hæc planta progerminare posset, illum Canadæ omnino esse, utpote quæ eodem climate soloque eodem cum Tartaria gaudeat. Sedulo igitur investigavit hanc plantam in Canada, & ut investigarent incolæ, autor fuit. Quantumcumque autem studii adhibuerat, frustra quidem eam per tres menses quæsierat, donec eam forte fortuna prope murum ædificiû, quod extrui curabat, conspiceret, veramque esse Gin-Seng ex descriptione & figura, quam P. Jartoux suppeditaverat, cognosceret. Incolæ mox eandem, utpote medicamentum sibi admodum familiare, agnoscebant, virtutem medicam exponebant, atque Garent-oguen vocari, edisseriebant, quasi dicas coxas & crura divaricata, quas hominis partes radix ejus refert, atque eandem pariter significationem vox Sinensis Gin-Seng habet. Singulas allegare plantæ partes atque virtutes, quas Autor describit, nunc non attinet, utpote jam cognitæ. Ipse certe radicis usu a dysenteria & rheumatismo liberatum se confitetur, quemadmodum & vim ejus antifebrilem perspectam habuit, magis tamen in febribus chronicis & lentis quam acutis eam conducere credit, in ipso vero paroxismo propinare non audet; plus etiam solatii in senes & languidos ægros, quam vividi nimis temperamenti homines inde redundare monet. Radix sola in usum cedere solet medicum, folia tamen vel per se vel cum herbâ Thee infusa non minoris efficaciz perhibet P. Jartoux. Fuerunt, qui fumum eorum per fistulam hauserunt, cujus saporem odoremque gratum vaporesque dissipandi vim deprædicare satis haud potuerunt. Chymico examini plantam hæctenus subjecit nemo. Igni immisit eandem Autor clarissimus, sed nullam conspexit flammam, hinc parum resinæ eam continere, & quia nec crepitavit, sale fixo

destitui putat. Ab alcali vero cum salibus volatilibus mixto virtutem ejus derivandam esse judicat. China fractenus, quæ tamen locus ejus natalis non existit, sed Tartaria, nobis lupeditavit plantam, quia vero situm hæc facile contrahit, vermiumque arrossioni expositus est, dum tam longam iter emetici tenetur, spes existit, fore, ut in posterum recentior meliorisque conditionis ex India Occidentali ad nos transferri queat. De Cetero existimat Clariss. Lafitau, esse hanc herbam *Ἀρσινόη* Pythagoræ & Mandragoram Theophrasti, qua hodie specie destituimur, eamque in honorem Serenissimi Principis, cui hunc libellum obtulisse diximus Autorem, Aurelianam Canadensem vocandam censet. Ceterum plura de ea non uno loco diximus in Novis Literariis Latinis hujus Anni, cujus & delineationem accuratam dedimus Cal. Martii N. V p. 56.

**DIONYSII EXIGUI LIBER DE RATIONE
Festi Paschalis, qua præcipuam sui partem nunc pri-
mum ex MSS. editus. Recensuit, suis aliorumque Com-
mentariis illustravit, & Historiam Cycli Dionysiani
præmissit JO. GUIL. JANUS, Hist. P.P.
in Acad. Vitembergenfi.**

Vitembergæ, literis Gerdesianis, 1718, 4.

Plag. 15.

Librum de Ratione festi Paschalis inter scripta Dionysii Exigui præter ceteros memorat Jo. Trithemius: Præfationem illius, sub titulo Epistolæ 1 Paschalis ad Petronium, pariter, ac epistolam Dionysii ad Bonifacium, una cum Proterii epistola ad Leonem ex versione Dionysii Latina, primus edidit Petavius, & post Petavium, Æg. Bucherius. Sed Cycus decemnoventalis, qualis ab ipso Dionysio confectus est, & Argumenta Paschalia, quæ præcipuam libri illius partem constituebant, ita adhuc latuerunt, ut non tantum Jo. Noviomagus, qui cyclum Dionysianum ex ingenio & conjectura restituit, eumque secutus Dion. Petavius, sed & Henr. Norisus, qui partem ejus genuinam, ex marmore Ravennatensi, una cum eruditis

com-

commentariis edidit, integrum ac genuinum illius Diagramma superesse, negaverit. Argumenta Paschalia, quorum Dionysius in præfatione meminit, Carolus Du Fresne, in Selectis Chronico Paschali subiunctis se edidisse, credidit; at nubem ille pro Junone amplexus est. Utraque igitur hic primum integra, & cum ceteris libri Dionysiani partibus conjunctim exhibetur. Primum locum tenet *Præfatio* Dionysii ad Petronium, ex quinque MSS. Anglicanis & Gallicis emendata; succedit *Cyclus Dionysii*, octo, non, ut Dion. Petavius cum Noviomagio conjecit, novem columnis distinctus, ab anno Christi 532, usque ad A. 626, ex Codice Digbæano 63, & Colbertino 1029, nunc primum typis exscriptus, una cum præmissa ultima enneadecaeteride Cyrilli, ab anno Dioclet. 229 usque ad A. 247, qui anno Christi 531 respondet, deducta, plane secundum verba ipsius Dionysii in præfatione p. 63: *ultimum beati Cyrilli, id est, quantum Cyclum in nostro hoc opere præferentes . . . Quia vero S. Cyrillus primum cyclum ab anno Dioclet. 153 capit, & ultimum in 247 terminavit, nos a 248 anno inchoantes &c.* Cyclum illum 95 annorum excipiunt *Argumenta Paschalia*, ex Codice Digbæano, Cottoniano & Remensi edita, exemplis ab A. Christi 525, quo ipse Dionysius se cyclum factum scripsisse testatur, illustrata, quæ rationem & fundamenta computi Paschalis aperiunt, & in singulas cycli decemnovennalis columnas quendam quasi commentarium suppeditant. Agmen demique claudunt *Epistola Paschales Dionysii & Proterti*, ex compluribus MSS. hinc inde emendatæ & suppletæ. Singulis his libri Dionysiani partibus subiciuntur annotationes, partim Petavii, Bucherii & Norisii, partim ipsius doctissimi Editoris, in quibus variz lectiones ex Codd. MSS. afferuntur, loca ex Dionysii cyclo & argumentis Paschalibus, ab ipso, vel aliis, citata, cum textu comparantur, & alia ad hujus illustrationem spectantia adduntur. Pag. 62 notatur Petavius, qui, Dionysium Exiguum annos cycli sui a decima quinta luna Paschali orsum esse, scribit, & hinc colligit, in cyclo ejus neomenias Paschales a Paschate ipso ita semper fuisse distinctas, ut illæ anni Juliani præcedentis finem, hoc anni se-

quentis initium, occuparint. Id enim vel ipsa veri cycli Dionysiani inspectio refellit, in quo luna XIV paschalis cum ipso Paschate unum eundemque semper annum occupat. Pag. 65 *concurrentes* olim loco literarum Dominicalium adhibitas fuisse, ostenditur; unde perperam Cyclo Dionysiano, in quo concurrentes apparent, literæ Dominicales a nonnullis adscribantur, imo Dionysio, velut primo auctori tribuantur. Pag. 110 observatur discrimen inter annum Dionysii Paschalem, & Solarem, quorum ille, a luna XV Paschalis festi præcedentis, usque ad lunam decimam quartam sequentis pascha numeratus, ordinarie 354 diebus constat, hic vero, in cyclo decemnovennali adhibitus, non alius fuit, quam Julianus, 365 dierum, & sex circiter horarum. Hinc facile intelligi & conciliari possunt verba hæc Dionysii, quæ Petavio valde perplexa, imo incondita esse, & se mutuo evertere dicuntur: *excepto anno primo* (puta lunari, sive paschali) *sape dicti cycli decemnovennalis, quem a decima quarta luna pascha ultimi, id est, noni decimi anni* (puta solaris, speciatim autem æræ Christi. 531, quo luna decima quarta incidit in diem 17 Aprilis) *usque ad decimam quartam ejusdem primi* (scil. anni solaris qui erat A. C. 532) *numerare curamus.* Quia nimirum Petavius non alium, quam lunarem & paschalem annum Dionysio tribuit, non modo verba ejus contradictionis, præter rem, accusavit, sed & æram Christi Dionysianam vulgari illa, quæ hodie utimur, integro fere anno minorem statuit; qui error, prope modum communis, sola Petavii autoritate in vectus, toto jam fere seculo regnat. At enim forma cycli Dionysiani pariter ac Argumenta paschalia christiane demonstrant, æram Christi a Dionysio non annis Paschalibus sive lunaribus, sed solaribus, iisque Julianis, cujusmodi XIX cyclus decemnovennalis comprehendit, accommodatam fuisse.

In præmissa erudita dissertatione origo cycli decemnovennalis a periodo Metonico-Calippica repetitur, & hujus usus civilis apud Græcos, contra Scaligerum & Petavium, cum Dodwello asseritur. Ut enim Christiani ad tempus Paschalis, ita Græci olim ad tempus ludorum Olympicorum, qui proxi-

mo

mo post solstitium æstivum plenilunio celebrandi erant, aliorumque festorum anniverfariorum rite constituendum, cycle ejusmodi lunæ-solari utebantur, §. II. Præterea etiam menses lunares habebant, ad periodum illam accommodatos, quos tamen, in Romanorum potestatem redacti, cum horum mensibus solaribus sensim commutarunt. Ita de Atheniensium mensibus antiquis ultima mentio coarva occurrit in decreto, quod Athenienses in honorem Hyrcani promulgarunt ipso anno confusionis, U. C. 708, qui primum annum Julianum proxime antecessit, apud Joseph. Antiq. XIV, 18. Ad Christianorum computum Paschalem primus, quantum constat, cyclum illum decemnovennalem transtulit Anatolius secundum §. V, quem secuti sunt Eusebius, Theophilus & Cyrillus, quorum de illo scripta singulis paragraphis recensentur. Quod vero publica Concilii Nicæni autoritate cyclus decemnovennalis præscriptus vel confirmatus fuerit, ut Dionysius Exiguus, Beda, aliique tradiderunt, §. VI refutatur, & simul, quid Patres Nicæni de tempore Paschalis celebrandi decreverint, curatius inquiritur. Primus omnium Dionysius Exiguus methodum illam constituendi temporis paschalis ab Orientali, & speciatim Alexandrina, Ecclesia in Romanam traduxit, dum ultimam Cyrilli enneadecaeteridem, Latine versam, ab a. C. 532, quem novo exemplo, pro anno Diocletiani 248 in capite cycli sui posuit, usque ad annum 626 continuavit, §. XI. In æra Christiana hic primum adhibita, & hodiernum usitata, Dionysius Panodori sententiam, eo tempore apud Orientales receptam, secutus est, §. XII. Romanæ Ecclesiæ exemplo, non tantum Itali, sed & Galli, Hispani, Britanni, Scoti, Picci ceterique Christiani Occidentales, Victorii aliorumque cyclis paschalibus antiquatis, Dionysianum receperunt, licet Britones, antiqui ritus tenaciores, usque ad seculum VIII ab Anglis de eo disenserint, & veterem Victorii cyclum 84 annorum servarint, §. XIII. Ab eo tempore doctrina computi, qua usam cycli Dionysii in Paschate ceterisque festis Christianorum ordinandis demonstrabat, in monasteriis potissimum viguit, & non postremam studiorum monasticorum

par-

partem constituit : quod § XIV illustratur in primis exemplo scholæ Remensis, in monasterio S. Remigii, computo illi destinata, de qua memorabilis inscriptio, seculo IX exarata, A. 1713 eruta, & ab Henrico Eget, Abbatæ S. Remigii Decano & thesaurario cum Cl. Autore communicata, hic primum in lucem profertur & explicatur. §. XV ostendit, quomodo verus ipsius Dionysii cyclus præ recentioribus, ad ejus exemplum factis, & ad posteriorum temporum usum magis accommodatis, neglectus, sensimque amissus fuerit. Unde editiones ejus, quæ hucdum extiterunt, & §. XVI recensentur, partim vitiosæ, partim imperfectæ sunt. §. XVIII & §. XIX codices, ad quos nova hæc editio exacta est, describuntur, & §. XX *ἡμετέριος* cycli Dionysiani pariter ac Argumentorum Paschaliū, qualia nunc in lucem prodeunt, vindicatur. In præfatione ceterorum quoque operum Dionysii Exigui, præcipue codicis canonum editio nova, multis locis auctior & correctior, promittitur.

POEMS BY THE EARL OF ROSCOMON. &c.

^{h. e.}
**POEMATA COMITIS DE ROSCOMON, QUIBUS
 accessit Testamentum de Poesi. Autore JOHANNE, Duce bo-
 die BUCKINGHAMIL, us & RICHARDI DUKE**

Poemata.

Londini, apud J. Tonson, 1717, 8 maj.

Alph. 1 plag. 13.

Opportune Comitibus de Roscomon Poematibus accessit elegantissimum Buckinghamensis Ducis Carmen de Poesi, quod illi occasionem præbuit non minus elegans totaque Britannia celebratum de Poetis transferendis Carmen conscribendi. Sed & idem Comes de Roscomon felicitis admodum versionis in Arte Poetica Horatii specimen dedit, cui & notas doctissimas adjecit, ut alias ejus versiones & poemata, quæ hic existant, taceamus. Nec minus lectu digna sunt Richardi Duke, moderni Poetæ, quæ sub finem leguntur, Carmina & versiones, quas e Horatio, Virgilio, Juvenali & Ovidio dedit.

精 (o) 味

ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsiæ
Calendis Decembris Anno MDCCXVIII.*

**Harmonie und Auslegung der heiligen vier Evan-
gelisten 2c.**

hoc est:

**HARMONIA ET EXPOSITIO QUATUOR
sacrorum Evangelistarum.** *Seve, scripta Evangelistarum
in ordinem harmonicum redacta, & secundum sensum,
quem fert litera, per singulos explicata versiculos, una cum
derivatis inde porismatibus atque annotationibus, ad pro-
movendam pietatem pertinentibus. Collecta sunt partim
ex optimis quibusque ac doctissimis, iisque non paucis,
commentatoribus, partim ex propria meditatione nata.
Accedit uberior προπαρρησις, in qua de Evangelistis, eo-
rumque concentu; nec non de annis Christi; de condi-
tione temporum ipsius; de ablato Jude sceptro, Gen. XLIX;
deque 70 hebdomadibus, Dan. IX, disquisitiones instituun-
tur; quibus subjuncta Palestine accurata delineatio;
Autore CAROLO HILDEBRANDO, libero Barone
de CANSTEIN.*

Prostat Halæ, typis & imp. Orphanotrophei Glauch. 1718, fol.
Alph. 21 pl. I Tab. æn. 1.

PAulo plenius de Commentarii hujus nobis vernaculi
scopo, ratione & usu præmissa operi præfatione edif-
ferendum nobis videtur, ut si qui Acta hæc Germanicæ
linguæ ignari legant exteri, usum & ipsi fortassis ali-
quem ex illius editione capiant, quum invenerint hic, quo
possint excitari vel ad imitandum, si res ipsorum ferant, hoc
institutum, edendo seu vernacula, seu latina lingua consimile

Xxx

quid

quid & ad eandem compositum rationem ; vel si hoc minus placeat aut integrum non sit, ad conferendum saltem ad illud suam operam, mittendo vel Halam, vel Berolinum, sumtibus perillustribus ac generosissimis Baronis de Canstein (qui id a lectoribus quorumvis ordinum honoratissimis decenter expetit) suo latino sermone, quas inter legendum invenerint forte solidas observationes sive ad Evangelistas, sive ad reliqua Novi Testamenti scripta, utpote quæ, similiter exposita, atque observationibus illustrata, si vitam & vires Deus concesserit, suo tempore, pari volumine, lucem sunt adspectura.

Ad rem ipsam vero ut aggrediamur, hæc de dicto opere ipse præfator perillustribus ejusdem Autor.

§. II.

Expendentem nimirum se, neque teutonice, neque latine, nec alia ulla, quantum constat, lingua produisse unquam commentarium in Scripturam novi Fœderis, qui cum insituto, quale animo ipse concepisset, per omnia conveniret, invocato ea de re propitioque supremo rerum humanarum arbitro, animam induxisse suscipere publicæ aliquando luci exponendum opus ejusmodi, quo & solida verborum Spiritus Sancti expositio traderetur, & suppeditarentur promanantes inde fidei morumque doctrinæ, uti & aliæ *προς εισοδομην* spectantes observationes, e scriptis virorum pie doctissimorum conquirendæ. Quandoquidem vero istiusmodi in univ.ersum Fœdus novum Commentarius, uno impetu integre edendus, visus sit temporis spatium nimis longum requisiturus ; consultum duxisse se, initium edendi epus a libris Evangelistarum historicis, quippe unam commode volumina constituentibus, divinis sub auspiciis capessere. Et hæc fere sunt primis velut sineis adambratæ causæ moventes, hæc rationes instituti. Quo autem, quæ de eo generatim sunt monita, plenius ac distinctius percipiantur, hæc porro notat.

§. III.

Quando ad Rom. XII, 7, *secundum analogiam fidei* (in Christum ejusque *λόγους*, ob quam solam, fide apprehensam, gratis justificetur ac beatus reddatur homo ; ejusdem vero vi redemptionis sanctificetur etiam ac vitæ studeat christiæ) instituentiam Apostolus doceat *prophetiam*, i. e. eo di-
rigen-

rigendam sacrarum literarum explicationem omnem, quo & ponatur & confirmetur dictum fidei & salutis fundamentum; & ad Tit. I, I eam definiat *cognitionem veritatis*, quæ sit *secundum pietatem*, h. e. talem, quæ τὴν ἐσθήθειαν & pro norma habeat ad eamque ducat, & supponat, ut necessariam subjecti, in cognitione veritatis profecturi, conditionem: utroque dicto insigniter instrui cum interpretem, quam in exponendo sequi regulam debeat, tum lectorem vel auditorem, quam ad amissum ei cum fructu sit exigenda quæcunque interpretatio. Quam ut & ipse viam insisteret, id curæ ante omnia se habuisse, scribit Vir perillustis, sensum Spiritus S. solida simplicitate ut erutum atque expressum daret. Hunc in finem singula textus verba, ad fontem Græcum examinata, evolvere se, summoque studio pensitare totius orationes filum, nexumque explicandarum cum antecedentibus & consequentibus; quippe a quo pendeat maxime ipsius sermonis interpretatio recta, & liquidior intelligentia. Deinde id operam dedisse, ut expositam veritatem firmaret, ultro velut se offerentibus atque ex ipsius textus visceribus depromptis dogmatibus non minus mysteriisque fidei, quam porismatibus, hoc est, deductis e textu doctrinis, ad mores potissimum internos, externos, sive ad officia hominis Christiani spectantibus. Quæ ut cum antecedente verborum explicatione conjunctim legantur, plane monet opus esse, si quis velit sensum expositorum verborum plene animo comprehendere. Cautum fuisse, addit, ne facile interspergerentur observationes a mente & sine divini sermonis alieniores, utut per se veræ, nec inutiles ad pietatem. Idque factum ob hanc rationem, quia, quæ sint ejusmodi, neque faciant ad dilucidandum sacri sermonis sensum, neque ita moveant ac penetrent animos, ut moveri convincique soleant illi, quando per ipsa verba textus, dextre enucleata, res in fidei morumque doctrinis contentæ, & per has vicissim illa, declarentur. Inde esse, quod exulent hinc ejus generis allegoricæ ἐξήγησεις atque observationes omnes, quæ probe exultæ, nec nisi in rei ipsius veritatem intentæ mentis examen judiciumve non sustineant, quibusque adeo cum solida simplicitate

tantum absit ut conveniat, ut potius sani ac saluberrimi verbi gustus his velut insalubribus cibis corrumpatur. Nihilominus inveniri tamen, raro licet admodum, ingenuitas etiam, quas dicunt, aliquas meditationes, sed quæ verum semper ac pium sensum fundant, conscientiamque si non magnopere ædificent, doceant tamen quodammodo atque delectent. Ex adverso effecisse præstitutum perpetuo scopum τῆς οὐδομῆς, ut nonnulla ejusdem tenoris porismata, tractato textu ita ferente, aliquoties repetita occurrant, atque ita bonum spirantes odorem & ad sanitatem profuturæ herbæ eadem iteratis vicibus porrigantur.

§. IV.

Pergit: si quidem Christianorum cultus non conveniens minus, quam necessaria, secundum Sacræ Scripturæ scita, sit vera ταπεινοφροσύνη, in ejus interprete eam multo magis requiri. Quo plus in eo sit hujus virtutis, eo majori præditam esse solere ad explicationem Scripturæ mensura ac dono Spiritus, tantoque aptiorem ad obtinendum id, quo imprimis etiam sacræ collinescent literæ, ut a congenita arrogantia dejecti homines, mentem induant vere demissam & quam modestissime de se sentientem. Ipsum enim istiusmodi habitum animi, tam belle respondentem scopo verbi divini, aliquem quasi & characterem veritatis in expositione hermenevtæ talis, & convictionis stimulum in animis lectorum relinquere consuevisse. Ad hanc vero interpretis præstantissimam indolem præcipue pertinere, ut minime suis acquiescat & quasi terminetur cogitatis, neglectis vel per nimiam sui confidentiam, e sui amore inordinato oriundam, vel per desidiam, aliorum, præsertim pie eruditorum, commentatorum laboribus; sed concessa etiam aliis a Deo dona, suo quæque æstimans pretio, in subsidium advocet, observans illud Apostoli, dicentis *spiritus prophetarum* (interpretum Scripturæ) *prophetis* (Scripturæ interpretibus aliis) *subordinari*, vel subicere sese, I Cor. XIV, 32, cogitansque, eum, qui alios audire vel legere nolit, nec dignum esse, qui audiatur legaturve ab aliis. Ea ratione permotum se, ut secum sub initium statim suscepti hujus laboris statuerit, non tam, nec primum, suam de textu aliquo sententiam aperire, quam potius

potius e scriptis pietate pariter atque eruditione clarissimorum virorum colligere, quæ ad novi Fœderis libros reddendos evolutiores apta viderentur.

Sunt autem hic in usum adhibita, quæ singulari catalogo, introductioni adnexo, suis cum autoribus ordine alphabetico nominantur, scripta sequentia: *P. Antonii*, D. & Pr. Theol. Hal. prælectiones in N. T. manuscriptæ, & dissertationes; *Becmanni* harmonia; *Bocharti* opera omnia; *Boylli* scripta; *Breithaupti*, D. & P. Theol. Hal. institutiones Theol. & conscientias; *Buddei*, D. & P. Th. Jen. Theologia mor. ac dissertationes; *Burmanni* harmonia Belgice scripta; *Bynæus* de natali I. C. it. de morte I. C. *Calovii* Biblia illustrata, & harmonia; *Calixti*, itemque *Checmisio-Lyfero-Gerhardina*, harmonia; *Clerici* Nouveau Test. h. e. Novum Testamentum, & Harmonia; *Cocceji* opera omnia; *Curcellæ* opera omnia; *Episcopii* opera omnia; scripta *Joannis d' Espagne*; *Flacii* glossa N. T. it. clavis Scr. S. A. H. *Franckii*, Pr. Th. Hal. sermones publici, majori & minori forma; *Franzius* de interpr. Sc. S. *Glassii* Philologia sacra, aliaque opuscula; *Thom. Goodwini* scripta; *Grotius* in N. T. *Gustetii* comment. Heb. linguæ; *Hammondus* in N. T. cura not. *Cler. Hedingeri* N. T. germ. cum notis; *Hilleri* onomasticon sacrum, germanice, Biblii Wirtenb. adnexum; *Homberti* parerga sacra; *D. Jageri* systema Theol. it. de Fœd. *P. Lamy* comment. in Concord. Evang. *I. Langius*, D. & P. Th. Hal. *Lightfooti* opera omnia, speciatim ejus harmonia; *Limborchii* Theol. Christ. *Lutheri* scripta; *Maji* D. & P. Th. Giesl. Oeconomia V. & N. T. ejusdem examen Hist. Crit. Rich. Simonii, harmonia, & dissertationes; *Biblia Marpurgensis*; *Michaelis*, D. & P. Th. Hal. Collegium Manusc. & Dissert. *Niphanius* in Ioannem; *Olearius* in Matth. *Poli* synopsis criticorum; *Quenstedii* syst. Theol. *P. Quesnel* Nouveau Test. avec des reflexions morales sur chaque verset, h. e. Novum Test. cum annotationibus moralibus in singulos versus; *Relandi* Falzstina; *de Rou* harmonia; *Sandbagenii* harmonia; *Sacy* in Evangelistas; *Seb. Schmidii* opera omnia; *Frid. Spanhemii*, patris, dubia evangelica; *Filii*, opera omnia; *D. P. I. Speneri* omnia; *Surenhusen* de locis ex V. in N. T. allegatis;

tis; *Telmanni* commentarius crit. & Theologicus; *Theſaurus philologicus*; *Toinardi* evangelica harmonia Græco-Latina; *Tofſani* Biblia; *Vitringæ* comen. in Apoc. obſervationes ſacræ, de Synag. vet. it. Expoſitio parab. evangelicarum (belgica); *du Vivier* harmonia; *Ufferii* harmonia; *Werensfelſii* ſylloge diſſert. SS. *Witſius* in ſymb. Apoſt. ejuſd. miſcellanea, *Ægyptiaca*, æconomia, meletemata.

Collectionem ex his factam in hunc modum eſſe commemorat Perill. Autor, ut ſcriptorum, quos modo recenſuimus plurimos, eodemque præcipuos (quum omnes ſolus legere per alia impedimenta non potuerit) ipſe pervolutaverit; reliquos demandaverit conſulendos iis, quos eam in rem adminiſtros & *συμβουλῆς* ſibi elegerit. Ex illis vero ea duntaxat, quorum veritas utilitasque ipſius iudicio ſe probarit, neque adeo, niſi inſtituto prius examine, ſelectuque habito, in chartam fuiſſe coniecta. In eo diſſerre etiam opus hoc a *Poli*, celeberrimi Angli, *Synopſi Criticorum*. Quum enim ille, labore ſua laude minime defraudando, tot interpretum ſententias ipſorumque verbis ſiſtat, lectorique de iis relinquat & iudicium & optionem; hic e diverſo occupatum atque præreptum legentibus eſſe iſthoc conferendi aliam eum alia ſententiam trutinandique ſtudium, ſubjectis ipſorum cenſuræ non niſi iis, quæ Autori ſint antea operoſius explorata, & reliquis præſtare viſa: niſi forte pro re nata, aliorum opinionibus plane diſpl. centibus, ſuam ipſe tantum proferat ſententiam. Deinde in eo diſcrepare inſtitutum utrumque, quod *Polus* doctis ſcribat, qui valeant ita nude propoſitas in medium complures opinionones erudita diſquiſitione dijudicare; quum hic e contrario labor iis ſit potiſſimum deſtinatus, quos deſicit illa perquirendi diſcernendique facultas. Tum eo maxime comparatum eſſe opus hoc harmonico-exegeticum, ut, præter textus declarationem, praxis rei Chriſtiane pietatisque ſtudium hoc qualicumque adminiculo aliquid capiat incrementi, atque in melius provehatur: ad quem obtinendum finem neque directam primario, neque admodum idoneam cenſet Vir Perill. methodum *Poli*: cujus tamen vel laudi vel uſui hoc dicto nihil quicquam vult derogatum.

tum. Accedere & hanc discriminis rationem, quod hoc in opere non aliorum tantum opiniones, ut in Poli illo; sed plurima etiam, sive ad *ἐκθεσιν*, sive ad *πορισματα*, sive ad *ἀξιωματικὰ* pertineant, non aliunde hausta, sed ex suo Auctoris ingenio studioque perfecta, reperiantur. Denique monetur, scriptorum hic in consilium vocatorum nomina non, ut in laudata synopsis factum, singulis locis, ubi eorum verba sint usurpata, in margine apponi, sed generatim in peculiari catalogo recenseri. Eam rem hunc & scopum habere, & prestare usum posse, ut extra praejudicium & affectum studiumque partium de rebus propositis iudicetur, neque inusitatum quid aut non satis perspectum, ob nomen exosi Auctoris, habeatur pro rejectaneo; simul etiam, ut hac ratione tanto magis prohibeatur, ne istiusmodi collectaneorum genere, per se utilissimo, ad ipsorum, e quibus excerpta sunt, librorum neglectum lectores abutantur, autumantes, succum jam & nucleum illorum omnium in uno nunc volumine haberi conclusum. Fraudis itaque plagiarum culpam hic nullam esse.

Post hæc de genuina *ἐξηγησεως* ratione pluribus agit. In primariis boni interpretis proprietatibus censet eam mentis ac studii destinationem, ut in proprium verborum sensum inquireat, eumque ubi invenisse sibi videatur, sincere quantaque possit perspicuitate aliis etiam ante oculos ponat. Idcirco non tantum abstinendum ei esse a falsis interpretationibus, sed id agendum etiam quam maxime, ut sensum in verbis quibusvis, a Spiritu S. proprie intentum, quam possit, plenissime assequatur: quo rectissima via ducat antecedentium & insequentium consideratio. Hinc fieri, ut locis Scripturæ, in quibus fundata evangelicarum veritatum præcipua, diutius immoretur; quia id ipsum ad exhaustiendam, quantum quidem per humanam imperfectionem licet, mentem Sp. S. promovendamque *κινησὶν* plane visum sit necessarium; in aliis contra locis, quibus non contineri res ad modo dictum finem tantæ necessitatis, tantive momenti, existimaverit, prono quippe alveo fluentes, eo sit brevior. Quum vero in eo etiam, & gravius quidem quam ubi debita inquirendi in genuinum Sp. S. sensum diligentia desideratur,

§. V;

ratur, possit ac solet peccari, quando quis, humanæ plane immemor imbecillitatis, in locis quantum vis obscuris, temere quidquam definiat, ad evitandum & hunc scopulum, in definiendis Scripturæ sensibus caute admodum se egisse, sæpe contentum protulisse quod censuerit interpretamentis reliquis verifimilius, textuique magis consentaneum, quippe qui satius ac sibi convenientius reputaverit, suam profiteri incertam in obscurioribus, ad fidem & salutem haud prorsus necessariis (quæ enim ejus sint generis, perspicue satis revelata haberi) si vel maxime incurreret hac ipsa confessionis ingenuitate notam interpretis minus idonei; quam mere probabilia pro certis atque apodicticis venditare. Ea re id caveri commode, ut ne omnem ulteriorem indagacionem, rebus ita usquequaque fixis ac determinatis, supervacaneam ducent, in errorum discrimen conjiciatur, nihil tale metuens lector.

§. VI.

Hæc vero quamvis ita sint, asseverat tamen firmissime fidemque facit Perill. Commentator, tantum abesse per Dei gratiam, ut habeat explicationem ullam volumen hoc, quæ revelatæ a Deo salutiferæ veritati, vel etiam haustæ ex isto fonte doctrinæ evangelico-Lutheranæ, uti eam proponunt libri ecclesiæ nostræ symbolici, adversetur, eamve ullo modo lædat, ut potius hoc ipso labore illa & illustretur magis, & adversus dissentientium objectiones, re ita exigente, asseratur. Enimvero propositum sibi non fuisse, colligere a verbo divino arguta glossæmata, vel acutas argumentationes, quibus, quæ agitantur in orbe Christiano, controversiæ alerentur; sed ea spectare potius, quæ sint idonea ad augendam sacræ Scripturæ, fideique Christianæ, nec non divinæ, quæ ex ea undique elucet, majestatis venerationem: atque ita Scripturam adire se non ut armamentarium, unde petat, quibus defendat hos, illos impugnet, arma; sed tanquam templum splendidissimum, in quo lumina cum voluptate circumferens oculos, admirabilem contempletur ædificii structuram, *συνμετρεῖται*, præstantiam; atque ea conquirere, quæ ad reddendam luculentiorum multiplicem Dei in sacris literis sapientiam aliquid momenti habeant. Quem in sensum alicubi loquitur in Tr. de stylo Sc.S. celeberrimus

mus Boylius. Quum igitur ad imprimendam & sibi & aliis animi indolem ac destinationem tam præclaram crediderit inter alia pertinere, ne dissentientes, in primis ii, quos ob meliorem mentem lucrandi spes superest, onerentur appellationibus, quas minus æquo animo ferunt; abstinuisse se etiam a nominum expressione. Cujus rei eam quoque causam affert, quod noluerit pro christico haberi aut in numerum polemicorum referri scriptum, alio longe directum. Deinde, quod persuasus sit, demonstratam dextere dictis Scripturæ classicis veram thesin tam firmo collocari fundamento, ut periculum non sit, ne objectionibus adversantium non nominatorum, quantumlibet speciosis, illa labefactetur. Denique, quod controversiarum vel mediocri instructos scientia, quibus singula sint opposita, facili conjectura assecuturos confidat. Exeipiendos hic equidem, subjicit, sedis Romanæ affectas, quippe quos aliquoties nominaverit, eo consilio, ut adversus eorum errores nocentissimos, quotquot sunt veræ fidei alumni, eo præmuniantur magis, quo certius persuasum ex verbo divino habet Vir perillustis, majorem brevi in universam ecclesiam sic dictorum Protestantium Papatui datum iri, justo Dei iudicio, potestatem. Fieri tamen quam modestissime ac sine felle isthanc nominationem; quamobrem, si qui eorum ad legendum hoc operis animum forte appellant, his quidem ea re minime præcludatur aditus ad veritatis cognitionem: quam si in questionibus controversis non omnino admittant, iis tamen, quæ viderint recta tendere ad rem pietatis, ad sui forte convictionem, salutariter usuros esse.

Quum igitur, uti dictum est, ἀναλογίαν fidei, alte infixam animo, pro norma habere se summaque cura servare in omni exegefi testetur Perill. Autor, fieri non posse, subjungit, quin eam observaverit etiam in expositione quorundam dictorum Christi, quæ habeat pro vaticiniis de futuro aliquando meliori regni gratiæ in his terris statu; concinentibus eam in rem etiam Prophetis & Apostolis. Mentem sibi de his aliam non esse, quam, quod suo tempore majorem ecclesie suæ gloriam, & internam & externam, concessurus sit Deus, ita tamen, ut

eo ipso minime exuat indolem illa spiritualem, quamvis hostes ejus, amissa, qua illam antea presserant, vi ac potestate, sint ad illius pedes quodammodo prosternendi. Id quod credit factum iri præcipue in casu interituque antichristianismi Romani novissimo; in universali gentis Judaicæ ad Christum conversione; in uberiori denique largitione donorum spiritualium. Quæ Dei *μεγαλεία* non possint non, etiam qua externa, in meliorem transferre conditionem afflictam ante ecclesiam. Hac in his se progredi tenus, non ultra. Non afferre, vel per conjecturam, nedum definire se de his specialiores, utpote non revelatas, vel modi, vel temporis circumstantias. Ex re ipsa vero usum perhibet hunc posse redundare, ut & fidem in Jesum ejusque dicta, digno ipsorum majestate sensu exposita, reddat firmiorem hypothesis hæc, quæ sit verbo suffulta fallere nescio; & præclarum folamen præsidiumque præstet adversus tempora, quæ præcedant ac immineant, calamitosissima, spes meliorum istis certissime successorum. Ceterum patere satis, quam longe absit hæc verbi divini veritas a repudiato in Aug. Confess. chiliafmo Judaico, immo & ab omnibus ea de re opinionibus recentioribus, quæ justo curiosius rimando definiendoque temere hæc, illa, specialiora, verbi revelati limites migrent. Præterea veritates has neque primum neque solum pervestigasse se, sed habere tam veterum, quam recentiorum ecclesiæ doctorum ingentem numerum & prævium in his & comitem; hoc solum discrimine, quod alii aliam earum partem magis introspexerint; crescente in talibus etiam cum temporum incremento luce cognitionis, Dan. XII, 4. Et esse præterea, dicente ex vero Boylio, in sacris literis mysteria, quæ non nisi per ignem, cælum terramque consumaturum, sint declaranda. Si vero aliquid plane novi de his conjectando forte protulerit, fecisse se tamen id modeste ac moderate, submissis plane judicio atque examini aliorum cogitationibus propriis: &, qui commissus fortasse in talibus videri queat, detegit facile existimat, una cum causis ac fontibus, errorem, quia sine verborum involucris omnia proponantur; & saluti insuper non

non officere, quum fidem divinam sive objective, sive subjective spectatam, non tangat.

Quod attinet ad ordinem harmonicum, in quem redactæ hic reperiantur Evangelistarum de rebus gestis Christi enarrationes; ex omnibus componendi illas atque ordinandi generibus, perquam diversis, non esse sibi visum affirmat melius ullum aut solidius, quam id, quo relinquuntur illæ in suo ordine nativo: quippe qui nec habeat, quod ipsi magnopere opponi possit, & reliquis facilius demonstretur.

§. VIII.

De Prolegomenis autem, operi post præfationem præmissis, ut pauca adjiciamus, tractat ibi Perill. Autor capitibus septendecim diversa themata atque argumenta, in titulo operis strictim indicata, quorum notitiam aliquam & proficuum duxit, & necessariam quodammodo ad penitioem novi fœderis & evangelicæ in primis historię intelligentiam, uti & speciatim ad confirmandam, facta collatione præcipuarum quarundam prædictionum V. T. cum eventibus in historia evangelica enarratis, fidem in Jesum nostrum, tanquam verum Messiam ac Salvatorem humani generis: quippe qui scopus sit, ad quem colliment ad unum omnes Evangelistæ. Prolegomena excipit Palæstinæ quædam accurata delineatio, composita maxime ad mentem Cl. Hadr. Relandi, celeberrimi quondam Professoris Batavi, in *Palæstina*, quam edidit, *ex monumentis veterum illustrata*: ita tamen, ut addita sint ex fide dignis Geographis aliis reliqua etiam loca, Relando consulto omissa, Evangelistis vero & Apostolis memorata; cum aliqua tribuum Hebrææ gentis, quoad illa fieri potuit, descriptione.

Verum ad opus ipsum ut redeamus, redditum in eo verbotenus germanice Græcum textum commemorat, ubicunque vel minimum recedere ab illo Lutheri versio videatur. Parallelismus quoque, quem vocant, realis, quia non indiligenter adhibitus fuerit, qui vero ex ipso textu authentico, quam ex versione quantumvis felici, melius cognoscatur; ipsum textum originale impigre consulendum monet, e quo perspecturus facile lector sit, nihil esse hic temere allegatum, quod non vel probe vel illustret sive explicationem datam, sive derivata inde porismata.

Yy 2

His

§. IX.

His ita dissertatis, subjungit Vir Perillustres, quibus & scriptum sit opus hoc, & usui maxime futurum videatur. Eruditis primario destinatum negat. Eruditionis enim apparatus huc congerere animum non fuisse. Adhuc dictare conscientiam, res non nisi πολυμάθεων sapientes, ad juvandam vero rem Christianam parum accommodatas, aut utiles quidem ac pias, sed erudita & minus plana ratione propositas, exiguum usum habere, saltem non tantum, quantum ex iis proveniat, quæ solida simplicitate doceantur. Præterea argumentorum, quæ secundum sanam rationem, & probe ex cultum judicium vere mereantur dici erudita, numerum adeo magnum in scriptis eruditorum non esse. Quæ vero talia vere sint in cællatis autoribus, omissa hic non fuisse; at simpliciori modo proponi. Si qui igitur sint ex eruditis, qui nuda veritate, dicto modo proposita, oblectentur, hos non inutile forte sibi deprehensuros opus hoc, considerantes præsertim, Scripturam ex se suaque luce rectissime & intelligi & declarari.

Qui munere funguntur ecclesiastico, docendique spem vel habent, vel ei se accingunt, his & dicatum proficitur, & inserviturum maxime sperat laborem hunc, utpote quo insistantur & manu quasi ducantur ad capiendam æque ac exponendam e scopo primario, notione vocum, & aliis, quæ textum circumstant, sermonum Christi & spiritus ejus mentem. Cognituros hinc, fundamentum *equivocum* non recte solum, sed & apte ad pascendas animas, non esse copiosum piarum meditationum affluxum, sed sensus verbi divini, a sanctissimo ejus Autore proprie intente, representationem talem, quæ de sui veritate conscientiam vel auditoris, vel lectoris efficaciter convincat. Habituros, cur Dei & sapientiam & fidelitatem celebrent, ubi ex hac quoque commentationum sylloge sint agniture, eum piis præsertim doctoribus tantam Divinæ lucis vim, sua cuique mensura, impertitum in iis, quæ scripserant, esse, qua & ipsi, quibus ea legere contingit, multiplices cum fructu uti possint; quo fuissent, pro suo charismatum modulo, longe minori, istis deficientibus, carituri. Apertum ipsis iri in porismatibus atque annotationibus, expositioni subjectis, fontes veluti

quos-

quosdam, e quibus affatim haurire, junctis precibus & meditatione, queant, quæ suis auditoribus, uberiori cum deductione, quam utilissime propinent atque instillent. Et iis maxime, qui in pagis degunt, verbi ministris, aliisque, quorum res attenuatæ instructiorem librorum supellectilem non ferunt, commodum hoc subsidio subveniri, ubi in uno inveniunt excerptum e multis, iisque vastis, voluminibus aliquem nucleum. Denique & aliis, qui literarum studiis non incumbunt, cujuscunque sint sortis aut ordinis, ut usum inde ad salutarem verbi, quod cujusvis est legere, intelligentiam & ipsi capiant, hanc consecratam operam docit, monens de cetero, generales etiam sanæ interpretationis regulas, quæ paucis absolvantur, sedulo annotatas esse iis locis, ubi earum cum veritas, tum necessitas, ex ipso usu & applicatione protinus dispalescat: utpote quem optimum tutissimumque credit addiscendæ sacræ *ἐκρηγιστως* modum. Qua occasione in *Præf. §. 9* per digressionem dissertatur de duobus aberrandi a recta via in interpretando modis, quorum alter in justo arctiore sensus restrictione, alter in dilatione ejus nimia ponitur; deque sensu mystico, de pluribus item unius loci, qui ex *Clariss. Vitringæ* sententia simul potuerint intendi, sensibus & grammaticis & mysticis, certo in tertio conspirantibus, sibi que invicem subordinatis, uti & de aliis eo pertinentibus momentis, quæ hic referre nimis longum foret, & ultra modum, huic recensionem ponendum.

Studium Novi Test. exegeticum in genere & universe, ut aliquid ex hoc labore acciperet adjumenti, inter alia præcipue se curasse, pergit *Perill. Autor*. Hinc eam iniisse & in exponendo, & in conscribendis porismatibus, viam, ut non continua serie, sed per aphorismos & intervalla sermonem tæxeret, quippe quam commodissimam ducat, ut eruditionem omnem ita sacram cumprimis atque exegeticam juvandi, rationem. Quod suo jam tempore observasse quoque memoratur *cit. Proem. §. 10* *Vernlamius de Augm. scient.* docens, eruditionis incrementa hand parum impediri præmatura concinnatione systematica; promoveri contra, procurato ante omnia apparatu aliquo lectissimarum observationum, a viris omnium tem-

§. X.

porum & locorum perspicacissimis veræque sapientiæ aman-
tissimis suggestarum, iisque aphoristice coniectis in chartam;
atque ita comportata prius materie, quam ad ipsius ædificii ex-
structionem progressus fiat. Præterea & hoc innuit proveni-
re ex methodo isthac emolumentum, quum e tot commentatorum
diversarum partium collatione patefcat, interpretationum non-
nullas si non ab omnibus, a plurimis tamen, unanimi sententia
adoptari probarique; quod tanto hinc evadat firmiter talium
certitudo, atque dum inventis jam ac notis uti licet, etiam non-
dum cognita, illorum ope, indagari & in aprico poni eo facilius
felicisque possint. Adhæc collectas in ejusmodi commenta-
rio ad Sacram Scripturam tot utilissimas observationes, dum sic
legantur a pluribus, uberiores atque universaliorem fructum
ferre, quam ubi variis locis dispersæ nonnisi doctis ac doctoribus
usui sint. Aphoristicam autem earum dispositionem eo etiam
inservire, ut & emendari facilius, quæ videri queant correctio-
nis indiga, & augeri compluribus aliis allatæ observationes, ci-
tra contextus interruptionem, possint. Quid? quod expedi-
torem hac methodo reddi prodat rerum pariter atque argu-
mentorum, quæ proferuntur, cognitionem, objecto lectoribus,
uno velut obtutu, & initio & fine integræ alicujus thesæ, ad
penitorem tractatæ rei intellectum eos per se intromittentis:
connexionis enim cujusdam realis, qua consequens ab antecede-
nte materia suffulciretur, nunquam non fuisse habitam ra-
tionem.

§. XII.

Objectionem, quæ officere forte possit hujus operis usui,
de styli inæqualitate, his fere solvit rationibus. 1) Condo-
nandam illam esse collectioni rerum diversarum, e tot ac tam
diversis scriptoribus factæ. 2) Quando res placuerint, verba
etiam autorum retineri, quam transfundi in aliam formam,
rectius visum esse, quo, unde desumpta sint singula, lectori fa-
cilius innotescat. 3) Optat Vir Perill. eam quibusvis lectori-
bus mentem, ut, præsertim spiritualia contemplaturi, avocent
animum a consideratione modi proponendi, aliorumque exter-
norum; atque ad ipsam rem intendant, e propria illius eviden-
tia percipiendam, divinamque verbi Θεογνωστῆς simplicitatem
simplici-

simplici mente venerabundi scrutentur, nec suspiciant, in hoc etiam commentario, nisi veritatem rerum, ac divinorum, quæ in eo contineantur, argumentorum sublimitatem. Quo facto minime veretur, ne ob repertum forte styli terfioris ac æquabilioris defectum (quanquam, si verbis audacia detur, plurius in hoc genere dixerit ad opiniones recidere) ipsum opus rejiciatur. Adjicit, verbis hominum plerumque deesse aliquid; unde qui ad certam ac plenam rerum, verbis expressarum, adspiret intelligentiam, eum ponderandis rebus ipsis maximam, ne dicam omnem, impendere curam operamque debere.

Cetera quorum in Præf. meminit vir Perill. de mente ac indole, quæ requiratur ad fructuosam hujus libri lectionem, § XI. nec non de se ipso & rebus suis §. XIII & quæ sunt reliqua; quia ad memoratum in ipso statim limine hujus epitomæ scopum nihil attinere certum est, hic studio præterimus, coronidis loco addentes, raperi hoc in commentario passim uberius dissectatas diversi generis quæstiones, pertinentes partim ad *Philologiam sacram*; qualis est illa de *pleonasmis* ad Luc. XVI, 19, Part. V c. 36 p. 472 seq. Quo etiam referri possunt variarum vocum cum Hebraicarum, tum Græcarum, explicationes, criticæque circa eas observationes; (vide de voce $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\varsigma$, ad Matth. XIII, 29, Part. IV p. 539 $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\varsigma$, p. 541 $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\varsigma$, *Θησαυρός*, ibid. p. 549 &c.) partim ad *historiam eccles.* e. gr. ad Matth. XIII Part. IV p. 521, 537, 532. - 536, 544-548, 552, 553, 554, (ubi singularia de Waldensibus) it. p. 558 &c. partim ad *Theologiam polemicam*, e. c. ad Joh. I, 1. &c. Part. I p. 6, 7, 8, ad Matth. XVI, 18, Part. V c. 8, p. 657, 658, ad Matth. XXVI, 26, Part. VI Cap. 2 Sect. 3 p. 279-282 &c. Speciatim ad locum *Theologiæ dogmaticæ*, qui est de *ecclesia & statibus hierarchicis*, insigniter illustrandum spectat illa de *excommunicatione ecclesiastica*, ad Matth. XVIII, 17 (Part. V c. 14. p. 707 - 721) fuse lateque tractata materia.

Atque hæc hæc hactenus iisdem plane verbis, quibus concepta ad nos transmisit ipse Perillustris Autor, cum benevolæ Lectore communicanda duximus.

D. 30.

D. JOACHIMI LANGII, S. THEOLOG. IN
*Academ. Frid. Prof. Ord. Commentatio Historico-Her-
 meneutica de vita & epistolis Apostoli Pauli, ita adorna-
 ta, ut isagogen generalem & specialem historico-exegeti-
 cam præbeat in Acta Apostolorum & Pauli Epi-
 stolas, nec non in ipsam Hermeneusi-
 cam sacram.*

Halæ Magd. impensis Jo. Frid. Zeitleri, 1718, 4.

Alph. 3 pl. 5.

Commentarium Exegeticum in epistolas Pauli pastorales ad *Timotheum & Titum* scriptas emittere summe Reverendo atque Clarissimo Autori cum constitutum esset, idemque ejus laboris felix auspiciam & qualemcunque progressum fecisset, quod historicam vitæ Pauli notitiam, per diversas periodos suas curate deductam, in lectione & explicatione epistolarum ejus maxime necessariam deprehenderet, exegetin illam tantisper seponere non incongruum duxit, dum, exposita vitæ Pauli historia, & introductione generali in omnes ac singulas ejus epistolas pertexta, viam sibi ad illas commentationes expeditiorem parasset. Hac mente eam, quæ in hoc libro exhibetur, *Commentationem Historico-Hermeneuticam de vita & epistolis Apostoli Pauli* ita adornavit, ut Isagogen generalem & specialem in omnes & singulas Pauli literas, quas Deo vitam prorogante coeptisque annuente scriptis exegeticis eadem methodo, qua in Epistolis Petri & Johannis dilucidandis usus est, illustrare decrevit, Historico-Exegeticam præberet. In ipsa tractatione hujus libri brevitatis ubique rationem habet; abesse jussit iis omnibus, quæ aut supervacua Criticæ curiositas aut ostentatio literaria suppeditare solet. Nihilo tamen fecius, cum epistolarum loca quam plurima essent conferenda, & e momentorum historicorum notatione discutienda, adeoque universa Lucæ Acta inde a capite eorundem octavo explicarentur; in arctiores hæc amplissima materia limites compelli non potuit. Facem instituto suo, quantum ad vitam Apostoli, præferentes, ex veteribus quidem nullos, inter recentiores

tiores autem, *Georgium Majorem, Lambertum Danzani, Casparum Hermannum Sandbagenium & Hermannum Witsum* habuit. E quorum tamen prioribus, quod in suam rem converteret, vix invenit. *Sandbagenii* brevissimam in Pauli vitam isagogam in ordinandis ejus periodis ita quidem secutus est, ut nonnunquam deferret, imo modeste emendaret; ubi a filo historico recedere videbatur. *Witsii* Meletemata Leidensia propter ordinem luculentum & aliquam instituti similitudinem in multis Clariss. Autori usui fuere; nec male sibi consulent, qui præclarum celeberrimi viri laborem cum isthoc conjuxerint; quamvis in necessariis interdum deficiat, in minus necessariis copiosus admodum sit, & in vinculis Pauli prioribus desinat; reliquis, quæ ex epistolis Pauli repetenda erant, omissis. *Pearsonius & Usserius*, Duumviri de Chronologia, imprimis sacra, meritissimi, quoad hanc partem itineris duces fuerunt. In historicis epistolarum momentis investigantur circumstantiæ loci & temporis, nec non occasionis variæ ad scribendum datæ, subjuncto cujusvis epistolæ scopo & argumento; ubi quidem recensentur præcipue materiaram sedes, indicantur loca ἐμφατικώτερα, nec non difficiliora, ut, ad quæ in lectione maxime sit attendendum, lectores intelligant, seorsim notantur illa loca, quæ ad Judæos ad Christum conversos speciatim referenda sunt, atque his tandem subjungitur scilicet graphia singularum epistolarum analytica, in orthotomia earum logico-hermenevtica occupata, qualem Clariss. Autor sibi ipsi in ætate Academica confecerat, non capitum ordini, qui sæpe coherentes materias discerpit, sed ipsis materiis accommodatam, quam in præsentem ita recognovit, ut formam plane novam induerit. Epistolis Pauli hac methodo illustratis adjicitur isagoge in epistolas reliquas Novi Testamenti, & in Petrinas quidem & Johanneas ea, quæ jam tum in commentario suo a Clariss. Autore data est, hucque relata in gratiam eorum qui volumine isto destituuntur, aut completum analysim corpus amant. Istam excipit Hermenevtica sacra axiomatica post duos aphorismos generales viginti quatuor aphorismis seu axiomatis specialibus constans, quorum dodecas prior agit

de sensu literali eruendo, posterior de investiganda sensus literalis emphasi. Singuli aphorismi illustrantur exemplis aliquot Paulinis, ita ut videatur quædam quasi Paulina Hermeneutica conscribi. Hinc adjecta appendicula præcipuos sermonis Paulini characteres evoluit.

In duas ergo partes integrum opus disposuitur, quarum priori historia Apostoli prolixè explicatur, ea quidem methodo, ut Sectione prima de vita & rebus Pauli a juventute usque ad legationem ejus Antiochenam ad gentes, secunda de rebus Pauli a legatione ad gentes Antiochena usque ad vincula Hierosolymitana & Cæsarensia, tertia de rebus Pauli posterioribus a vinculis Cæsarensibus usque ad ejus mortem exponatur. In quibus ubivis fere notatu dignissimæ observationes occurrunt; unde speciminis loco ex Sect. III Cap. IV §. XI illam de *Φαιλόνη* Pauli in Mysiæ urbe maritima Troade relicta, ipso 2 Tim. IV, 13 referente, huc transtulisse sufficiat. Nimirum *Φαιλόνη* istam non voce *panula* aut *pallium*, sed *scrinium* seu *theca* reddendam demonstrare aggreditur (1) ex *autoritate Lexicographorum & Criticorum Græcorum Hefychii & Suida*. *Hefychium* enim *Φαιλόνη* vocare *εἰλητόν* seu *εἰλητόριον* involucrium h. e. *thecam convolvibilem*, ἢ *γλωσσόκομον* aut *marfupium* seu *manticam*. Idem fere apprehendi in *Suida* nec non in *Etymologico Magno*. Addere quidem hos autores etiam notionem tunicæ seu *χιτωνίς* tuniculæ, non tamen negare, notionem involucri esse primariam; (2) ex *autoritate Syri interpretis*, qui *Φαιλόνη* reddiderit per *ܕܡܝܢܐ ܕܟܬܘܒܐ* *domum scriptorum* h. e. pro idiotismo Orientali per *thecam libros continentem*; (3) *Autoritate Patrum Græcorum Chrysofolmi & Oecumenii*, qui in hoc loco nequaquam dissimulent, *Φαιλόνη* a nonnullis intelligi de *loculis libros continentibus*, quibus *Hieronymus & Thomas de Aquino* subjiciuntur; (4) *Autoritate quorundam recentioribus, Olandri, Weinrichii, Masti, Hammondii, Calvinii, Estii, Baronii*. (5) *Ex concinnitate sensus*. Paulum enim Troade forsitan iter fecisse pedibus ingredientem per aliquem terrarum tractum, quemadmodum jam antea fuerat solitus Act. XX, 13. Quare *thecam librariam* aliquot volumi-

nibus

ibus & scriptis membranaceis onustam & portationi haud idoneam Troade reliquisse; aut si navigio inde abierit, relinquendi consilium caritatem in studio inserviendi subministrasse, (6) *ex difficultate sensus*, si pœnulam hic supponas, (7) *ex ipsa descriptione vocis Φαίδωνς*.

Partem posteriorem *Pauli epistola* ejusque Sectionem primam *circumstantia seu momenta epistolarum historica ac hermeneutica* eo ordine occupant, ut Cap. I isagoge in priores ante vincula Romana scriptas, Cap. II in medias in captivitate priori & proxime post eam in Italia scriptas, Cap. III in ultimas post priora vincula extra & intra Italiam scriptas exhibeatur. Cui accedit *appendix* de epistolis Petri, Jacobi, Judæ & Johannis. Sectio secunda *isagogen* continet *hermeneuticam*, cui subjuncta est *appendix de characteribus sermonis Paulini, & analysis Evangelistarum Matthæi & Johannis* nec non *Actor. Apost.* Ceterum pleræque epistolarum ita excutiantur, ut (1) de ecclesia aut persona, ad quam datæ sunt, (2) de loco scriptio- nis, (3) de tempore, (4) de occasione, (5) de scopo & argumento, (6) de sedibus materiæ præcipuis, (7) de locis emphaticis, (8) de locis difficilioribus, (9) de locis ad Judæos conversos pertinentibus deque rebus Judaicis agentibus, (10) de partitione & analysi tractetur. *Isagoges Hermeneutica* aphorismus generalis primus boni interpretis habilitatem sistit, qui vere regeneratus sit oportet, & instructus necessariis subsidiis Philologiæ, nec non Historiæ ac Geographiæ sacræ seu bibliæ, imprimis vero archæologiæ ac typologiæ. Aphorismus generalis secundus circa practicum boni interpretis officium versatur, cujus est, præter diligentem axiomatum hermeneuticorum applicationem debita cum fidelitate versari in applicatione cujusvis textus practica; qualem partim scriptoris sacri affectus, partim ipsa substrata materia requirit. In prioris tamen aphorismi explicatione non negatur, etiam impium, seu citra statum gratiæ positum, interpretem per notitiam literalem multa assequi de rebus divinis seu earum cortice literali, maxime si ampliori subsidiarum apparatu sit instructus; ideoque eundem permulta, quæ vera & præclara sunt,

interpretando in medium proferre posse. Aphorismus sectandus specialis scopi scriptoris diligentem meditationem commendat, utpote qua multis occurratur difficultatibus, quæ sine ea lectores & interpretes torquent, patefacta ad falsam interpretationem via, pro qua scopus veram ostendit; v. g. Rom. IX scopus Apostoli est, (1) agere de impedimentis justificationis, quæ Judæis obstiterint, quo minus Christianam religionem amplecterentur; uti erat præposterum & plane mercenarium justitiæ Regalis seu propriæ studium conjunctum cum *ἀντιθετικῆς* adversus evangelium: (2) simul docere, Deum a liberrimo suo & firmissimo proposito homines non ex meritis sed e sola gratia salvandi nequaquam dinoveri. Hic scopus Pauli genuinus, qui vel e sola analysi abunde cognoscitur, recte consideratus non permittit, ut nonnulla hujus capituli loca de absoluto electionis & reprobationis decreto accipiamus. Decretum enim Dei liberum ex gratia, & non, uti Judæi volebant, ex meritis salvandi permultum differt a decreto absoluto.

In appendice hujus Sectionis, characteres sermonis Paulini præcipuos enucleante, primo loco referrur usus nominum Salvatoris nostri frequentissimus; quippe cum vocabulum *Jesus* ducenties & decies septies, nomen *Christi* quadringenties decies novies, vox *κύριος* trecenties circiter in epistolis Pauli legatur. Aphorismo III formulæ *ἐν κυρίῳ*, *ἐν χριστῷ*, Aphorismo IV verba composita, conformitatem Christianorum cum Christo capite declarantia, Aphor. V imagines eandem conformitatem adumbrantes, Aphor. VI conjunctio utriusque beneficii, quo fideles in unione ac communionem cum Christo perfruuntur, nimirum justificationis & sanctificationis, Aphor. VII affectus amoris tenerrimus, VIII cura Ecclesiarum, IX emphatica vocum congeries, X zelus anti-judaicus, XI idiotismi quidam, ac denique XII modus scribendi parenthesis, partim ab affectu, partim a rei substratæ plenitudine subministratus, in characterum istorum loco reponuntur. Agmen claudit *Analysis Evangelistarum Matthæi & Johannis* nec non *Actor. Apostol. Marci* vero & *Luca* sciagraphia ideo omissa est, quoniam nimia analyseos multitudine, memoria fa-

ria facilius obruitur quam juvatur; & hi insuper ad *Matthæum & Johannem*, quorum tractatio maxime discrepat, nullo negotio referri queunt.

ARCHIBALDI PITCARNII, SCOTO-BRITANNI, Elementa Medicinæ Physico-Mathematica, libris duobus, quorum prior Theoriam, posterior praxin exhibet, in Medicinæ studiosorum gratiam delineata.

Londini, impensis Gulielmi Innys, 1717, 8.

Plag. 21 $\frac{1}{2}$.

HÆc Medicinæ elementa Autoris celebritas commendat & speciosus titulus præclara ac singularia promittit. Videamus, quomodo Autor propositum exequatur.

Orditur theoriam ab elementis, per quæ principia quædam physica generalia intelligit, in usum subsequenter præmissa, veluti quod omne corpus sit divisibile, quod omnia corpora sint gravia; quod sub eadem mole non æque gravitantia non comprehendant æqualem partium materiæ æqualium numerum; quod hinc *Cartesii* materia subtilis sit nulla; quod detur vacuum. Medicarum lectionum auditores non tam Philosophos (quales nunc eo nomine vulgo gaudent) quam Mathematicos dari exoptat. *Medicinam* definit per *Artem* faciendi vitam indefinite longam, seu morbi expertem aut, si mavis, sanissimam. Sanitatis mensuram constituit indolentiam corporis: corporis partes in continentes & contentas, id est, canales & liquores dividit. Temperamenta a diversitate canalium & liquorum deducit, atque ideo temperamentum cujusque hominis vocat mutationem earum in canalibus & sanguine conditionum, quæ ad ducendam vitam omni dolore privatam requiruntur: unde infert, temperamentum esse morbum nascentem. Temperamenta liquorum tantum tria admittit, biliosum scilicet, melancholicum & pituitosum: sanguineum rejicit, quod idem sit cum plethora. *Definit temperamentsum partium fluidarum* per illam sanguinis fluxilitatem, quæ permittit, ut partes

C. I.

2.

3.

ab eo secretendæ per datum circulationis impetum possint fecerni una facilius quam aliz. Hinc in *bilioſo* majorem rationem habere secretionem bilis ad ceteras secretiones, quam in aliis ejusdem climatis subjectis; in *melancholico* majorem esse proportionem secretionis per renes & vascula sudorifera, in *pituitoso* salivæ. Expendit deinde doctrinas veterum de temperamentis diversarum ætatum: ubi inter alia affirmat, feminas esse viris calidiores & humidiores, quia plus sanguinis continent. Explicat deinde, quid Medici debuerant designare per calidum innatum, humidum radicale & fermentationem. *Humidum* nempe *radicale* sanguis est; *calidum innatum* sanguis circulans seu ipsa vita animalis. Caliditatem in corpore animali ad mensuram revocare studet per duas hæc propositiones, 1 quod in iisdem a corde vicinis sanguinum mole æqualium calores sint velocitatibus proportionales, 2 quod sanguinum iisdem velocitatibus motorum calores sint proportionales vicinis a corde. Hinc calorem sanguinis spectat tanquam rectangulum a velocitate in viciniam. Disputat postea contra sanguinis fermentationem, & hac occasione notat, fermentationem esse acidi & alcali actionem mutuam combullis, qua olea mutantur in spiritus ardentis. Negat quoque sanguini inesse motum intestinum a circulante distinctum. Hisce præmissis ad œconomiam animaleam progreditur, ubi de ciborum digestionem in ventriculo, de sanguificatione, nutritione, respiratione, pulsu, secretionibus, tum in cerebro, tum in renibus, tum in testibus agit & agnatas ubique materias una pertractat. Notum est *triturationis systema*, quo Autor utitur in ciborum digestionem explicanda, ut de eodem dicere supervacaneum foret. Notatu digna sunt experimenta in sanguine extra vasa emisso tentata, admixtis variis oleis, spiritibus & succis, numero 44: quibus accedunt sex de sero sanguinis venosi. E. gr. sanguis & venosus, & arteriosus spiritu vini admixto fortiter coagulatur, sed in grumos, cum magna feri separatione. Similiter serum eo immixto præcipitatur in grumos albicantes. Nec minus notatu dignum est experimentum, quod ad urinæ naturam investigandam commendat. Urina,

inquit,

Inquit, educta vaseque fictili & aperto indita sinatur super igne non modico incalescere & ebullire. Dum ebullit, fit sensim coloris obscurioris & consistentiæ crassioris, ita ut spatio 3 horarum, si duodecim libræ urinz sint initio assumptæ, possit magna ejus pars evaporare, & in fundo relinqui sedimentum crassum, fæsum & obscurum, cui si aquam fontanam partitis vicibus admisceas, donec vaseque plenum sit ac ante evaporationem fuerat, recuperabis urinam primo assumpto simillimam, quæque omnia phænomena urinz naturali exhibebit adscripta. Ex hoc autem experimento Noster inter alia infert, urinam componi ex aqua, sale communi & terra. Præexistantiam animalculorum in semine, quæ acutissimus Leewenhockius detexit, a priori probat. Postquam statum corporis sani consideravit, ad morbos progreditur. Morbum definit per insolitam sanguinis circulationem, h. e. per circulum sanguinis vel auctum, vel imminutum, sive per totum corpus, sive per aliquam ejus partem. Dividit morbum in simplicem & compositum. *Simplex* ipsi est, quod alias *Symptoma* vocatur, *compositus* vero, quem alii morbum vocant, symptomatum complexus. Hac distinctione magnam amoveri ex institutionibus Medicinæ confationem arbitratur. Morborum genera optime per tabulas exhibuisse ait *Wedelium*, sed in febribus errasse. Causas morborum dividit in actiones aliorum corporum in corpus nostrum: & actiones corporis nostri in se ipsum. Has involuntarias & involuntarias dividit. Illius generis recenset motum & quietem, excreta & retenta, atque animi pathemata; hujus vero respirationem & perspirationem, potationem & comestionem, somnum & vigiliam. Omnes autem illarum actiones tum deum morbificas fieri, quando augent, aut impediunt circulationem sanguinis. Plethoram & Cacoehymiam inter morbos refert; e causarum numero eliminat. Temperamenta diversa cacoehymiaz primo nascentis genera agnoscit, quorum tot sint genera, quot secretiones diversorum fluidorum in animali, licet ob defectum observationum nondum sortita sint nomina. Eorum signa ab urina & pulsu desumit. Nimirum biliosi signum est pulsus magnus, melancholici rarus, pituitesi

C. 61

- C. 7. pituitosi parvus. Agi etiam de signis a pulsu & urina in febribus desumptis. Dies criticos sensu *Hippocratico* in regionibus borealibus nullos esse contendit, sed per magnum observatorium numerum in qualibet regione sigillatim determinari jubet.
8. Methodum medendi veterem impugnat & quatuor indicationes pro totidem indicantibus rejicit. Ipse unum tantum indicans admittit, nempe morbum, & unam tantum indicationem, nempe curatoriam. Sumi autem debere indicationem inculcat vel a re extra animal sita, sed intra corpus, veluti in ventriculo aut intestinis, vel intra animal, hocque in casu aut intra vasa, aut extra vasa.
9. Rejicit similiter quatuor indicata veterum & non solum in plethora, verum etiam in cacochymia, præsertim acida, venæ sectionem indicari contendit. Quoniam sanitas animalis solum læditur, judice Nostro, aucta aut diminuta quapiam secretionem, ideo hic loci quoque de secretionem tractat, quamvis breviter.
10. Ultimo tandem loco sub titulo methodi præscribendi formulas docet, quomodo fiat apozema, vinum medicatum, potio purgans, ptisana laxans, electuarium purgans & non purgans, &c.
- 11.

C. I.

Lib. 2 Præxin a febre orditur, quam definit per velocitatem circulationis uniformiter auctam, unde omnes febris proprietates atque effectus explicat. Obiter notat, vi observationum thermoscopiarum deprehendi, quod calor cutis nostræ naturalis sit duplo major quam calor aeris æstivo tempore, & calor aquæ bullientis tantum quadruplo major calore cutaneo hominis Britanni sani, & denique calor ferri candentis sit tantum duodecuplo major calore cutaneo hominis septentrionalis. Omittimus, quæ de febris causa, divisione & effectibus differit. Curationem, si legitima sit nec alii adhzreat, facillime absolvi statuit venæ sectione & remediis rareficientiam nimiam sanguinis sedantibus, qualia sunt Saturni saccharum, nitrum purificatum, spiritus sulphuris, &c.

In febribus intermittentibus præter venæ sectionem vomitoria commendat ante paroxysmum propinanda & febrifuga post eundem exhibenda, quæ inter eminent cortex Peruvianus *China China* dictus, Curationem febris continuæ periodicæ exemplo singu-

singulari juvenis robusti illustrat. A febris ad apoplexiam
 progreditur. Hanc solam ejus divisionem utilem censet, quod
 causa contineatur vel extra vasa, vel intra vasa: in priori enim
 casu incurabilem esse morbum, in posteriori curabilem. Pri-
 ma scilicet apoplexiæ species pendet ab extravasatione san-
 guinis, posterior ab infarctu vasorum in cerebro. Curæ vomit-
 toria in apoplexia utiliter adhibeantur, rationem a vi dolorifica
 petit, quæ in vomitoriis vehementioribus fortioribusque pur-
 gantibus aut facultatem evacuantem constituat, aut eam com-
 mitetur. Apoplexiæ congenerem esse morbum ostendit para-
 lysi, eandem enim ipsius judicio uterque habet causam, ni-
 si quod in paralyti extra cerebrum & cerebellum subsistat. Di-
 visionem utilissimam censet, quod in paralyti vel tollatur mo-
 tus, vel sensus, vel uterque. Eadem remedia paralyti con-
 venire judicat, quæ apoplexiæ, excepta venæ sectione. Com-
 mendat nempe in utroque morbo vomitoria & purgantia cum
 alystere & aliis quibusdam remediis particularibus. Vertigi-
 nis rationem ex legibus opticis repetit & inde causas ejus de-
 rivat. Commendat etiam hic post venæ sectionem vomitoria,
 deinde antepileptica, propter quandam vertiginis cum epilep-
 sia convenientiam, corticem Peruvianum & radicem Doro-
 nici, nempe Martialis & Javialis. Convulsionem omnem
 vel a repletionem, vel ab inanitione proficisci statuit, atque hanc
 solam divisionem in praxi utilem pronuntiat. Epilepsiam a
 convulsione tantum symptomatibus differre, quorum eadem
 sit ratio ad symptomatum apoplecticorum sive potius vertigi-
 nosorum. Venæ sectionem commendat in convulsione a re-
 plesione, improbat in ea, quæ est ab inanitione. Idem judi-
 cat de vomitoriis & purgantibus. De aliis remediis nec hic, nec
 in sequentibus dicemus, ne præter necessitatem prolixiores si-
 mus quam par est. Delirium pro somnio vigilantium habet
 Noster, & opiatâ ante venæ sectionem maniacis nociva pro-
 nuntiat, cum multi solo opii usu in maniam incidant. Præ-
 stans remedium judicat præ aliis, si corpus totum balneo ex a-
 qua frigida vel tepida, prout tempestas tolerat, immergatur,
 modo tempestive rursus eximatur. Sequuntur morbi reliqui,

C. 2.
 3.
 4.
 5.
 6.
 7.

dolor scilicet capitis, catarrhus, ophthalmia, eiphora, amaurosis, cataracte, inflammationes internæ variz, asthma, cataleptis, symptomata ventriculi nimis pleni, adstrictio alvi, passio iliaca & celiaca, diarrhœa, dysenteria, dolor colicus, icterus, hydrops, malum hypochondriacum, scorbutus, calculus, diabetes, gonorrhœa, fluor albus, menstruorum suppressio & difficultas partus, quorum singulorum rationem clare ac distincte explicat, ac inde causas derivat, hisque convenientia remedia prescribit.

GOTOFREDI KLAUNIGII, MED. DOCT.
*Sacr. Cæs. Majestatis Personæ & Aulae Medici, Academici
 Nat. Curios. Cæsarei Nosocomium, Charitatis sive Historiarum Medicarum in Nosocomio S. S. Trinitatis
 sacro observatarum.*

Vratislaviæ, apud Michaelëm Hubertum, 1717, 4.

Plag. 15.

EX quo Clarissimo Klaunigio Vratislaviæ Medici sparsa in nosocomio S. S. Trinitatis fuit oblata, sanarum esse duxit partium, omnia accurate qua morborum genium, qua medicamentorum efficaciam observare, publicique juris facere, forte ut in proximi commodum vergant, nullus dubitans. De cuius conatus successu eo minus illi desperandum fuit, quo locupletiore nactus est occasionem, qua voti sui compos fieri potuit. Non satis quidem ipse laudare potest in præfatione institutum Fratrum Misericordiæ, quo ipsis incumbit, ægris non solum iusto tempore victum ac medicamenta præbere, noctu atque interdium inservire & militum instar exentibus agere, sed & Medici ordinationes ad amissum exequi, ut ob strictam ægrorum obedientiam sollicitumque adstantium ministerium certus esse possit de remediorum effectu Medicus, cui præterea morborum naturam in demortuorum cadaveribus investigandi facultas conceditur liberrima; quo fit, ut sæpius quidem errores commissos detegere, sed, quod optimum, imposterum evitare & cautius mercari detur. In hoc igitur specimine

XXV casus, in quibus partim morborum historiz, partim quæ in denatis observata sunt, describuntur, suppeditat Autor Clarissimus. Complectitur scilicet Historia I vulnus ob copiosum lymphæ profusivum notabile; II phthisin scrophulosam salivatione mercuriali curatam; V anasarcam per exanthemata critica solutam; VI febrem quartanam abdominis tumore & diarrhoea sublata; VII catalepsiā curatam; IX, ulcus in crure coccotheum ultra sedecim annos occulte serpens; XVII pleuritidem; XVIII, medicamenta antiquartana; XIX, calculum renam; XX, rheumatismum; XXIV; steatomata capitis verticem occupantia. Sectioni vero post mortem subiecti sunt in historia III ex cordis polypo; in IV ex arteriæ pulmonalis polypo; in VIII ex auri fistula; in X phthisi; in XI pectoris hydrope & anasarca; in XII tympanitide, anasarca & pectoris hydrope; in XIII apoplexia; in XIV iliaca passione; in XV ascitide; in XVI pericardii hydrope, strumis æo intestini recti ulcere; in XXI hepatis abscessu; in XXII fistuloso polypo cor & aortam inhabitante; in XXIII fluxu hepatico; in XXV febre hectica salvis visceribus demortui. Ut quædam ex ipso opere excerpamus, sequentia adduxisse sufficiet. Curam ranarum jusculis institutam in phthisi, tabe, hæmoptoe, catarrhi salis &c. propter insignem edulcorandi, demulcendi & humectandi virtutem commendat, eamque illi, quæ cum viperis nimis caro venientibus, adornatur, substituendam dicit. Recipiuntur scilicet ranæ quindecim vel plures, quæ detracta pelle & rejectis partibus anterioribus aquæ fontanæ sæpius receptor, affundente in aernatur, donec albissimum acquirant colorem, postmodum cum aquæ destillatæ, morbo appropriatæ, libra una in balneo maris coquantur, jusculamque inde emergens per integros quadraginta dies quotidie matutinis horis repetenda. Tympanitico alicæ foetidæ pilula in piso majoram mane & vespere propinavit, ex cuius usu corpus purgatum, flatus alicæ foetidiores at quandoque lumbrici expulsi atque abdominis moles multum dimiuta fuit. Iliacæ passione demortui corpus cum aperuisset, omentum vidit versus dextrum hypochondrium intestini jejuni portioni bis circumvolutum,

P. 48.

62.

& forti amplexu illud constringens, ut laboris esset, hoc explicare, in altero hypochondrio idem intestinum valde turgidum sphacelo quasi consumptum, & ex una parte laceratum, facibusque, quæ ultra progressi non poterant, exitum concedens. Sequentia intestina verè jejuna & adeo vacua deprehendit, ut ne mucum quidem continerent. Contra quem morbum, ut & contra atrocissimos colicæ dolores, pertinacissimasque alvi suppressiones vix simile evporistam fumo ex pecto ope fistulæ ano immisso esse pronunciat. Quemadmodum & contra pleuritidem omnesque inflammationes & malignos morbos deprædicat pulverem ex nitri depurati serupulo semis, cum camphoræ grano uno constantem, singulis tribus horis assumendum. Mentionem etiam facit pulveris quartanam febrem debellantis, mercurius vitæ coelestis Fratribus Misericordiz nuncupati, qui ex vitri antimonii pulverisati & olei vitrioli partibus æqualibus componitur, dum oleum hoc ad siccitatem usque a vitro antimonii abstrahitur iterumque eadem ejusdem olei quantitas affunditur, & abstrahendo & affundendo septies proceditur. Hoc modo pulveri præparato additur spiritus, qui ex spiritu vini rectificati libra una & spiritus mastichis uncia una per quatuor dies digerendo paratur, & trium dierum digestioni committitur, abstracto demum vel decantato spiritu pulveri resens iterum spiritus affusus ad deflagrandum accenditur, quæ deflagratio bis erit repetenda, commovendo interim spatula pulverem, donec flamma cesset. Pulvis, qui restat, bene exsiccatus admirandi deprædicatur effectus, si ejus granum unum cum semisse vel grana duo cum amaricante aliquo extracto in pilulam redacta duabus horis ante paroxysmum quartanario exhibeantur, hæc tamen lege, ne per bitorium aliquid superbibatur. Pro sarcotico commendat sequens remedium: sumatur libra una solearum a calceis longo usu destructis, tres partes libræ de pomis putrefactis ac exsiccatis, quæ minutim discissa in crutibulo fortiter calcinentur in pulverem glauco-nigricantem, quo caro brevi rediategratur. Tandem peculiarem lumbrico terrestris exhiben-

hiben-

MENSIS DECEMBRIS A. MDCCXVIII. 557

liberandi modum describit, dum scilicet supra lamina ferrea tostati ac pulverisati ad aliquot cultri cuspides insperguntur similibagineo pani, vino malvatico imbuto, cujus tabulam per decem dies jejuno stomacho comestam & rheumaticos & inveterato asthma convulsivo laborantes sanatos recordatur. De cetero vitam atque sanitatem Clarissimo Autori apprecamur, ut pari industria plura edere liceat istiusmodi specimina, majori impofterum cura sphalmata typographica, genuinum sæpe sensum invertentia, ut speramus, evitatur.

GEORGII DIETERICI BOHMII COMMENTARIUS de particulis lingue Latine & Germanicæ, cum præfatione CHRISTOPH. AUG. HEUMANNI.

Francofurti, apud Jo. Maxim. von Sand, 1718, 8.

Alph. 3 pl. 2.

Quantum elegantiz orationi Latinz afferat rectus particularum usus, nemo ignorat, *Horatiique Turfellini* de Latini sermonis particulis libellus tanti semper fuit a doctissimo quoque habitus, ut ei illustrando locupletandoque manus adinoverint *Iac. Thomafius & Schwarzius*, viri clarissimi. Ceterum cum *Turfellinianum opus* ad interpretandas, quæ in autoribus Latinis occurrant, particulas accomodatissimum esse negari haud possit; non æque usui id esse poterit tironibus, e Germanico sermone aliquid in Latinum translaturis, & quæ Latina particula, cui Germanicæ probe respondeat, sciendi cupidis. Horum igitur desiderio satisfactorus Autor reverendus jam olim, cum scholæ Alstadiensis Rector esset, eo ordine congeffit *libellum particularum*, ut particulæ cuique Germanicæ subjungeret particulas Latinas, easque illustraret exemplis omni exceptione majoribus, e *Cicerone, Livio, Curtio*, ceterisque eloquentiæ Latinz fontibus petitis. Libellum istum, a tenuibus, ut fieri solet, inchoatum, sed assidua industria non parum subinde auctum, amicorum permotus adhortationibus nunc emisit Cl. Autor, gratiam haud dubie initurus

Λααα 3

NON

non levem a tiroribus eorumque magistris, publicis juxta privatisque. Ut lectoribus nostris vel uno alteroque exemplo declaretur hujus libri utilitas, p. 78 sqq. docetur, so bald als Latine reddi (1) *ut*, (2) *ut primum*, (3) *cum primum*, (4) *simul*, (5) *simul ut*, (6) *simul ac*, (7) *simul atque*, (8) *simul ac primum*, &c. P. 56. sqq. so wohl, als reddiur (1) *et*, (2) *cum, tum*, (3) *cum, tum etiam*, (4) *cum, tum præterea*, (5) *cum, tum quoque*, (6) *cum, tum vero*, (7) *cum, tum vero etiam*, (8) *tum, tum*, (9) *tum, tum etiam*, (10) *tum, tum quoque*, (11) *aque, et*, (12) *pariter, et*, (13) *qua, qua, &c.* In præfatione docetur, quam necessaria sit sacri Codicis interpretibus particularium notitia, & pro exemplo afferitur locus ex Pauli ad Romanos epistolæ capite nono. Hic enim vocula *γὰρ*, versu 15 exstans, est, ex sententia quidem Cl. Heumanni, index objectionis ab adversario Apostoli factæ: ut adeo verba, quæ versu decimo quinto tribusque sequentibus leguntur, non pro Pauli verbis fiat habenda, sed pro objectione hominis absolutum decretum statuentis, quem paulo post refutandum suscipiat sanctissimus Apostolus. Hunc usum particulæ *enim* exempla Latinorum, Græcorum, & Hebraicorum autorum comprobant; nec prætereuntur silentio, qui jam illam istius particulæ usum in verbis Paulinis animadvertunt.

Kurze Anleitung zur Historie der Gelehrtheit.

i. e.

BREVIS INTRODUCTIO IN HISTORIAM

Literariam; Autore GOTTLIEB STOLLIO, Politi.

Prof. Publ. Jenens.

Halz Magd. sumtibus Bibliopolii novi, 1718, 8.

Alph. 2 pl. 14.

Entwurf der allgemeinen Gelehrsamkeit, und
Klugheit zu studiren.

i. e.

CONSPECTUS ERUDITIONIS UNIVERSALIS &c.

Lips.

Lipsiæ, apud Jo. Frider. Gleditschii, Fil. 1718, 8.

Pl. 17.

Borgemach der Gelehrsamkeit, 1c.

i. e.

- *ATRIUM ERUDITIONIS; AUTORE JO. JUSTO FAHSIO.*

Goslariz, apud Jo. Christ. Kœnigium, 1718, 8.

Alph. I pl. 16.

Tres heic exhibemus libros, vernacula nostra conscriptos, quos ob materiz, quam tractant, similitudinem una producere non dubitavimus. Prior autorem habet Cl. *Stollium*, Professore Jenensem, & nec mole sua legentes absterret, nec brevitate nimia offendit, sed historiam eruditionis, qua voces liberales & Philosophiam Autor designat, stylo facili tersoque descriptam proponit. In tres autem partes divisus est, quarum prima post generalem quandam in historiam literariam introductionem fusius de artibus liberalibus, Grammatica potissimum, Critica, Rhetorica, Poetica, Historia, & Mathematicis disciplinis; altera de Philosophia theoretica, Logica, Metaphysica, Pneumatica, Physica; & tertia denique de practica Philosophia paullo brevioribus agit. Rationes, quibus inductus primæ parti elaborandæ plus chartæ, ac forte etiam temporis studiique impendit, sunt, quemadmodum in præfatione docet, juxta cum multitudine scriptorum, qui humaniores disciplinas editis libris illustrarunt, quod plura in prima parte occurrant, quæ & ad reliquas referri poterant, quodque non iis tantum qui in Academiis vivunt, sed etiam qui in Gymnasiis historiarum literarum studia tractant, consulere voluit. Neque vero dissimulat, sed candide potius faterur, dissimilitudinis hujus rationem peti etiam posse a diversa studiorum suorum ratione, quibus certo scientiarum generi dicatis, de omnibus disciplinis, & qui eas illustrarunt, scriptoribus eadem cura exponere nequeat. Est sane is communis fere omnium nevus, qui universalem, quam appellant, eruditionis historiam condere verius conati sunt, quam re ipsa condidere, qui tamen utique ferendus est.

est, si arrogantiam familiare scriptoribus hujus generis vitium effugiant, & modesti sint, qua laude Cl. Autor, si quis alius, floret. Facile enim aliunde hauriuntur omnia, quemadmodum quæ in hoc libro de rei numariz scientia desunt, (quippe ex ingenti scriptorum numero vix sex, eosque, si unum Spanhemium excipias, hautquaquam potiores produxit) ex Banduri imprimis introductione operis præstantissimi de numis Imperatorum inferioris ætatis, & quæ de Mathematicis disciplinis desiderantur, ex celeberrimi Wolfii diatribæ Cursui Mathematico subjuncta defumi possunt. Lande, verò, prorsus dignum est consilium, quando Cl. Autor non facile autorem a se non visum, lectumve nominat, & si quem forte hujusmodi nominare sustinet, illius videndi copiam sibi factam adhuc non esse, ingenue fatetur. Sic vitam Aristippi a Paulo Leopardo conscriptam sibi nondum obviam factam dicit, quæ sane rarius invenitur, sed tanti momenti non est, ut plurimi arbitrantur, quippe præter meram Aristippi Laertiani versionem nihil fere quicquam novæ rei complectitur. Ceterum pervolventibus librum, quem doctæ observationes, quibus plerumque doctorum virorum vitæ, ac librorum fata enarrantur, egregie ornant, ut multa perplacuerunt ita & nonnunquam reprehendimus, quæ mitiorem censuram, ut nostra quidem fert sententia, mereri visa sunt. Certe Virgilium Poetarum Latinorum principem a Cl. Autore tam male habitum, haud immerito miramur, quoniam rationes, quibus Vir doctissimus adductus eum acrius reprehendit, si unam forte exceperimus, non ita firmo talo niti videatur. Ceteram quis *Avifon* ille, cujus tragediam Anglis celebrari observat, nobis non constat. Nobilissimum quidem Addisonium munere satis amplo in Anglia perfunctum & Angli & exteri propter divini ingenii vim & præstantiam magnopere laudant, & admirantur, ejusque tragediam Catonem dictam laudibus in cælum usque ferre solent. Illam haud dubie heic Cl. Autor designat, cui tamen tribuere errorem, religioni nobis ducimus, qui sine dubio typhothetæ incuriæ debetur.

Alte-

Alterius libri Autor est Cl. *Walchius*, Professor itidem in Academia Jenensi, & Socius noster honoratissimus, cui plura jam alia doctissima scripta nomen inter eruditos pepererunt. Famam, quam consequutus est, non imminuit scriptum præferens, quod ceteroquin auditoribus suis unice dicavit, quibus historiam literariam, præeunte eo, tradere constituit. Nemo in eo perfectissimam omnium scriptorum quæsierit notitiam, qui consilium doctissimi Autoris recte perspexerit. Namque nihil aliud ei propositum est, quam primas ædificii cujusdam, in prælectionibus demum perficiendi & extruendi, lineas ducere. Illas si Vir clarissimus aliquando in lucem exire patietur, tum utique hæc omnia longe pulchriorem faciem nanciscuntur. Ita enim vel limatissima opera ex similibus prognata esse Academicis prælectionibus, quis nescit? Ceterum longe plura in hoc libro collecta videmus, quam alii similes complecti solent. Nec male cohzrent omnia, sed ordinæ eo semet excipiunt, quem naturæ rei convenientissimum duxit doctissimus Autor, qui jam dudum agnovit, literarum humaniorum culturam Philosophiæ melioris luce carere haudquaquam posse, & utriusque propterea studium feliciter conjunxit. Tribus autem libris tota absolvitur tractatio, primus de eruditione, & studiis generatim, alter de literis humanioribus, tertius de Philosophia lemmata breviora exhibet, quæ subjectis observationibus uberius illustrantur. Utrobique Cl. Autor potius, quibus de rebus acturus sit, docet, quam de iis pluribus re ipsa agit, id quod privatis lectionibus reservat. Iis igitur cum primis liber inserviet, qui similes prælectiones agitant animo, & quem ducem sequantur, nesciunt.

Jamque etiam Atrium Eruditionis Cl. *Fabstii* aperiendum est, quod licet non ita magnum, plura tamen introeundi cupidus pollicetur, siquidem Autor non tantum de eruditione in genere, sed etiam de præcipuis ejus partibus se ita acturum dicit, ut primo eas luculenter describat, tum historiam eorum componat, & denique fontes & autores, unde plura eam in rem hauriri queant, indicet. Sed tironibus ille scribit, non adultioribus, neque adeo reprehendendus est, si vel nimis trita, vel

pauciora, quam instituti ratio postulabat, si perfectiorum com-
moda ob oculos habuisset, attulisse videatur. Laudem po-
tius meretur, qui librum captui suorum accommodat, quibus
interdum plenior perfectiorque rerum notitia minus prodest.
In tres autem sectiones liber abit, quæ partitio scriptoribus hu-
jus generis fere propria esse solet. Prima sectio generatim de
eruditione, altera de Grammatica & linguis, Latina, Græca, He-
braica, & vernacula, tum & de Mathesi & Mechanica, tertia de
Logica & Rhetorica agit. Methodo utitur faciliori fortasse,
si discentes spectes, sed & ambagium plena, quæ quæstionibus
sæpe nimis longis responsiones non minus longas elicit. Sed
ea de re Cl. Autor viderit; id miramur, eum libro suo subnexu-
erit summe Rev. Calverii præfationem, quæ ad alium plane
librum, ad *Temperaturam scilicet practicam Christoph. Alberti
Simmii* pertinet, & de alio argumento agit, de arcanis nempe
Musiciis quibusdam. An id propterea factum, ut idem, cujus
in fronte libri legitur præfatio, eundem quoque clauderet, pro
certo affirmare non possumus. Certe Cl. Autorem non invitum
in libris suis aliorum scriptis locum aliquem concedere, vel ex-
inde colligimus, quod integrum caput de Mathesi ac Mechanica,
quemadmodum inscribitur, a Cl. Calverio Correctore Claus-
thalienfi, ut in præfatione docet, elaboratum, præfati libro
inferuit.

CHRISTOPHORI AUGUSTI HEUMANNI
*Conspectus Reipublicæ Literariæ, sive Via ad Historiam
Literariam Juventuti studiosè aperta.*

Hanoveræ, apud Nicolaum Fœrsterum, 1718. 8.

Plag. 10.

TRIBUS illis Scriptoribus, qui vernacula scripserunt per
compendium Historiam literariam, merito quartum nunc
adjungimus, Celeb. Heumannum, nostrum in colligendis his
Actis inde a novem annis Socium diligentissimum, qui in Con-
spectu hoc, nuperrime vulgato, & Latinitate eleganti usus est &
methodo adeo concinna, ut Lectores facile invitet ac trahat.

Etenim

Etenim primo Capite de natura & partibus agit Historiæ literariæ, quam in universalem & particularem distribuit, & hanc quidem rursus in Geographicam certæ gentis & provincie, Topographicam, Academice vel urbis, Chronologicam, certæ temporis, Technologicam, artis cujusdam aut disciplinæ, Anthropologicam tandem seu biographicam, & Bibliographicam divisam, nunc omittit, nec specialissimæ, quæ dici possit, quo Titii libellum de scriptis Thuanii, Launoji de varia fortuna Aristotelis in Academia Parisiensi & similes refert, immoratur. Universalem vero sequentibus Capitibus persequitur, eoque C. 2 de scriptoribus Historiæ literariæ universalis, C. 3 de arte scribendi, quam in chirographicam & typographicam dispescit, C. 4 de ortu & progressu studiorum literariorum (quod argumentum cum omissum a Struvio & Reimmanno Noster animadverteret, integri operis reconcinandi occasionem ipsi præbuit,) C. 5 de fatiis disciplinarum, sive de earum origine & incrementis, C. 6 de noticia Librorum, & C. 7 de noticia Autorum agit. In his etsi brevitati ubique studet, non desunt tamen singularia quædam hic illie interspersa. Dum de *Arndiano systemate literariæ* agit, ridiculum, ait, quod p. 4 §. 3 Adamo, primo mortalium, tribuit scientiam historiæ literariæ: cur non, addit, & historiæ Romanæ? S. Codicem olim una serie contextum primum seculo XIII Stephanum Langtonum, Anglum, in Capita, & speciatim Hebraica Biblia Santem Pagninum, Novum Testamentum vero Robertum Stephanum in versiculos partitum observat. Artis typographicæ inventionem Germanis certis testibus vindicat. Studiorum literariorum & genitricis & nutrices tres constituit, necessitatem, voluptatem & superstitionem, primam ortum dedisse arti historicæ, Geometriæ, Astronomiæ, arti epistolice, alteram Musicæ & Poesi, tertiam vero Astrologiæ. Hieronymum Catalogum Scriptorum Eccl. ideo concinasse notat, ut Ethnicos Christianis ruditatem objectantes convelleret. Lancelotum, monachum S. Cyrani, in editione Phædri Gallico-Latina, Lutetiz 1702 curata, fabulam tertiam libri tertii mirifice reformasse observat, veritum scilicet, ne quis fabulam illam applicaret

p. 10.

20.

24.

26.

32.

92, 93.

95. ad monachos unde pro uxore da tuis pastoribus reposuit quod aquum est, da tuis pastoribus, ut alia taceamus. Editiones autorum classicorum, Minellii æmulationem in ipso titulo professas, plerasque (excipit enim Corn. Nepotem Strabonianum & Curtium) luce indignas, adeoque tyronum e manibus excutendas iudicat; contra Halensium editiones cum Annotationibus Germanicis commendat. Dum libros rariores memorat, integrum syllabum Historicorum exhibet, e Catalogo Fresnejo-Menckeniano concinatum, qui longe pluribus nunc ex versione libri Germanica, quæ paulo post Heumannianum Conspectum prodiit, augeri poterit.
- 97.
- 102.

EMENDANDA.

Pag. 20 l. 19 pro gn X oi lege gn + oi, p. 22 lin. antepenult. ante vocem curvæ restituantur omiſſa sequentia, applicatæ & pro denominatore elementum curvæ, p. 23 l. penult. pro scribendi leg. solvendi, pag. 24 l. antepenult. post signum = ponatur signum—, pag. 27 l. ult. inter dz^2 & dx^2 scrib. signum—, pag. 28 l. 4 a fine pro Φ Babb, scrib. Φ Bab, pag. 30 l. 9 a fine pro (Fig. 3.) leg. (Fig. 8.) pag. 76 l. 1 pro xT scrib. T x, pag. 83 l. 8^o ad marg. pro (Fig. 5.) scrib (Fig. 6.) ibid. l. 19 pro 5. scrib. 6, pag. 84 l. 5 pro Gabcez & Gagiez scrib. GabceQ & GagieQ. Ibid. l. 10 pro tc scrib. fb, pag. 85 l. 1 a pro xb^2 scrib. $x + b^2$, pag. 86 l. 4 a fine inter MK & Mm notetur punctum, pag. 254 l. 16 pro AT leg. AF, ibid. l. 24 pro signo + scrib. signum x, pag. 258 l. 7 a fine pro u leg. aa & pro zu leg. 2aa, ibid. l. antepenult. pro 12 scrib. T 2, pag. 413 lin. 24 & 25 pro nullum extare iudicium, nec quod tempore lege nec ullum extet iudicium, quod tempore, pag. 503 lin. 8 in titulo libri *Homborgiani* post Scholia adde: nec non Cujacii & Agylxi observationes de dierum annotatione; tum dele eadem pag. in ipsa recensione lineas priores tres, quibus abesse diximus observationes illas, quas postea non omnibus codicibus, sed nostro tantum, defuisse comperimus.

IN-

INDEX AUTORUM,

Quorum Libri aut Inventa hoc Volumine
recensentur.

I. Libri Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes:

A Nonymi Responso ad questionem: num Christiano liceat preces facere pro Principe usurpatore?	158
Vindicatio Eccl. Anglicane ab imputatione schisma- tis.	214
Epistola, qua schismatis crimen injuste impulari Eccl. Angl. evincitur.	216
ad Nonjurantem de schismate Eccl. Angl. objecto.	218
Vindicia Regni & Eccl. Angl. contra intentatum cri- men perjurii, rebellionis & schismatis.	218
Seria dehortatio ad Ecclesia Angl. addictos, ne conven- ticularis Nonjuratorum se misceant.	221
Tractatus, quo probatur controversias inter Nonju- rantes & publico cultui Angl. Eccl. junctos, non reale sed accidentale schisma esse vocandas.	225
Vita & opiniones Lucilii Vanini.	230
Vindicia Eccl. Angl. contra Howelli ac Benneti ar- gumenta.	278
Responso ad imputationem schismatis Eccl. Angl. factam.	278
Epistola, qua Benneti concessionem Nonjuratis factam causam suam evertere ostenditur.	278
Epistola ad Bennetum, qua solidior probatio schi- smatis Nonjurantibus objecti exigitur.	282
Vita S. Cypriani.	292
Vera & accurata delineatio Ecclesie primitiva.	303
Expostulatoria Epistola ad Ep. Bangor. de ejus Præ- servativo.	371
Epistola alia, seu Examen Præservativi &c.	371

INDEX AUTORUM

Benjaminis Ep. Bangorensis <i>Præservativum contra principia & praxin Nonjurantium.</i>	367
Benneti (Th.) <i>Examen separationis Nonjurantium.</i>	275
Diff. de Trinitate in unitate.	409
Breithaupt (Joach. Just.) <i>Metaphrasis Epica Proverbiorum Salomonis & Ecclesiasticis.</i>	159
Bürger (Jo. Quodvultdeus) <i>historica Narratio de statu Monasterio D. Mart. Lutheri.</i>	137
Lib. Bar. de Canstein (Car. Hildebr.) <i>Harmonia & Expositio IV Evangelistarum.</i>	529
Du Chastenet (Bourgeois) <i>Nova Historia Concilii Constantiensis.</i>	433
Grescimbeni (Jo. Maria) <i>Historia Basilica S. Mariæ in Cosmedin Romæ.</i>	400
<i>Historia templi S. Johannis ante portam Latinam.</i>	436
S. Cypriani Opera genuina, Anglice, ex ed. Nathanaelis Marschal.	145
Dawson (Thom.) <i>Vindicia Eccl. Angl. ab imputatione schismatis ipsi facta.</i>	221
Dorschei (Jo. Georg.) <i>Commentarius in Epistolam ad Ebræos.</i>	306
Driessen (Ant.) <i>Responsiones ad Herm. Dcusngii dubium circa chronotaxin Apocalypticam &c.</i>	450
Edmundi Ep. Lincoln. <i>Methodi, quibus in erigendis scholis charitatis usi sunt in Angliæ earum Curatores.</i>	353
Fabricii (Jo. Alb.) <i>Bibliotheca Ecclesiastica.</i>	444
Funckii (Jo. Casp.) <i>brevis & succincta Historia Reformationis.</i>	135
Hechtii (Godofr.) <i>Vita Jo. Tezelit.</i>	138
Heeser (Jo.) <i>Lexici Philologici Hebræo-Cbaldaici Pars I.</i>	404
Heinii (Jo. Phil.) <i>Observationes sacra.</i>	190. 191.
Heumanni (Christoph. Aug.) <i>Lutherus Apocalypticus.</i>	104
Hikeii <i>Constitutio ecclesiæ Catholica, item natura & consequentia schismatis.</i>	150
Hippolyti <i>Operum Volumen II, cum notis J. A. Fabricii.</i>	442
Howell (Laur.) <i>Notio schismatis in Ecclesiâ Anglicana recte formata.</i>	211
	Langü

INDEX AUTORUM

Langii (<i>Joach.</i>) <i>Historia Ecclesiastica Vet. Test.</i>	61
Commentatio Historico-Hermincutica de vita &	
• <i>epistolis Apostoli Pauli.</i>	544
Martini <i>Dissertationes criticae duae, ad locum Job. V, 7, & de testimonio Josephi de Christo.</i>	447
Mirzei (<i>Aub.</i>) <i>Bibliotheca Eccl. ex ed. J. A. Fabricii.</i>	444
Le Noir (<i>Phil.</i>) <i>Magnus Emanuel, Poema Christianum, Italice conversum.</i>	355
Oudini (<i>Casimiri</i>) <i>Trias Dissertationum Criticarum.</i>	107
Pagi (<i>Franc.</i>) <i>Breviarium gesta Pontificum Rom. Acta Conciliorum & alia Ecclesiae capita complectens. T. I & II.</i>	207
Peirece (<i>Jac.</i>) <i>Epistola ad Bennetum de separatione Nonjurantium.</i>	278
Prideaux (<i>Humphredi</i>) <i>Vetus & Novum Testamentum connexum in Historia Judaeorum & vicinarum nationum.</i>	97
Pyle (<i>Thomae</i>) <i>Paraphrasis Librorum Veteris Testamenti, cum Notis.</i>	70
Sagittarianae introductionis in Historiam Eccles. Tomus II, curante J. A. Schmidio.	415
Schmidii (<i>Jo. Andr.</i>) <i>Breviarium Theologiae Polemicae.</i>	355
<i>Sagittariana Introductionis in Historiam Eccl. Tomus II.</i>	415
Smith (<i>Jos.</i>) <i>Animadversiones Episcopo Bangorensi propositae.</i>	371
Suiceri (<i>Jo. Casp.</i>) <i>Symbolum Nicano-Constantinum illustratum.</i>	161
Turneri (<i>Jo.</i>) <i>Tentamen de autoritate Ecclesiastica.</i>	323
Vogelii (<i>Jo. Jacobi</i>) <i>Vita Jo. Tezelii.</i>	139
Whitekennet <i>Epistola altera ad Episcopum Carleolensem.</i>	156

II. Libri Juridici.

B Ertzandi (<i>Jo.</i>) <i>Vita veterum Jurisconsultorum.</i>	47
De Bunau (<i>Henr.</i>) <i>Examen Dissertationum Wenc. Neumann de Pucholtz, de jurisdictione feudali, & superioritate territoriali, us & de natura & prerogativis feudorum Bobem.</i>	425
	Com-

INDEX AUTORUM

- Conringii (Hermanni) *assertio juris Moguntini in coronandis Regibus Roman.* 190
- Florentis (Fr.) *de origine & autoritate Juris Canon.* ● 191
de methodo & autoritate collectionis Gratiani. 191
- Grotii (Guil.) *Vita veterum Jctorum.* 47
- Homborgk zu Dach (Jo. Frid.) *Novella Constitutiones Justiniani e Graeco in Latinum conversa & notis illustrata.* 503
- Ranchini (Gul.) *varia Lectiones.* 163
Salvii Juliani Edictum perpetuum restitutum. 163
- Reinhardi (Jo. Georg.) *Meditationes de jure Principum Germaniae, cum primis Saxonia, circa sacra, ante tempora reformationis exercita.* 88
- De Rohr (Jul. Bernh.) *Introductio in Jurisprudentiam privatam Romano-Germanicam.* 428
- Rutilii (Bernardini) *Vita veterum Jctorum.* 47
- Schmidii (Jo. Andr.) *Helmstadium per Franckenradam valde afflictum, tandem ab eadem liberatum.* 95
- Schultingii (Ant.) *Jurisprudentia vetus Ante-Justiniana.* 193
- Slicher (Jani A. W.) *Diff. Jur. de debita & legitima vindicatione existimationis.* 363
- Thyllii (Car. Ottonis) *Commentarius ad Capitulationem Caroli VI.* 479
- E Wzechleri (Christofridi) *Literis excerpta occasione Commentarii Summermanniani τὸν Περὶ τῶν*
occasione versionis Hombergiana Novellarum &c. 508

III. Libri Medici & Physici.

- A** *Academiae Regiae Scientiarum Anni 1715 Historia.* 241
Acta Medicorum Berolinensium in incrementum artis & scientiarum collecta. Vol. I & II. 351
- Anel (Dominici) *nova methodus sanandi fistulas lacrymales.* 11
Continuatio novae methodi sive dissertationes apologeticae. 12
- Anon. *Relatio de Perpetuo mobili Jo. Ernesti-Eliae Orffyreici.* 497
- Apini (Jo. Lud.) *Fasciculus Dissertationum Academicarum.* 473
 Bellin-

INDEX AUTORUM.

Billingeri (F.) <i>Dissertatio de nutritione factur in utero.</i>	6
Cohausen (Jo. Henr.) <i>Lumen novum Phosphoris accensum.</i>	60
Le Francois <i>Consilium de Medicina emendanda.</i>	125
Gœlicke (Andr. Ottomari) <i>Historia Medicina universalis.</i>	181
Hoffmanni (Frid.) <i>Medicina rationalis systematica Tomus prter.</i>	316
Kaschubii (J. Wenc.) <i>Elementa Physica Mechanico-perceptiva cum Appendice de Geniis.</i>	235
Keill (Jac.) <i>Tentamina de diversis œconomia animalis parti- bus. Ed. secunda.</i>	466
Klaunigii (Gozofredi) <i>Nosocomium charitatis.</i>	554
Koleferi de Keres-eer (Sam.) <i>Auraria Romano-Dacica.</i>	52
Lafitau (Jof. Franc.) <i>libellus Duci Aurelianensi oblatu de exi- mia planta Tartarica Gin-Seng.</i>	284
Langii (Car. Nic.) <i>descriptio morborum ex esu clavorum secali- norum cum pane.</i>	309
Leutmanni (Jo. Georg.) <i>Tract. de horologiis automatis.</i>	240
E Linckii (Henr.) <i>Literis ad J. Woodwardum excerpta de cro- codilo in Lapide fissili conspicuo.</i>	188
Mercati (Michaelis) <i>Metallorhœca, studio Jo. Maria Lancisii illustrata.</i>	49
A Melle (Jac.) <i>de Echinitis Wagricis Epistola ad J. Woodwar- dum.</i>	325
Nenter (Georg. Phil.) <i>Fundamenta Medicina Theoretico- Practica.</i>	520
Pitcaruii (Archibaldi) <i>Elementa Medicina Physico-Mathe- matica.</i>	549
Vercelloni (Jacobi) <i>de pudendorum morbis & huc Venerea Tetrabiblion.</i>	232
Vidussi (Jof. Maria) <i>rationes dabitandi circa generationem Viventium sensitivorum secundum communem modernor- um sententiam.</i>	185
Wium (Eduardi Petri) <i>Descriptio singularis & stupendi du- ctus thoracici.</i>	9
Wolfii (Christiani) <i>vera causa multiplicationis frumenti ad- miranda.</i>	78

Cccc

IV. Li-

INDEX AUTORUM
IV. Libri Mathematici.

A cademia Regia scientiarum Anni 1713 Historia.	241
Anon. Relatio de perpetuo mobili Jo. Ern. Elia Orffyreii.	497
Bernoulli (Jo.) de solutionibus, qua exstant, problematum isoperimetricorum, ejusque nova eorundem problematum, aliorumque cognatorum citra calculum solvendorum methodus brevis, plana & facilis.	16. 74
(Nic.) de trajectoriis curvas ordinatim positione datas ad angulos rectos vel alia data lege secantibus. &c.	248
Beyeri (Jo.) Descriptio globi caelestis ac terrestris nova arte constructi.	471
Cruſii (Jo. Henr.) Responsio ad Joannis Keill defensionem pro Jf. Newtono in Diario Hagienſi 1716 editam.	454
Gaupii (Jo.) Ephemerides motuum caelestium secunda, tertia & quarta ad annos 1718. 1719. 1720.	421
Gautier (Henr.) Tractatus de viis muniendis.	288
de pontibus & aggeribus.	418
Differtatio de crismatis, fornicibus, pilis & anteridibus pontium.	419
De Geisler (Christoph. Frid.) Pyrotechnia nova, curiosa & perfecta.	422
Hermanni (Jac.) Methodus nova solvendi problemata, que circa figuras Isoperimetricas aliasque proponi possunt.	32
Supplementum solutionis sue problematis de Trajectoriis Curvarum inveniendis.	335
Leutmanni (Jo. Georg.) Tract. de horologiis automaticis.	240
Offenburgii (Car. Ern.) Annotationes in Epistolam Aſtor. Erud. M. Julio A. 1717 insertam, cum solutione Problematis ibi propositi, & gemino Problemate.	164
Pitcarnii (Archibaldi) Elementa Medicinae Physico-Mathematica.	549
Ronayne (Phil.) Tractatus de Algebra.	141
Wagneri (Jo. Witb.) Observatio Eclipsos Solaris A. 1718 d. 2 Mart. facta Berolini.	468
Weidleri (Jo. Frid.) Institutiones Mathematicae.	283

V. Li.

INDEX AUTORUM

V. Libri Historici, Geographici &c.

A. J. Diploma Caroli M. de scholis Osnabrugensis ecclesie critice expensum.	422
Anonymi Thesaurus Historico - Numismaticus annorum 1706, 1707, 1708, & 1709, cum Supplementis ab A. 1700 ad 1709.	175
Vita & opiniones Lucilii Vanini.	230
Historia Academia Regia Inscriptionum & ele- gantiorum Literarum. Tomus I.	339
Tomus II.	392
Elogium Hadr. Relandi.	379
Anatomia Status M. Britannia P. I & II. cum Animadversionibus.	430 ff.
Arcana historiae Europae Pars IV.	478
Bertrandi (Jo.) Vita veterum Scotorum ex ed. J. C. Franck.	47
Banduri (Anselmi) Numismata Imperatorum Rom. a Trajana Decio ad Palaeologos Augustos. Tomi II.	385
Bürger (Jo. Quodvultdeus) de statu monastico B. Lutheri.	137.
Burekhard (Jacobi) de Ulrichi de Hutten satis ac meritis Com- mentarii Pars posterior.	134
Durandus (Ursinus) vide Martene.	
Fahsii (Jo. Justi) Atrium eruditionis.	559
De Gleichenstein (Jo. Bas.) & Frid. Rudolphi Gotha diploma- tica. Tomi V.	I
Grotii (Gul.) Vita veterum Scotorum ex ed. J. C. Franck.	47
Hechtii (Godefr.) Vita Jo. Tezelii.	138
Heumannii (Christoph. Aug.) Conspectus Reipublicae Literariae.	562
De Limiers (H. P.) Historia regiminis Ludovici XIV. R. Gall.	346
Ludewig (J. Petri) Scriptorum rerum Germanicarum, impri- mis Bambergensium, Tom. I & II.	289
Martene (Emundi) & Ursini Durandi Thesaurus novus Anec- dotorum. Tomi V.	481
Itinerarium Literarium. Tomi II.	488
Cccc 2	De

INDEX AUTORUM

<i>De Montchal Commentarii, quibus multa ad historiam Card. Richelii pertinentia illustrantur.</i>	454
Pokh (Jo. Jos.) <i>Politico-Catholicus Peregrinator.</i>	359
Reimmanni (Jac. Frid.) <i>Idea Systematis Antiquitatis literaria.</i>	356
Reinhardi (Jo. Georg.) <i>Meditationes de Jure Principum Germaniae, cum primis Saxonia, circa Sacra, ante tempora Reformationis exercita.</i>	88
Roperi (Guil.) <i>Vita Thoma Mori.</i>	475
Rudolphi (Frid.) & Jo. Bas. Gleichenstein <i>Gottha diplomatica. Tomi V.</i>	I
Rutilii (Bernardi) <i>Vita veterum JGtorum ex ed. J. C. Franck.</i>	47
Schmidii (Jo. Andr.) <i>Helmstadtum per Fräwenradam valde afflictum, tandem ab eadem liberatum.</i>	95
Schoettgenii (Christiani) <i>Historia Wurcena urbis.</i>	92
Stollii (Gottlieb) <i>brevis Introductio in historiam literariam.</i>	558
Vogelii (Jo. Jac.) <i>Vita Jo. Tezelii.</i>	139
Walchii (Jo. Georgii) <i>Conspectus eruditionis universalis.</i>	561

VI. Libri Miscellanei.

A. <i>J. Diploma Caroli M. de schola Osnabrugensis ecclesie critice expensum.</i>	422
<i>Anonymi nova variorum scriptorum collectio tam editorum quam ineditarum.</i>	189
<i>de eruditione mulierum, sive Bibliotheca mulierum.</i>	226
<i>Dissertationes publicatae in Academica Inscriptionum & liter. Human.</i>	392
<i>Observatio de tractatibus Theologicis Card. Augustini Origgii, in qua inquiritur, an Dion. Petavius Dogmatum suorum libros ex iisdem hausisse censendus sit.</i>	491
Banduri (Ans.) <i>Numismata Imper. Rom. a Trajano ad Palaeologos, Tomi II.</i>	385
	Black

INDEX AUTORUM

Blackmore (Rich.) <i>Tentamina de diversis argumentis. Tomus II.</i>	263
Böhmii (Ge. Diet.) <i>Commentarius de particulis linguae Latinae & Germanicae.</i>	557
Cyrillus <i>vide</i> Herrichen.	
Driefschij (Gerh. Corn.) <i>Exercitationes Oratoriae.</i>	238
Edmundi Ep. Lincoln. <i>methodi, quibus in erigendis scholis Cbaritatis in Anglia usi sunt eorum Curatores.</i>	353
Empiricus <i>vide</i> Sextus.	
Fahsij (Jo. Justi) <i>Astrum eruditionis.</i>	559
Francofurtenses <i>Exercitationes subiectivae. T. I Sect. I.</i>	44
<i>. Sect. II.</i>	499
Gaudentii (Paganini) <i>de Philosophia apud Romanos initio & progressu.</i>	102
Gebhardi (Jani) <i>Crepundiorum Libri III.</i>	164
<i>Antiquarum Lektionum Libri II.</i>	164
Hankii (Martini) <i>Monumenta pie defunctis olim erecta.</i>	287
Herrichen (Jo. Gotthofredi) <i>Poemata Graeca & Latina.</i>	132
Höumanni (Christoph. Aug.) <i>Oratio de tribus scholae finibus & alia.</i>	39
<i>Præfatio ad G. D. Böhmii Comm. de particulis linguae Latinae & Germanicae.</i>	557
<i>Conspectus Reipublicae Literariae.</i>	562
Jensij (Joh.) <i>Ferculum Literarium.</i>	38
Leibnitij (Georgii Guil.) <i>Otium Hanoveranum sive Miscellanea.</i>	III
Liebe (Christ. Sigism.) <i>Numi Ludovici XII R. Galliae, epigraphe Perdam Babylonis nomen insignes, illustrati & desenssi.</i>	41
Le Noir (Phil.) <i>Magnus Emanuel, Poema Christianum Italice conversum.</i>	355
Oudini (Casmiri) <i>Trias Dissertationum Criticarum.</i>	107
Patini (Guidonis) <i>Epistole ineditae ad Car. Sponium. Tomi II.</i>	516
Pezii (Bernardi) <i>Dissertatio apologetica pro editione integri Syntagmatis Diplomatico-Historico-Epistolaris Udabrics Babenbergensis.</i>	345

INDEX AUTORUM

Phædri <i>Fabula, ex recensione Gottfridi Richteri.</i>	343
Pofneri (Jo. Casp.) <i>Eloquentia Academica.</i>	474
Reimmanni (Jo. Frid.) <i>Idea systematis antiquitatis literariae.</i>	356
Schminckii (Jo. Henr.) <i>Syntagma Criticum variorum Autorum.</i>	163
Sexti Empirici <i>Opera Graece & Latine, cum notis Jo. Alb. Fabricii.</i>	337
Stollii (Gottlieb) <i>brevis Introductio in historiam literariam.</i>	558
Syrbii (Jo. Jac.) <i>Institutiones Philosophiae rationalis ecclésiasticae.</i>	327
Vorstii (Jo.) <i>de Latinitate selecta liber.</i>	378
Zinzerlingi (Just.) <i>Criticorum juvenilium Promulsus.</i>	163
Walchii (Jo. Georgii) <i>Conspéctus eruditionis universalis.</i>	561

INDEX RERUM

<p>A Bælaridi (Petri) <i>Theologia Christiana.</i> 487</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Expositio in Hexameron, & sepulcrum.</i> 487 sq.</p> <p style="padding-left: 4em;"><i>errores.</i> 491</p> <p>Abjather <i>num a Salomone depositus?</i> 369, 372</p> <p>Abortus <i>vitalitas.</i> 353</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>per epilepsiam concitata.</i> 353</p> <p style="padding-left: 4em;"><i>ex veneno.</i> 353</p> <p>Academiarum <i>Inscriptionum Parisiensis historia.</i> 340</p> <p>Academiarum <i>custodia in Anglia necessaria.</i> 377</p> <p>Acclamationes <i>populi in inaugurationibus Regum quid notent?</i> 349</p> <p>ΑΙΙΙΝ <i>vox explicata.</i> 405 sq.</p>	<p>Accemeterum <i>monachorum origo.</i> 109</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>nomen unde?</i> 210</p> <p>Addison, <i>Poeta Anglicus, laudatus.</i> 560</p> <p>Adoptio <i>quid?</i> 196</p> <p>De <i>Adulterio num liceat pacisci?</i> 199 sq.</p> <p>Aegyptii <i>Medicina dediti.</i> 183</p> <p>Emulationis <i>utilitas.</i> 112</p> <p>Aeris <i>pressura in pulmones ut determinanda?</i> 468</p> <p>Æsopi <i>fabula a quibus inventa?</i> 114</p> <p>Æstus <i>marini nova phaenomena.</i> 241</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quantitas ut determinanda.</i> 241</p> <p>Agathias, <i>continuator Procopii, quis?</i> 121</p> <p style="text-align: right;">Agri-</p>
---	---

INDEX RERUM

Agriculturæ imperfectio ostensa.	180	cipes exclusi.	368
perfectio unde pendeat?	180	Angliæ status politicus pericu- losus.	113
Ahasverus, Esberæ maritus, quis?	101	Anglicana Bibliorum versio no- tata.	72
Albæ vitæ quid?	304	Anglicanæ Ecclesiæ schismata & controversia. 151-159, 211-226, 275-283.	
Albus color num luctus repu- gnat?	303	Anima Christi ante mundum præexistens.	411
Alexander notatus.	195 ff.	Animæ immortalitas demon- strabilis.	116
Alemannus (Nis.) notatus. 508 ff.		sensitiva & rationalis conditio.	238
Alexandrinus Codex quo Se- culo exaratus?	108 sp.	Animalium structura.	238
Algebra & Arithmetica eadem est scientia.	112	Anni in chronologia Moysi qui- nam intelligendi?	98
explicata.	11. 41	Antestandi ritus apud Roma- nos.	199
Algebraicarum veritatum in- ventionis fundamentum. 331		jus num impubes habue- rit?	199
Algeri scholastici liber de mise- ricordia.	487	Anthologiæ Codex Regius Pa- ris. descriptus.	395
America septentrionalis Tartaria alicubi unita.	285	Ἀρχαὶ νόμοι Πυθαγόρα dix Gin-Seng.	524
Amor quid?	113	EN particula explicata.	466
divinus.	274	Apocalypsis Johannis illustra- ta.	104 sq.
Ampulla Rhemensis vindicata.	399	Apocryphorum veterum utili- tas.	113
Anatomen exercuerunt Reges Ægyptii.	183	Apoplexia quid & ut curanda?	553
De Anchialo Martialis observa- ta.	397	Apostoli nomen Christo tribu- tum.	307
Aneurismatis curatio.	14	Aqua communis in tormentis refrigerandis optima.	422
Angeli quo die creati? 65. 162		adstrin-	
Angelis minor factus Filius Dei.	307		
Angli quidam notati.	464		
Angliæ Regno Pontificii Prin-			

INDEX RERUM

<i>adstringense ferro pa-</i>		<i>nova Regna emerferint.</i>	98sq.
<i>ratur.</i>	244	<i>Astronomici studii Historia.</i>	392
<i>fortis.</i>	56	<i>Athanasius, Quæstionum ad An-</i>	
<i>regis.</i>	56	<i>tiocbum Autor, quis? 109 sq.</i>	
<i>Aquæ pluvialis A. 1713 quanti-</i>		<i>Athanasii Epistola ad Marcell-</i>	
<i>tas.</i>	242	<i>inum angenuina? 108sq.</i>	
<i>in S. Cœnâ usus.</i>	297	<i>Athei in Rep. ab ethnicis non</i>	
<i>Aquila in numis quid notet?</i>	390	<i>tolerant.</i>	263
<i>Aranearum fila subtilia.</i>	242	<i>inter Philosophos qu-</i>	
<i>Archelai cum Magnete acta re-</i>		<i>nam?</i>	264
<i>cusa.</i>	443	<i>Atheismus in Rep. non toleran-</i>	
<i>Archimedis sepulcrum.</i>	396	<i>du.</i>	266
<i>Areometricæ observationes in</i>		<i>Athletæ veterum.</i>	394
<i>mari.</i>	242	<i>Atmosphæræ altitudo.</i>	241
<i>Aristarum ingens numerus ex</i>		<i>Atrophia hypochondriaca de-</i>	
<i>uno grano.</i>	179sq.	<i>functi anatome.</i>	352
<i>Aristoteles atheus.</i>	265	<i>Ave in rescriptis Principum usi-</i>	
<i>defensus.</i>	185	<i>tatum.</i>	260
<i>Arithmetica num sit Mathesis</i>		<i>Aventinæ Originis Octingenfer.</i>	
<i>universalis?</i>	112		292
<i>Et Algebra num eadem?</i>	112	<i>Annales Schibrenfer num</i>	
		<i>cum Libro VII Annal. Boic.</i>	
<i>Arma olim superstitione fabro-</i>		<i>convenient?</i>	417
<i>facta.</i>	397	<i>Augmentatio corporis per vaso-</i>	
<i>Arnaldi (Ant.) mors.</i>	230	<i>rum expansionem.</i>	467
<i>Arndius (Car.) notatur.</i>	563	<i>Auguria veterum.</i>	394
<i>Arnicæ vis dissolvendi sangui-</i>		<i>Augustinus notatur Et laudatur.</i>	
<i>nem.</i>	352		298
<i>Arriani dissertationes Epistola</i>		<i>Aurei velleris origo.</i>	55
<i>promissa.</i>	339	<i>Aurum ejusque labores metalli-</i>	
<i>Arteriæ trunci ad ramos</i>		<i>ci.</i>	54
<i>quam rationem habeant?</i>	467	<i>nativum.</i>	54
		<i>in filice.</i>	55
<i>Asini cultus Judæis cur. obje-</i>		<i>friabile.</i>	55
<i>ctus?</i>	341	<i>fulminans.</i>	59
<i>Ex Assyriaci Regni ruinis num</i>		<i>arte feri nequib.</i>	59
		<i>irre-</i>	

INDEX RERUM

Aurum irreducibile reddi nequit.	59	Balfazar in Daniele quis?	100
<i>medicinam universalem non largitur.</i>	59	Baluzius (Seeph.) refutatur.	90
Auri origo, generatio & proprietates.	57	Bambergenlis historia scriptores.	290
<i>gutta & grana in uvis.</i>	55. 58	Banzenles origines.	291
<i>minera & vena dantur.</i>	55	Baptismus infantum Cypriani aeo jam solennis.	294
<i>depuratio, comentatio, quartatio, separatio, purgatio & extractio ex argento.</i>	56	<i>hereticorum.</i>	398
<i>pondus & signatio.</i>	56	Baptismi Ludovici XIV R. G. notabilia.	348
<i>ab argento separatio nova.</i>	244	De Baptismo hereticorum dissertatio.	149
<i>mira ductilitas.</i>	243	<i>contraversa exstincta.</i>	300
<i>triturratio, calcinationes & precipitationes.</i>	59	Baptizantis in nomine Patria, filia & spiritus sancta baptismus num efficax?	210
<i>crocus & tinctura.</i>	59	Barati (Nic.) obitus.	343
<i>sal num datur?</i>	59	Barlaeus <i>αὐτοχρησ.</i>	117
Aurifodinae in Dacia florentes.	53	Baronius refutatur.	208
Automatopocia.	240	De Baronio iudicium P. Pithei.	519
Automatorum examen.	240	Basileensis Concilii acta ab Herm. von der Hardt collecta.	417
Automatum horologiorum descriptio.	240	Basilica, nomen templis recte tributum.	403
Azazel quid.	191	Becherus notatur.	117
B abylonis nomine num veniat Roma?	43	Bedae Libri IV in principium Genes.	486
Baconi elogium.	115	S. Bernardi Epitaphium.	488
Baelius (Petr.) notatus. 231. 265		Bernoullius (Jac.) notatur. 77	
Balduini (Tomelli) Historia Hassnoniensis Monasterii. 485		<i>(Job.) difficiliora quam Newtonus invenit.</i>	460
		<i>non est Autor Epistole pro eminente Mathematico scriptae.</i>	261
		Dddd	Ber-

INDEX RERUM

Betrāmi (Jo. Ge.) <i>Historia eccles. Luneburg. promissa.</i>	417	C adytis <i>urbis quae?</i>	190
In Beuningum <i>Conf. Amst. numus supposititiuus.</i>	349	Cælibatus <i>clericorum quando sancitus?</i>	302
☩ <i>vox explicata.</i>	407	Caffè <i>in qua arbore crescās?</i>	245
S. Biblia <i>quinam in capita & versus distinxerint.</i>	563	Calculus <i>Leibnitianus commentatus.</i>	142
Bibliotheca <i>numismatica.</i>	386	Calculi <i>differentialis inventio quando in controversiam vocata?</i>	463
Bibliothecarum <i>monasticarum status hodiernus.</i>	346	<i>vesicae sectiones.</i>	353
Bileami <i>illuminatio unde?</i>	307	Caliditatis <i>mensura.</i>	550
Blondini (Petri) <i>elogium.</i>	248	Calidum <i>innatum quid?</i>	550
Bœclerus <i>partis II historia eccles. Gothana Auctor.</i>	416.417	Calor <i>ex commixtione aquae & spiritus vini.</i>	244
Bohemiae <i>Regis juris examinata.</i>	427	De Calore <i>observata.</i>	552
Boletus <i>ramosus coralloides feticidus.</i>	245	Caminaensis <i>Episcopatus notitia.</i>	292
Bonus Eventus <i>Deus descriptus.</i>	397	Campanellæ <i>elogium.</i>	115
Botanica <i>promota.</i>	248	Camusatii (Nic.) <i>elogium.</i>	488
Boussardi <i>Commentarius de cælibatu clericorum.</i>	302	Candelabra <i>templorum ut olim efficta?</i>	402
Boyleus <i>notatus.</i>	116	Capilli <i>cur S. Johanni & Apollonio Thyaneo resecti?</i>	438
Britanniae <i>status publicus descriptus.</i>	430 ff.	Capitis <i>vulnus per accidens lethale.</i>	353
Brummerus (Frid.) <i>laudatus.</i>	198	<i>absolue lethale.</i>	353
<i>defensus.</i>	198	Capitulum <i>num sede vacante rem in feudari solitam in feudum conferre possit?</i>	361
Brunnemannus (Jo.) <i>impugnatus.</i>	46	De Capitulis <i>generalibus tractatio.</i>	486
Burchardus <i>Abbas Schwarzenensis.</i>	292	Carcaja <i>animal carnivorum.</i>	242
Buſiris <i>cur illaudatus Virgilio dictus?</i>	339	Cardanus <i>castigatus.</i>	231
Van Bynckershoek (Corn.) <i>laudatus.</i>	198	Cardinalium <i>mos subscribendi diplomata.</i>	440 ff.
		Caroli M. <i>diplomatum genuinorum</i>	

INDEX RERUM

<i>rum character.</i>	424	De Choro templi observata.	402
Carpentarii <i>nativitas & obitus.</i>		Christus Apostolus.	307
	343	<i>intercedit pro infirmis.</i>	308
Cartelius <i>notatus.</i>	116. 237	<i>tentatur a diabolo.</i>	307
<i>plagii accusatus.</i>	492	<i>filius Dei cur dicitur?</i>	409
Cartesiani <i>in physicis non impulsos fecere profectus.</i>	115	Christi <i>annus natiuitatis.</i>	398
Cartesianismus <i>qualis sit?</i>	112	<i>diuinitas asserta.</i>	410sq.
Carthaginensis <i>consilia.</i>	296.	<i>anima ante mundum preexistens.</i>	411
	298. 299	<i>nomen quoties in Epistolis Pauli occurrit?</i>	548
Casaubonus (J.) <i>laudatus.</i>	395	De Christo <i>locus Iosephi desertus.</i>	449
<i>plagii accusatus.</i>	492	Chronicon <i>Schwarzacense.</i>	291
Catala <i>quid?</i>	124	<i>Reichersbergense.</i>	292
Catenarii <i>problematis solutio generalis.</i>	173	Cicero <i>nia imitatio seruilis ex-plosa.</i>	380 sq.
Catholica <i>cur vocata Ecclesia?</i>	162	In Circulo <i>manumissionem ad-scribere quid?</i>	195
Cellarius (Christoph.) <i>emenda-tus.</i>	53	Claritas <i>idearum unde?</i>	328
Cerebrum <i>globum plumbeum diu continens.</i>	14	Clarkius <i>refutatus.</i>	409
Cerebri <i>defectus in fetu.</i>	243	Claubergius <i>commendatus.</i>	116
Chamierii <i>meres perstricti.</i>	230	Clementis <i>Alexandr. fragmen-ta recusa.</i>	443
Chamædrios <i>femina descriptio & usus.</i>	353	Clypei <i>votivi.</i>	393
De la Chaize (Franc.) <i>natiuitas & obitus.</i>	343	Cnei <i>prænomen Trajano Decio vindicatum.</i>	389
Characteres <i>arithmetici veri adhuc desiderantur.</i>	116	In Coccejum (Henr.) <i>numus me-morialis.</i>	176
Xesporovëv <i>quid?</i>	304	In Codicis <i>lectione fontes consu-lendi.</i>	46
China-Chinæ <i>cur stomachicæ?</i>	244	S. Coenæ <i>usus oblatiæ aque iur-tæ.</i>	297
Chinæ-Chinæ <i>usus & proprie-tates.</i>	244	Cognitionis <i>humane instrumen-ta & divisio.</i>	330
Chordarum <i>vibratio ab elastici-tate pendet.</i>	501		

INDEX RERUM:

Colores luctui aduersi. 303 sq.	De Cromwello epigramma. 519
S. Communionem cum hereticis uti num liceat? 213	Crumena cur Mercurio afficta? 389
Conradini de Pontifice querela. 485	Cruces stationales Bambergae. 291
Constantiensis concilii Historia & acta. 433 ff.	Cryalli Solares ut fiant? 243
Constantinum M. Romae bapti- zatum, fabula. 209	Qui Cucurbitaverit Dominum, Vasallus feudo privatur. 362
Convulsiones quid & ut curan- da? 53	Q. Curtii opus suppositivum & erroribus Geogr. scatenus. 517
Cordis vis determinata. 468	Curva celerissimi descensus inter alias ejusdem longitudinis. 74
Cornelius Ep. Rom. a Cypriano abalienatus. 296	Curvae descriptio ex data velo- citate & vi centri &c. 459
violenta morte sublatus 297	ordinatim positione da- ta. 248
Cornelii (Tb.) natiuitas & obi- tus. 343	Curvarum evolutio ulterius ex- plicata. 245
Corona Papalis triplex ut sen- sim confecta. 209	series secundam datam legem descripta. 248
Coronae imperiales S. Kunigun- dae. 291	transcendentium traje- ctoria esse possunt Algebraicae. 249
Corporis incrementum unde? 467	Cyclus Dionysianus geminus editus. 524 ff.
partes solidae semper ea- dem manent. 467	ut introductus? 527
natura & affectiones. 237	S. Cyprianus notatus. 297 sq.
Corporum coherentia unde? 112	S. Cypriani vita & scripta. 293 sq.
Creationis historia excussa. 62 sq. 72	fuga probata. 301
Crepusculi figura. 241. 242	D Aciz situs, conditio, fecun- ditas. 53
Critici dies ut determinandi? 552	Damasceno (Jo.) num recte tri- buantur orationes de imagi- nibus? 110
Crocodyli skeleton in lapide fiff- fili. 188	Danielis LXX hebdomades ut com-

INDEX RERUM

<i>computanda?</i>	101	<i>cratum.</i>	438
Deceballi thesauri a Trajano inven- venti, fabula.	53	<i>De Dictatoribus populi Rom. ob- servata.</i>	39
Decii (Trajani) uxor qua? pranonem Cnci.	389	<i>Dies critici ut determinandi?</i>	552
Definitionis Logicæ natura.	330	<i>Differentiarum ulteriorum le- ges Newtono olim incognita.</i>	462
Deus Gnosticorum.	342	<i>Differentiis secundis non est u- tendum, ubi primæ sufficiunt.</i>	456
<i>Terminus.</i>	393	<i>Diluvii universalis vestigia & argumenta.</i>	325 sq.
<i>Fidius.</i>	393	<i>Diodori Siculi fragmentum edi- tum.</i>	395
<i>Bonus Eventus.</i>	397	<i>Dionysianus cyclus genuinus editus.</i>	524 sq. 527
Dei lumen naturale ut augeatur?	112	<i>Dionysius Halicarn. explicatus.</i>	396
<i>Filius cur dictus Christus?</i>	409	<i>Dionysii Halic. chronologia.</i>	397
Deificatio in sensu fanaticorum rejecta.	308	<i>Diplomatis ab Imperatore revisi exemplum.</i>	96
Deorum Pataicorum simulacra.	393	<i>Disciplinæ arcana origo.</i>	209
<i>ignotorum nomina ex- plicata.</i>	394	<i>Disputandi methodus.</i>	334
Deliberatio ut instituenda?	116	<i>Dissentientes in Angliâ in regi- men politicum prona.</i>	279
Delictum omittendo ut perpe- tretur?	364	<i>Divi Bambergenses Gretseri.</i>	290
Delirium ut curandum?	553	<i>Docendi methodus.</i>	333
Denarii e manu excussio, servi in libertatem vindicati symbo- lum.	482 sq.	<i>Ducum Limburgensium origo & suscessio.</i>	46
Diaboli κατάγωγη & σύντρι- ψις.	307	<i>Luxemburgensium a Wal- ramo ortorum recensio.</i>	46
Diaconis potestas remittendi peccata permissa.	301	<i>Duella a Longobardis ad Fran- cos translata.</i>	366
Diaconus (Petrus) de script. Ecc.	446	<i>abrogandi consilium.</i>	367
Diametri Solaris ad Lunarem ratio.	471		
Dianæ templum S. Johanni sa-			

INDEX RERUM

<i>De Duellis Dissertatio.</i>	363 ff.	Episcopatu ut excidatur?	280
<i>Duranti (Jo. Steph.) obitus.</i>	490	Episcoporum electio num ad po-	
<i>Dynamices specimina Leibniti-</i>		<i>pulum spectet?</i>	294. 305
<i>us cum amicis communicant.</i>		<i>successio non interrupta</i>	
	III	<i>probatu impossibilis.</i>	370
<i>Dysenteria bistaria:</i>	301	Epitaphium militis gloriose.	491
<i>Gin-Seng medetur.</i>	523	<i>Επιγενομενοι Episcopi quinam?</i>	
			282
E <i>Brardi Chron. Monasterii</i>		Epocha Roma urbis ab altis ali-	
<i>Watzenensis.</i>	485	<i>ter constituta.</i>	397
<i>Ecclesia num seculari potestati</i>		Erasmii Roter. novi.	138
<i>subjecta.</i>	152 ff.	Erismatum spissitudo geometri-	
<i>cui forma regiminis a-</i>		<i>ce perperam determinata.</i>	420
<i>ptior?</i>	295	Errores Medicorum practico-	
<i>Ecclesiasticis Salomonis para-</i>		<i>rum populares notati.</i>	500
<i>phrasis poetica nova.</i>	160	<i>Newtoniani quo fato de-</i>	
<i>Echinix Wagrica.</i>	325	<i>tehti.</i>	461
<i>Echinitarum ortus.</i>	326	Erucz frugibus noxia excom-	
<i>Eclipsis Solis A. 1718.</i>	468 ff.	<i>municata.</i>	229
<i>Luna A. 1713.</i>	247	Eruditio ad usum vite necessa-	
<i>Ecliptium Solarium projectio-</i>		<i>ria.</i>	114
<i>nes.</i>	421	Eruditionis galantis definitio.	
<i>Eclogæ natura & virtutes.</i>	395		113
<i>Elementum quid & quotuplex?</i>	64	Esdrae num S. Codicem de inte-	
		<i>gro consecerit?</i>	101. 102
<i>Ellipsis ut secunda in portiones</i>		Essei cur Therapeuta dicti?	182
<i>gradibus circuli circumscri-</i>		Essentia dulcis Halensium nil	
<i>pti respondentes?</i>	246 ff.	<i>continet auri.</i>	59
<i>Eloquentiæ natura & virtutes.</i>	334	Etruscilla quanam in numis?	
			389
<i>Emeticorum usus inconsidera-</i>	500	Evagrii altercatio inter Theophi-	
<i>tus.</i>		<i>lum Christianum & Simonem</i>	
<i>Entelechia quid?</i>	237	<i>Jud.</i>	436
<i>Ephemeridum Gauppianarum</i>		Evangelistarum Harmonia no-	
<i>ratio.</i>	421	<i>va.</i>	529
<i>Epicurus Atheus.</i>	263	Eubuli (Methodii) convivium	
		<i>decem</i>	

INDEX RERUM

<i>decem virginum.</i>	44	<i>de vindicari possit?</i>	363
Eventus bonus, Deus.	397	Femoris luxati restitutio.	15
Evidentia quotuplex.	328 sq.	Fenelon laudatus & notatus.	
Excommunicatio ipso facto			227
<i>quid sit?</i>	276	Fermentatio quid?	550
<i>apud Anglos quem ha-</i>		Festa Romanorum.	393
<i>beat usum?</i>	369	Feudales consuetudines Bamber-	
Excretionum necessitas in cor-		<i>genses.</i>	290
<i>pore humano.</i>	320	In Feudo num cæcus aut simili	
Exhaustionum methodus.	142	<i>vitio laborans possit succede-</i>	
Experimenta Boylei notata.	116	<i>re?</i>	362
Extensio non est ipsa materia		Fictiones juris explosæ.	429
<i>substantia.</i>	237	Fidius Deus.	393
<i>quotuplex?</i>	237	Filius Dei cur dictus Christus?	
			409
F abricius (Georgius) sugilla-		Fistulæ lacrymalis descriptio.	
<i>tus.</i>	440		12. 13
Fabulæ gentilium perperam ex		<i>inveterata femoris cu-</i>	
<i>Scriptura derivantur.</i>	113	<i>ratio.</i>	14
Fabularum Æsopi autores &		Fistulas lacrymales curandi me-	
<i>encomium.</i>	114	<i>thodus nova.</i>	11. 243
Familiarum illustrium Ducatus		De Flatibus dissertatio.	473
<i>Saxo-Gothani catalogus.</i>	3. 4.	Fœminæ erudita.	226
Favi apum lapidescentes.	324	Fœminarum semen assertum.	
Febris definitio.	552		308
<i>quartana curatio.</i>	556	Fœminis litera commendata.	
<i>intermittentis curatio.</i>	556		227
Febre catarrhali cum tussi &		Fœtus in utero ut nutriatur?	6
<i>asthmate defuncti anatome.</i>	352		500
Febribus medetur Gin-Seng.	523	<i>est vermiculus seminis</i>	
Facialium origo, numerus &		<i>masculini cum ovulo matris</i>	
<i>munia.</i>	38. 39.	<i>unitus.</i>	6
Felicissimi schisma.	295	<i>generatio in abdomine.</i>	
Felicitatis futuri seculi natura.			15
	273	<i>mortuus e lapsu matris.</i>	
Felonix commissio num in hære-			353
			Foli.

INDEX RERUM

Foliorum usus.	181	Germani in laudandis exteris officiosi.	H5
Fontium origo.	238	Germanorum Principum legati primi ordinis a Gallis non admittuntur.	348
Fornicum amplitudo.	420	Gerochi tract. contra Simoniacos.	487
Fossilium figuratorum hypothesis diluviana rejecta.	112	Gilonis Paris. Historia Exped. Hieros.	485
Francorum origo.	399	Gin-Seng species. virtutes.	284 524
Friderici El. Sax. somnium de reformatione, verum an situm?	107	Gleichensteinii (Jo. Basili) Genealogia familiarum nobilium Gothanarum promissa.	4
Frowenrada quid? quando in Saxonia infer. sublata?	95 sq.	Globus caelestis ac terrestris nova arte constructus.	471 sq.
Fruventi maceratio num vera multiplicationis causa?	178	Gnosticorum Deus.	342
Fulmina cum lapidum magna copia circa Angerburgum.	325	Gotha urbs unde dicta?	2
G Allieni Imp. vitia in numis indicata.	390 sq.	Gothana historia diplomatibus illustrata.	1 sq.
Galli num vere Pontificii?	116	Grabius (Jo. Ern.) notatus.	108 sq.
Gassendi (Petri) elogium & obitus.	519 sq.	ebrietas & impietatis insimulatus.	109
Gelasii Papa. Decretum corruptum.	293	Græcæ literaturæ origo.	395
Generatio viventium.	185	Græca qua ratione Latine vertenda?	507
aquivoca num datur?	185	Grammatica Russica Ludolphi junta.	112
bominis ex utriusque parentis semine.	187	Grammondi jactantia & assentatio.	516 sq.
Generationsi inservit licet.	286	Granatorum manualium inventum novum.	422
De Geniis tractatus.	235 sq.	Gravitas num mechanice explicari possit?	45 sq.
Gennadius de script. Eccl. recusus.	445	Gravitatis causa mechanica nondum inventa.	45
Gentilium fabula num e Sacris derivanda?	113	num sit atberis conatus centrifugus?	45
Geometrix Angli a Bernoullio non provocati.	251		

Gre-

INDEX RERUM

Gregorius VI Pont. <i>fimonia ac-</i> <i>cusatus & defensus.</i> 440	Hieroglyphicorum <i>Egyptio-</i> <i>rum sensus.</i> 342
Gregorii IX Pont. <i>in Fridericum</i> <i>Imp. odium.</i> 483	S. Hieronymus <i>num a lectione</i> <i>Ciceronis somnio absterretus?</i> 41
Grubenbergenfes <i>antiquitates</i> <i>a Gudenio promissa.</i> 417	<i>cur scripserit Catalo-</i> <i>gum Script. Eccl.</i> 563
Guagnini (Rob.) <i>Epistola de Gal-</i> <i>lia Hispania anteferenda.</i> 483	S. Hieronymi <i>de viris illustri-</i> <i>bus liber recusuf.</i> 445
Guga (Jo.) <i>impostor.</i> 484	Hierofolyma <i>Syris & Mabome-</i> <i>danis ut dicta?</i> 99 sq.
Guitus <i>literarius nostrorum</i> <i>temporum emendatio prifco.</i> 272	Hiltenus <i>num reformationem</i> <i>pradixerit?</i> 107
H æmoptysi <i>defuncti anatome.</i> 353	Hincmarus <i>plagii infimulatus.</i> 338
Harduinus (Jo.) <i>notatus.</i> 42 sq.	Hippolyti <i>Operum editio nova</i> <i>promiffa.</i> 444
Haffenfteiniû (Bobuslai) <i>vita &</i> <i>obitus.</i> 41	Historiz <i>literariae ufus.</i> 113
Hebræa <i>lingua num primitiva?</i> 113	<i>compendia.</i> 559—564 <i>utilitas.</i> 114
Hæctica <i>defuncti anatome.</i> 352	<i>orientalis utilitas.</i> 114
Heireccii (Jo. Mich.) <i>promiffa.</i> 417	Hobbesii <i>atheifmus.</i> 265
Helena N. F. <i>in numis que-</i> <i>nam?</i> 342	Hæmorrhagiorum <i>funefta fup-</i> <i>preffo.</i> 500
Hennebergico <i>Comiti conceffa</i> <i>Hollandia.</i> 483	Hoffmanni (Casp.) <i>obitus.</i> 517
Henrici VIII R. A. <i>de VII Sa-</i> <i>cramentis liber a T. Moro per-</i> <i>fectus.</i> 476	Hollandia <i>Comiti Henneb. con-</i> <i>ceffa.</i> 483
Henricus <i>Gandavenfis.</i> 446	Homeri <i>cum Platone compara-</i> <i>tio.</i> 394
Herbaria <i>ampla & exacta.</i> 248	Homicida <i>quis jure dicendus?</i> 206
Hermannus (Jac.) <i>notatus.</i> 260	Homines <i>proprii curpaffim in</i> <i>Germania inter liberos repu-</i> <i>tati?</i> 124
<i>plagii accusatus.</i> 457 <i>defensus.</i> 502	Hominis <i>structura.</i> 238
Hefus <i>Celtarum Deus.</i> 308	Honorius <i>Augufkodunenfis.</i> 406
	Eeee
	Horæ

INDEX RERUM

Horæ num <i>Themidis filia?</i>	118	quare <i>Anglia regno ex-</i>	
Horatius <i>explicitus.</i>	396	tus.	375 sq.
Horologii <i>singularis inventio</i>		Jani (Jo. Guil.) <i>editio nova Ope-</i>	
<i>Germano contra Anglum</i>		rum <i>Hippolyti promissa.</i>	444
<i>vindicata.</i>	240	Jaansenio <i>liber Mars Gallicus</i>	
Horologiorum <i>historia.</i>	240	<i>falso adscriptus.</i>	518 sq.
<i>Solarium delineando-</i>		<i>cur odium complere Fe-</i>	
<i>rum methodus.</i>	240	<i>suita studeant?</i>	519
Hortus <i>magnificus.</i>	245	Jakchii (Valerii) <i>biographum S.</i>	
Huetius (Dan.) <i>refutatus.</i>	208	<i>Otonis.</i>	290
Hugenius <i>notatus.</i>	45	Jasminus <i>Arabicus Lauri folio.</i>	
Hugonis <i>Marchionis Tuscia</i>			241
<i>origo.</i>	502	Idearum <i>claritas unde?</i>	328
<i>Archi-Ep. Rotomag. Dia-</i>		Jeannini <i>Negotiationes commen-</i>	
<i>logorum seu Quæst. Theol. Li-</i>		<i>data.</i>	520
<i>bri VII.</i>	487	Jephthæ <i>filia fueritne immolata?</i>	
Humberti <i>Card. Libri II adver-</i>			66
<i>sus Simoniacos.</i>	487	Jesus, <i>nomen, quoties in Episto-</i>	
Humidum <i>radicale quid?</i>	550	<i>lis Paulinis occurrat?</i>	548
Humor <i>amni coloris atramen-</i>		Ignis <i>quid?</i>	60
<i>titii.</i>	500	<i>quoruplex?</i>	63.64
De Hutten (Ulrich.) <i>vita &</i>		Ildefonsus <i>de Script. Eccl. recu-</i>	
<i>scripta.</i>	134 sq.	<i>fus.</i>	446
Hydrocephalo <i>defuncti anatome.</i>		Iliaca <i>passione mortui anatome.</i>	
<i>mc.</i>	353		555 sq.
Hydrostatica <i>experimenta.</i>	56	<i>laborantis remedium.</i>	556
Hypochondriacum <i>malum un-</i>		Illuminationis <i>distinctio in pri-</i>	
<i>de?</i>	269	<i>mam & secundam.</i>	307
Hypochondriaci <i>mali subje-</i>		Imaginatio <i>gravida quid pos-</i>	
<i>ctum num sit lien?</i>	269	<i>sit in fectum?</i>	242
Hypotyposis <i>quid?</i>	338	Imagines <i>inter precandum in-</i>	
Hysterica <i>passio unde?</i>	270	<i>treri periculosum.</i>	116
		Imperatores <i>quando eligi cepti?</i>	
Jacobus II <i>R. A. num ob reli-</i>			480
<i>gionem Pontificiam regno</i>		Imperatorum <i>potestas monar-</i>	
<i>exclusus?</i>	372 sq.	<i>chica.</i>	480.
			Im-

INDEX RERUM

<p>Immortalitas <i>demonstrabilis.</i> 116</p> <p>Indicans & <i>Indicatio unica.</i> 52</p> <p>Indifferentissimus <i>in religione taxatus.</i> 308</p> <p>Indulgentiæ <i>ut invecita sint & revocata?</i> 439</p> <p>De <i>Induratione Pbaraonis quid censendum?</i> 65</p> <p>Infantes <i>tenelli ut nutriendi?</i> 8</p> <p>Infantium <i>in diata errores.</i> 8</p> <p>Infantibus <i>tenellis succus ruta non est prabendus.</i> 8</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>mammæ proprias porrigere debent matres.</i> 8</p> <p>Infanticidium <i>dubium.</i> 353</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>apertum.</i> 353</p> <p>Infanticidii <i>exculpato.</i> 353</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>signum probabile.</i> 353</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>signa ambigua.</i> 353</p> <p>Inflammabilitatem <i>sulphurum cur augeat nitrum?</i> 243</p> <p>Ingeniosi <i>contumelias ferre nesciunt.</i> 115</p> <p>Injuriz <i>a politioribus gentibus neglecta potius quam vindicata.</i> 364</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>vindicatio necessaria.</i> 364</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quando omit-</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>tendi?</i> 365</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quotuplex & ut</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>institueda?</i> 365 sq.</p> <p>Inscriptionum <i>Academia Reg. Paris. historia.</i> 340 ff.</p> <p>Insecta <i>sunt animalia imperfecta.</i> 185</p>	<p><i>Insecta ex putredine oriuntur.</i> 186</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>non omnia creata sunt.</i> 186</p> <p><i>In Instrumentis cur membrana virgo adhibenda?</i> 361</p> <p><i>Infulæ in flumine publico enatae num sint publica?</i> 44</p> <p>De <i>Infulis (Alani Magni) epitaphium.</i> 489 sq.</p> <p><i>Internodia culmerum gommis grævida.</i> 179</p> <p><i>Intersecciones sectionum conicarum.</i> 245</p> <p><i>Interventores Episcopi quinam?</i> 282</p> <p><i>Inventores quinam?</i> 114</p> <p><i>Jobertus (Lud.) notatus.</i> 387</p> <p><i>S. Johannes Evang. num & ubi ferventis olei supplicio multatus?</i> 437</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>dormire bodieque factus.</i> 439</p> <p><i>Josephus a Sam. Petito prelo paratus.</i> 517</p> <p><i>Josephi locus de Christo defencatus.</i> 449</p> <p><i>Josias Rex Juda ut Herodoto audiat?</i> 99</p> <p><i>Iperii (Jo.) Chron. Scythienfè S. Bertini.</i> 485</p> <p><i>Irenæi Alexandr. fragmenta recusa.</i> 443</p> <p><i>Iridis explicanda fundamentum ex Keplero desumptum.</i> 112</p>
--	--

INDEX RERUM

Isidorus <i>Hispal. de Scriptor. Eccl. recusuf.</i>	446	Newtono <i>manu ductore indiget.</i>	460
<i>Pseudo-Isidorus expofus.</i>	208	<i>non est primus problematis inverfi virium contralium in cafu fpeciali folutor.</i>	458
Jucunditas <i>effe debet in pccate.</i>	115	<i>paria cum Leibnitio & Bernoullio preftare nequit.</i>	460
Judæi <i>quo tempore fuerint maxime Chriftianis infenfi.</i>	487	<i>fibi met ipfe contradicit.</i>	464
Judzorum <i>hifloria e V. T. illuftrata.</i>	97	<i>technis occupare nititur.</i>	Newtonum.
Julia, <i>Clivia & Montium hifloria promiffa.</i>	239	Keilii (Jo.) <i>calumnia.</i>	457. 461. 462
Juramenta <i>veterum.</i>	393	<i>imperitia & partium ftudium.</i>	454. 455. 458. 466
Jureconfultorum <i>in Pandectis memoratorum vitæ.</i>	47 fq.	<i>exigua in Geometricis auctoritas.</i>	454. 462
Jus <i>non fcriptum Romanorum num a Lacedæmoniis?</i>	194	<i>vanitas.</i>	464
Julianiani <i>patria. 120. 515 fq. avaritia, crudelitas, mors.</i>	120 fq.	A Kempis (Thomæ) <i>liber de imit. Chrifti abjudicatus.</i>	488. 489
K. <i>Litera falforum Carolt M. diplomatum index.</i>	424	Keplerus <i>notatus.</i>	98
Keilius (Jo.) <i>affectibus indulget.</i>	463	Kircherus <i>notatus.</i>	342
<i>conviciis laceffit viros fe preftantiores.</i>	262	Knorrus a Rosenroth <i>Harmonia Evangelica auctor falfo creditus.</i>	416
<i>gloriatur de rebus exigui momenti.</i>	455. 456. 458.	S. Kunigundæ <i>corona imperiales.</i>	291
<i>impudentiffimus.</i>	462	L <i>Ac B. Mariae confecratum, re vera vaccinum.</i>	490
<i>litibus inclarefcere fudet.</i>	463	Lambecii (Petri) <i>character.</i>	112
<i>mifer Newtoni defenfior.</i>	462	Lancelloti <i>editio Phædri calligata.</i>	563 fq.
<i>Newtonianorum repetitor.</i>	460	Langii (Joach.) <i>in Ep. Pauli ad Ti-</i>	

INDEX RERUM

<i>ad Timotheum & Titum</i>	Lex §. ult. L. 65 ff. de conquir.
<i>Commentarius promissus.</i>	70 <i>rer. dominio illustrata.</i> 44
<i>Lapis Lydius.</i>	56 <i>XI de Judais & Cælicolis</i>
<i>fissilis crocodilo notatus.</i>	<i>explicata.</i> 499
	188 <i>Legis Saticæ origo.</i> 399
<i>fulminaris.</i>	325 <i>Leges Claudii & Commodi nul-</i>
<i>Lapides terra similes.</i>	51 <i>lius efficacia.</i> 119
<i>animalibus innati.</i>	51 <i>Libellatici quinam?</i> 302
<i>ἰδιόμορφος.</i>	51. 52 <i>Libertas num inastimabilis?</i> 123
<i>Angerburgensis.</i>	322 sq. <i>Libri in ana desincentes notati.</i>
<i>Lapidum figuratorum ortus un-</i>	<i>de?</i> 52 <i>Librorum a vermibus servan-</i>
<i>De Lapidibus qui scripserint?</i>	323 <i>dorum remedium.</i> 228
	<i>Lichen petraeus stellatus flores</i>
<i>Launojus Sanctorum expunctor.</i>	518 <i>& semina habet.</i> 244
	<i>Lienis theoria.</i> 268
<i>Legati primi ordinis Princi-</i>	<i>Limburgensis historia promif-</i>
<i>pum Germania a Gallis non</i>	<i>sa.</i> 239
<i>admittuntur.</i>	348 <i>Limburgensium Ducum origo</i>
<i>Leibnitius unioni Protestanti-</i>	<i>& successio.</i> 46
<i>um favet.</i>	112 <i>De Limiers (H.P.) notatus.</i>
<i>quantum temporis</i>	347-350
<i>principiis Philosophia exa-</i>	<i>Lineale gnomonicum.</i> 240
<i>minandis impenderit?</i>	112 <i>Lingua Hebraea num primige-</i>
<i>tentat pulsus Ana-</i>	<i>nia?</i> 113
<i>lyskarum Anglorum.</i>	252 <i>Persica multa habet e</i>
<i>Leibnitii humanitas.</i>	111 <i>Germanica.</i> 115
<i>character.</i>	115 <i>Turcica mire mixta.</i> 115
<i>merita Bernoullio esti-</i>	<i>In Lipstiensem Actum unioni An-</i>
<i>mata.</i>	252 <i>glie & Scotia sacratum nu-</i>
<i>elogium.</i>	462 <i>mus memorialis.</i> 177
<i>De Leopardi (Pauli) Vita Ari-</i>	<i>Literariz historie compendia.</i>
<i>stippi judicium.</i>	560 559-564
<i>Leoninas frontes cur fulcra</i>	<i>usus.</i> 113
<i>brachiorum in cathedris tem-</i>	<i>Lizieux (Zach.) opuscula.</i> 520
<i>plorum representent?</i>	402 <i>Loci reales morales.</i> 46

INDEX RERUM

Lockii <i>consilium</i> Wilhelmo III	<i>cum Jo. Hufso comparatus.</i>
R. A. datum. 377	106
Logica <i>probabilium</i> ad huc <i>de-</i>	<i>ad suscipiendam refer-</i>
<i>siderata.</i> 112	<i>mationem divinitus vocatus.</i>
Logicæ <i>historia</i> , <i>divisio</i> & <i>finis.</i>	107
327 fl.	<i>num Hilteno preceptore</i>
Lucernæ <i>mortuis accensa.</i> 293	<i>usus?</i> 107
Lucianus <i>emendatus.</i> 39	Lutheri (Mars.) <i>status monasti-</i>
Luctus <i>fæminarum qualis esse</i>	<i>cur.</i> 137 sq.
<i>debeat?</i> 303. 304	Lux <i>quid?</i> 60
Luctui <i>qui colores adversi?</i>	<i>sale contenta.</i> 60
303 sq.	<i>primigenia ut Solem ante-</i>
Ludi <i>multa ad artem invenien-</i>	<i>cesserit?</i> 62 sq.
<i>di utilia continent.</i> 115	Luxationum <i>restitutio.</i> 15
Ludorum <i>tractatio</i> <i>Mathema-</i>	Luxemburgensis <i>historia pro-</i>
<i>tica cur utilis?</i> 115	<i>missa.</i> 239
Ludovicus XII R. G. <i>num testis</i>	Lysimachei <i>thesauri, Ferdinan-</i>
<i>veritatis ante Lutherum?</i>	<i>do Imp. donati, ficti.</i> 53
42	
Ludovici XIV R. G. <i>vita.</i> 346 fl.	M Abillonii (Jo.) <i>natiuitas</i>
De Ludovici XIV R. G. <i>bapti-</i>	<i>et obitus.</i> 343
<i>simo singulare.</i> 348	Machiavelli <i>encomium.</i> 114
<i>coronatione sui</i>	Machina <i>portatilis ad teleSCO-</i>
<i>gulare.</i> 349	<i>pia majora sustinenda.</i> 247
Lues <i>venerea</i> <i>quotuplex?</i> 233	Maculæ <i>Solares observata.</i> 247
Luis <i>venerea cura.</i> 234	470
Lue <i>venerea</i> <i>mortuorum anato-</i>	<i>In Magliabechium numus me-</i>
<i>mie.</i> 234 sq.	<i>moralis.</i> 177
De Lue <i>venerea tractatus.</i> 222	Magnetis <i>phenomena explica-</i>
Lumbri <i>terrestres ut exhiben-</i>	<i>ta,</i> 50. 51
<i>di?</i> 556 sq.	Magorum <i>historia excussa.</i> 100
Lumen <i>natura ut in nobis au-</i>	sq.
<i>geatur?</i> 112	Malpighii <i>liber de bombycibus</i>
Lutherus (Mart.) <i>testis veri-</i>	<i>commendatus.</i> 114
<i>tatis omnium eminentissimus.</i>	Manceps <i>unde dictus?</i> 197 sq.
106	Mandragora <i>Theophrasti est</i>
	<i>Gin-</i>

INDEX RERUM

<i>Gin-Seng.</i>	524	<i>na defensa.</i>	318 sq.
Manumissionem in circulo ad-		Medendi methodus apud <i>Egy-</i>	
scribere quid?	195	ptios.	184
Manus vulnus periculosum.	353	Mederi quid sit?	318
Marcelli (<i>Guil</i>) obitus.	490	Medica <i>Systemata rejecta.</i>	127
Marchantia stellata.	244	praxis ut instituenda?	
B. Maria in sancto sanctorum			127. 128. 131
non educata.	308	Medicamenta ex plantis com-	
B. Mariz semen.	308	posita.	248
lac revera vaccinum.		Circa Medicamenta fraudes.	
	490		127
Marina metallica.	51	Medicamentorum probitas ut	
corpora ut ad summos		conservanda?	128. 129. 131
montes pervenerint?	52	quantitatem	
Marinorum genera.	52	secretionum alterantium ops-	
Marmor Angerburgense.	323	ratio.	468
Mars obsorbens.	243	due sunt clas-	
Martis limatura croco ejus an-		ses suprema.	321
referenda.	243	Medici veri cur deficiant?	125
arbor.	243	boni requisita.	126
Martene (<i>Emundi</i>) in literas		non pro lubitu a vulgo	
merita.	481. sq. 488	eligendi.	128
Materiæ divisibilitas illustrata.		de erroribus commissis	
	242	respondere tenentur.	130
Mathematicæ institutiones.	283	Hebraei.	182
Mathematici Sexti Empirici		Medicina ab <i>Essais exculta.</i>	182
quinam?	338	ab <i>Egyptiis exculta.</i>	
Matheleos incrementa unde?	40		183
Mathesin in <i>Philosophiam scho-</i>		a <i>Judeis corrupta.</i>	185
lasticam quis introduxerit?		rationalis systematica.	
	112		316
Maurus (<i>Hortensius</i>) Poeta Ita-		Medicinæ emendanda consili-	
lus, laudatus.	239	um.	125
In Mazarini ignominiam cust		perficienda obstacula.	127
rumi.	349	desistito.	549
Mechanica principia Medici-		tyro ut instruendus?	129
		studiose	

INDEX RERUM

<i>studiosi ut examinandi?</i>		<i>mola quassatoria.</i>	56
	130	<i>origo.</i>	57
<i>universalis historia.</i>	181	<i>tinctura.</i>	243
<i>origo.</i>	182	<i>Metaphysica suas habet demon-</i>	
<i>stratores apud Aegyptios.</i>		<i>strationes.</i>	114
	184	<i>Metempsychosis ab Helmonio</i>	
<i>principia Mechanica de-</i>		<i>defensa.</i>	117
<i>fensa.</i>	318 sq.	<i>Methodus disputandi promif-</i>	
<i>progressus a neegypti.</i>		<i>sa.</i>	46
<i>Hippocratica impeditus.</i>	473	<i>communicande co-</i>	
<i>Fundamenta Theoreti-</i>		<i>gnitionis varia.</i>	333
<i>co-practica.</i>	520	<i>Mathematica unde</i>	
<i>morbi.</i>	521	<i>suam certitudinem habeat?</i>	
<i>ut curandi?</i>	522		332
<i>Medullæ usus.</i>	181	<i>Michelsburgensis cænobii Ab-</i>	
<i>Melliti Laodiceni vita S. Jo-</i>		<i>bates.</i>	290
<i>bannis Evang.</i>	437	<i>Militia literata.</i>	46
<i>Menckeni (Jo. Burch.) Oratio</i>		<i>Millennii regnum quousque du-</i>	
<i>solennis in unionem Anglia</i>		<i>raturum?</i>	450
<i>& Scotia habita Lipsia.</i>	177	<i>Ad Minellii modum editi auto-</i>	
<i>Mens immortalis a spiritu in</i>		<i>res rejecti.</i>	564
<i>homine distincta.</i>	473 sq.	<i>Miræi (Aub.) Bibliotheca Eccl.</i>	
<i>Mercurii statua singularis.</i>	389	<i>recusa.</i>	445
	sq.	<i>Misaensium Episcoporum series.</i>	
<i>vita celestis antifebrilis</i>			95
<i>preparatio.</i>	556	<i>Misnæ Marchionum privile-</i>	
<i>Circa Mercurii sublimationem</i>		<i>gia.</i>	427
<i>phenomenon.</i>	244	<i>Misnæ pro defunctis Cypriani</i>	
<i>Meirou Episcopi quinam?</i>	282	<i>ævojam nota.</i>	294
<i>Messanensis seditionis causa.</i>		<i>Misnio physica ut fiat?</i>	238
	350	<i>Moivræi encomium.</i>	455
<i>Metalli vox quid notet?</i>	51	<i>Molz quassatoria metallorum.</i>	
<i>Metallicæ rei iura.</i>	57		56
<i>Metallotheca.</i>	49	<i>Monadæ nec oriuntur nec oc-</i>	
<i>Metallorum natura, origo &</i>		<i>cidunt.</i>	113
<i>differentia.</i>	51	<i>De Monarchia Assyriaco-Baby-</i>	
		<i>lonica</i>	

INDEX RERUM

<i>Ionica quid sentiendum?</i> 66sq	<i>res delegati.</i> 274
Moneta <i>Dacica.</i> 57	Muratorii (<i>Lud. Ant.</i>) <i>disquisitio de Manicheorum anathematibus recusa.</i> 443
Monetariz rei <i>jura.</i> 57	Murorum <i>vallis terreis obnitentium amplitudo.</i> 420
Montanus (<i>Arias</i>) <i>unde dictus Montanus?</i> 230	
Montmort (<i>Petr.</i>) <i>character & mors.</i> 518	
Moralis <i>scientia demonstrativa ut evadat?</i> 112	N Abuchodonosor <i>in libro Judith memoratus quis?</i> 99
Morbi <i>definitio, divisio, causa.</i> 551	Narium <i>hemorrhagia per adstringentia minime sistenda.</i> 500
Morborum <i>causa in primis visis harent.</i> 321	Natura <i>quid?</i> 64 318
<i>duo sunt genera.</i> 320	Neomègorum <i>urbes quae dictae?</i> 390
Mori (<i>Tb.</i>) <i>vita.</i> 475 ff.	398
<i>Epistola.</i> 477	Nestoris <i>character.</i> 394
<i>character & virtutes.</i> 477	Newtonus (<i>Jf.</i>) <i>in ratiocinandi formam impingit.</i> 455
In Morionem <i>epigramma.</i> 239	<i>monitus a Bernoullianis novam Principiorum editionem ab erroribus purgat.</i> 461
Morifotus (<i>Cl. Barth.</i>) <i>autor Veritatis Lacrymarum.</i> 516	<i>miserum defensorem nactus.</i> 462
Mors <i>subitanea ab excrescentia polyposa in capite.</i> 352	<i>in demonstrando labitur.</i> 502
Mortuis <i>sacrificia data.</i> 202 sq.	<i>ex studio partium Kellii nullam gloriam consequitur.</i> 466
<i>lucerna accensa.</i> 203	<i>veram differentian-</i>
Mortuorum <i>cultus unde natus?</i> 393	<i>di methodum a Bernoullio edoctus.</i> 465
Motthii Vayerii <i>character.</i> 517	<i>quibus mediis ab erroribus liberatus fuerit?</i> 465
<i>opera Duci Andegavensi supposita.</i> 520	Newtoniani <i>conviciis & clamore decertant.</i> 262
Motus <i>gravium canonis generales.</i> 45	
<i>chordarum theoria.</i> 501	
<i>intestinorum in passione thaca.</i> 248	
Mundi <i>plures eorumque curato-</i>	Ffff Newto-

INDEX RERUM

Newtonianorum rixandi studium Bernoullius improbat.	262	Ex Oculis ut sumatur criterium incorrupta?	123
Nigrifolius notatus.	186	Odonis carmen de varia Ernesti Bavari fortuna editum.	485
Nili species.	284	Odyssæ chronologia.	292
Nitrum cur sulphuris inflammabilitatem augeat?	243	Oettingenses origines.	292
Nitri & spiritus ejus diversi effectus unde?	243 sq.	Offerre, ecclesiastici muneris functio.	295
Nobilitas quid?	429	Oifelius notatus.	195 ff.
Novatiani schisma.	196	Opinio num finis Logica?	330
Numus Beuningii fictitius.	349	Optati Galli Liber Richelio oppositus.	452
Ludovici XII R. G. cum epigr. Perdam Babylonis nomen, explicatus.	42 sq.	Ordinatio & electio ministrorum ecclesie quibus competat?	304
Numi Romani in Prussia effossi.	325	Oregii (Augustini) Opera, scholastica.	494
Conob signati.	342	encomium & opera.	496
in Mazarini ignominiam cusi.	349	Orflyrei (Jo. Ern. Elia) perpetuum mobile stabilium.	497
a Trajano Decio ad Palologos explicati.	388 ff.	Orientales Episcopi baptismum hereticorum damnant.	299
Constantini Chlori detecti.	398		300
Numismatica res Romanorum	56	S. Orientli, Poeta Christiani, Commonitorium.	486
Bibliotheca.	386	Origines Banzenses.	291
• Nuptiæ per in manus conventionem.	196	Oetting. & Murenses.	292
Ad Nutritionem quid requiritur?	320	De Osnabrugensis eccl. scholæ diploma Caroli M. examinatum.	422
In O beliscis Egyptiorum non Theologia sed historia delineata.	342	Osteocolla ut generetur?	324
Observationes areometrica vindicata.	242	S. Ottonis biographum.	290
		Oudini (Casim.) obitus.	108
		de Script. Eccl. opus promissum.	110
		Ovulum fecundatum in ovario reper-	

INDEX RERUM

<i>reperitum.</i>	44	Patrum lectio commendata.	146
Ovula humana sunt dubia,	187	Pavillonii (Steph.) natiuitas & obitus.	343
P Almyrenæ inscriptiones.	389	Paulus Apostolus cur ad dextram Petri collocatus?	209
S. Pamphili Martyris Expositio Actuum Apostol. recusa.	444	De Pauli Apost. vita & Epistolis Commentarius.	544
Pancreatis scirrhus defuncti anatomie.	353	Paulus (Jul.) J. C. us an Romanus?	48
Papæ nomen inferiori Clero commune.	295	Paulus dictum olim pro parvus.	163
Papyri conficienda modus quando ceperit?	103	Pavo in numis quid notet?	390
Parabolarum trajectory elliptica est.	258	Peccati in Spiritum S. natura.	307
Paradoxum Geometricum.	245	Pentateuchus omnis eruditio nis scaturigo.	68
Paralyfis quid & ut curanda?	553	Pentateuchi autoritas diuina asserta.	65
Parentum liberos olim confectantium ritus.	394	In Pentateuchum paraphrasis.	70
Parheliarum observatio.	247	De la Perene (Gust.) Gesta Britonum in Italia sub Gregorio IX.	486
Παρόσια quid?	303	Perfectionibus quid accensendum?	112
Particulæ Latine & Germanicæ comparatæ & explicatæ.	557	Perpetuum mobile Orffyreï vindicatum.	497. 498
Pascalii character.	115	a Wolfio pro pure mechanico non habetur.	499
Pataicorum Deorum simulacra.	393	Petavius (Dion.) a plagii crimine liberatus.	491 ff.
Pater prima Diuinitatis Persona cur dicta?	409	notatus.	525
non in Nouo-testamento Testam. dicitur.	306	laudatus.	492
Patini (Caroli) vita.	520	De Petauii (Dion.) Dogmatibus Theol. iudicium Grotii.	517
Patriarcha Gallie ut constitutus laborauerit Richelius?	451		sq.
	453		
		Ffff 2.	Pete.

INDEX RERUM

Petechialium februm historia.	351	Elementa.	235
Peterfenii character.	116	natura, obiectum, di-	
Petrus quando Romam venerit?	208	visio.	236
Petiti (Sam.) mortis causa.	517	In Physicis quousque Philoso-	
Phædrus emendatus.	344	pho progredi liceat?	64
Pharmacopolia ut visitanda?	129	Physiologia Ægyptiorum que?	183
Philippus Arabs non Christianus?	208 sq.	Pilarum crassities.	420
Philosophia vetus commendata.	114	Pindari character.	395
Philosophie moralis incrementa ut promovenda?	46	Oda proxime ad Psalmos Davidicos accedunt.	395
Philosophorum Arabum Theologia naturalis commendata.	113	Pisanus (Th.) quis fuerit?	400
Phocylidis carmina supposititia.	202	Pisane (Christiane) vitæ.	400
Phœnicum migrationes.	67	Plagiariorum exempla.	458-492
Phœnix avis, commentum.	474	Planetarum origo.	63
Phosphorus hermeticus.	61	Plantarum novum genus.	244
Phosphori elementorum.	61	structura.	238
animalium.	61	Platonis cum Homero comparatio.	394
vegetabiles.	61	Pleuritidis remedium.	556
artificiales.	61	Plinius restitutus.	390
Phosphoris lumen novum accensum.	60 ff.	Pluvialis aquæ quantitas A. 1713.	242
Phthisi defuncti anatomie.	352	Pœsis contra Fabrum defensa.	395
Physica a Mathefi disjuncta qualis?	115	Pœtæ Galli vetusti.	399
quomodo excolenda? 115		Politico statui jus in clerico vindicatum?	368
Ægyptiorum que? 183		Polygona regularia inscribendi & circumscribendi methodus.	245
que sit? 236		Pomeranice historia illustrata.	292
Physicæ incrementa unde? 46		Pontificum Rom. Historia nova.	207 ff.
mechanico - perceptiva		Pontium theoria apodictica.	420
		nava-	

INDEX RERUM

<i>navallium descriptio.</i>	422	Pfellus (Mich.) num libros IV	
Porti in corporibus compactis de-		de urbe CPtana scripserit? II0	
monstrati.	244	Puchardi (Juliani) natiuitas	
Possibilia quotuplicita?	236	et obitus.	343
Potentiarum series ut summan-		De Pucholtz (Wenc. Neumann)	
de?	142	refutatus.	425 ff.
Prædestinationis nodus ut solva-		De Pudendorum morbis, tra-	
tur?	113	ctatus.	232
Præjudiciorum species.	329	Pudicitia templum Roma quan-	
Præfidentes in Ecclesia quinam?		do et cur B. Maria consecra-	
	304	tum?	401
Præfensiones illustres a Spenero		Pulsus probe observant Sinenses.	
collecta.	115		184
Preces num fundere liceat pro		diversi in diversorum tem-	
Principe usurpatore. 150 sq.		peramentorum hominibus. 551	
B. Virgini de Gratia ob-		Puncta vocalia quando inventa?	
lata.	403		102
Prideaux (Humphredus) refuta-		Purgantia specifica defensa. 468	
tus.	99	acriora improbata. 500	
Primogenitorum prerogativa		Purgatio innocentia quando in-	
apud Ebræos.	408	venta?	366
Principi num jus competat in		Purpura militari defuncti ana-	
clericos?	222. 368	tome.	352
Principia prima Logica.	329	luctui adversa.	303
Problema celerrimi descensus		Patredinis vis activa.	186
metodo directa solutum.	86	Pyle (Th.) notatus.	73
Problemata Verzaglia propo-		Pyrotechnia singularia.	422
ta.	175	Q uadratura spatii circula-	
Problematum isoperimetrico-		ris.	246
rum nova solutiones.	16. 32	Quantitas sanguinis determi-	
Proconsules divinis honoribus		nata.	467
maectati.	394	Quinquagesimus usus ac proprietates.	
Proverbiorum Salomonis para-			244
phrafi poetica nova.	160	R anarum juscula quibus	
Prunorum sylvestrium figura		morbis medeantur? 555	
irregularis.	244	Reformationis negotio ut di-	

INDEX RERUM

<i>vinis providentia se exeruerit?</i>	105 sq.	<i>degavensem collatum.</i>	484
<i>Regnum medio avo notat coronam.</i>	342	<i>Romanorum festa.</i>	393
<i>Regulæ vita colligende.</i>	114	<i>tribus.</i>	393
<i>Relandi (Hadr.) vita & elogium.</i>	381 ff.	<i>vita privata.</i>	394
<i>Religionum tolerantia discussa.</i>	117	<i>Ros quid?</i>	313
<i>Rhenani (Beati) septapbium.</i>	490	<i>Rota ex porphyrite signum templi cathedralis.</i>	402
<i>Rhetoræ quid?</i>	194	<i>Rubigo quid?</i>	313. 314
<i>Rheumatismo medetur Seng.</i>	523	<i>unde?</i>	314
<i>Richelius Card. ut Patriarcha Gallia constitui labor averit?</i>	451. 453	<i>Rubiginis noxa.</i>	315
<i>Richelii Card. ambitio.</i>	348	<i>Ad Rubiginem præsidia.</i>	315
<i>augenda supra clerum potentia molimina.</i>	451 ff.	<i>Rudbeckius Germanice scripsit.</i>	114
<i>contra Papam zelus.</i>	452	<i>Rudolphi Cadomensis gesta谭 credi.</i>	483
<i>morbis exitialis cur manum invasit?</i>	453	<i>Rysvicensis pax a solis Legatis secundariis confecta.</i>	350
<i>mors Christiano indigna.</i>	453	S <i>acerdotes Aegyptii Medicina cultores.</i>	183
<i>Richelii potestas coercendi Episcopos a Papa egre concessa.</i>	451	<i>Sacerdotii apud Ebraeos jus primogenitis proprium.</i>	408
<i>Riolani (Jo.) mala domestica.</i>	518	<i>Circa Sacra jus Principibus vindicatum.</i>	89 sq.
<i>Rogerii Sic. Regis subscriptio.</i>	401 sq.	<i>a Principibus ante Reformationem exercitum.</i>	89 sq.
<i>Rollius de lana caprina rixatur.</i>	113	<i>A Sacramentorum administratione non Principes prohibere possunt Eccl. Ministros?</i>	373 sq.
<i>Romæ urbis Epocha ab aliis aliter constituta.</i>	397	<i>De Sacramentis VII cur in primitiva Eccl. nihil memoratum?</i>	210
<i>regimen in Carolum An-</i>		<i>Sacrificia humana an Gentiles obtulerint?</i>	341
		<i>Sal lucem continet.</i>	60

mirum

INDEX RERUM

<i>mdrum gelu productum.</i> 392	<i>cra assertum.</i> 89 sq.
<i>Epsoniense artefactum.</i> 352	Saxonum Latinitas vindicata. 387
Salis singularis preparatio. 244	Scepticæ dubitationis historia. 501
Salia cur inflammabilitatem sulphuris minuant? 243	Scepticismi absurditas. 501
Salium actio in materias inflammabiles. 243	Schisma Felicissimi. 295
genera. 51	Novatiani. 296
Salicæ Legis origo. 399	inter Scephanum Rom. & Cyprianum. 281
Salmasius (Claud.) plagii accusatus. 492	Schisinatis indoles. 281
Salmasii (Claud.) Comm. in Arnobium. 443	in Eccl. Angl. notio? 211 ff.
De Saltationibus veterum Diss. dua. 393	Schmidii (Jo. Andr.) Chron. Mariavallense promissum. 417
Salviani interdicti autor num Salvus Julianus? 48	Historia Colloquiorum Wormaticensium promissa. 417
Samaritanæ litera an Hebrais antiquiores? 102	Scholarum charitatis numerus in Anglia & Hibernia. 353
Sanguis humanus continet sal acidum. 51	In Scholis quid observandum? 39 sq.
Sanguinis velocitas in hepate. 468	Schrammii (Jon. Comr.) promissa. 417
partium proportio definiri nequit. 51	Scientiæ arithmetica perfectio unde pendeat? 116
circulatio unde pendeat? 319	Seonmatum inventione excellent Keilius. 462
veteris quantitas per tempus in corpore relictæ. 467	Scripturæ S. loca explicata: Genes. 1, 1. 62. 65
velocitatis ratio. 467	III, 1. 73
De Sanguine emisso experimenta. 550	III, 22. 196
Sanitas qua in re consistat? 549	IV, 26. 72
Sarcoticum commendatum. 556	XV, 10 sq. 73
Satyræ origo & progressus. 395	XLVI, 34. 73
Saxoniz Ducibus jus circa sa-	Exod. IV, 21. 72
	Levit.

INDEX RERUM

<i>Levit.</i> XVII, 7.	73	<i>Secalinorum clavorum noxa.</i>	309
XVIII, 18.	406	<i>Sectiones conica dimidia semu-</i>	
XXVI, 44.	406	<i>tuo secare possunt in 4 punctis.</i>	
<i>Num.</i> XXII, 23, 24.	409		245 sq.
<i>Deut.</i> XXV, 5.	196	<i>Semen quando contineat plan-</i>	
<i>Prov.</i> XX, 26.	406	<i>tam integram?</i>	181
<i>Eccles.</i> XIV, 15.	394	<i>Abraba quid?</i>	307
<i>Dan.</i> VIII, 21, 22.	103 ff.	<i>Maria quid?</i>	308
<i>Matth.</i> V, 47.	38	<i>mulieres generant.</i>	188
XIX, 20.	38	<i>Seminis structura.</i>	181
XXI, 7, 8.	407	<i>Senatoris Rom. dignitas in Ca-</i>	
<i>Luc.</i> II, 52.	413	<i>rolum Andeg. collata.</i>	484
<i>Joh.</i> III, 16, 18.	412	<i>Senectutis incommoda unde?</i>	320
VIII, 25.	339	<i>Senes Homerici.</i>	394
X, 3.	339	<i>Sepulcra Regum Gallia vetusta.</i>	
XVI, 30.	412		399
<i>Act.</i> XIX, 35.	390	<i>Sepulcrorum aditus religiosus.</i>	
<i>Rom.</i> IX, 15.	558		202
XII, 7.	530	<i>Serici araneorum subtilitas.</i>	242
XVI, 20.	307	<i>De Servo sine causa non occiden-</i>	
<i>1 Cor.</i> XIII, 4.	339	<i>do lex a quo lata?</i>	196
7.	148 sq.	<i>Servi quo modo olim apud Ger-</i>	
XIV, 32.	532	<i>manos libertate donati?</i>	482
XVI, 24.	307		sq.
<i>2 Cor.</i> IV, 4.	414	<i>In Servitatem num se dare pos-</i>	
<i>Ephes.</i> II, 3.	339	<i>sit liber homo?</i>	123
<i>Phil.</i> II, 5-11.	410	<i>Sherlockius notatus.</i>	112
<i>2 Tim.</i> IV, 13.	546	<i>Sibyllina oracula desperdita.</i>	118
<i>Tit.</i> I, 1.	531		sq.
<i>1 Joh.</i> V, 7.	148, 447 ff.	<i>De Sibyllinis carminibus memo-</i>	
<i>Ebr.</i> II, 9.	306	<i>rabilia.</i>	69
16.	307	<i>Siciliae Chronicon.</i>	485
IV, 12.	307	<i>Sichus Ebraeorum quantus?</i>	95
<i>Scuderiz (Magdalene) obitus.</i>		<i>Sigebertus Gomblac. de Scrip-</i>	
	229	<i>Eccl.</i>	446
<i>Secalini clavi quid?</i>	311	<i>Sinenfium Medicina.</i>	184
			<i>Sinistra</i>

INDEX RERUM

Sinistra olim in conventibus oc- cles. honoratior dextra. 209	Stederburgense Chronicon J. J. Voigt ineditum. 417
Sinus arcus dimidii quando in- veniatur? 245	Stellæ variabilis in Colle cygni periodus. 247
Societas literaria quoniam de- sideretur? 114	Stellarum theoria. 238
Solidæ partes corporis perpetuo manens eadem. 467	Stephans Rom. notatus. 299
Somni extraordinarii exem- plum. 242	Stephani Rom. sententia de ba- ptismo hæreticorum. 299
Soni fixi determinatio. 247	Stomachicum cur. sit China- China? 244
Sonorum mensura stabilis. 501	Strada (Fam.) cur ultra A. 1589. non progressus? 517
Sorberii character. 519	Sturmii Matheſis novis concisa. 283
Sorites figura argumentandi perfectissima. 333	Sublimationis & accidens sin- gulare. 242
Σωτηρ, Salvator non Servator 162	Succi acres. 51
S. P. Q. R. quid notet? 519	pingues. 51
Spasmus morbi genus summum. 320sq.	melancholici sedes num in liene? 268
Spatium circulare quadratum. 246	Sudar Hebræis quid? 122
Speculativum omne practicum. 115	Suiffetus Calculasor commenda- tur. 112
Sphacelus ex clavorum fecalio- rum usu. 309. 310	Sulphur minerale ignem ex acre conciens. 352
Sphæriteria. 393	Superioritatis territorialis na- tura. 426
Spinolæ atqueismus. 266	Syllogisticæ methodi funda- mentum. 333
Spiritus in homine ab anima & corpore distinctus. 474	Sylvester Pont. primus tiara in- signitus. 209
Spleen Anglorum qualis animi commotio? 270	Symbolicarum imaginum anti- quitates. 397
Spongia miraculosa. 210	Synagogarum Judaicarum ori- go. 103
Sportulantes Fratres quinariorum Status Imperii character unde metendus? 427	Do Syncope dissertatio. 473
	Gggg Systema

INDEX RERUM

<p>Syſtema involuſionis. 179</p> <p>Syſtematis Copernicaniſ idea materialis. 472</p> <p>Syſtematicæ methodi incom- moda. 547</p> <p>Taciti fides in rebus Germ. 502</p> <p>Tangens arcus ſimilit ut in- veniatuſ? 245</p> <p>Taurelli (Nic.) character. 114</p> <p>Taurobolia ſacriſictum deſcri- ptum. 397</p> <p>Taylor notatus. 18. 501</p> <p>Teſcopia majora ut ſuſtinen- da? 247</p> <p>Telluris figura examinata. 246</p> <p style="padding-left: 40px;">theoria. 238</p> <p>Temperamenta hominum cur diſverſa? 473</p> <p style="padding-left: 40px;">quid? unde? 449 ſq.</p> <p style="padding-left: 40px;">Et quot? 449 ſq.</p> <p>Templa Deorum Romæ Sanctis dicata. 401</p> <p>Templorum in eadem urbe multitudo in primitiva Ec- cleſia. 304</p> <p>Temporis uſus. 240</p> <p>Tentatio Chriſti a diabolo in quo conſiſtat? 307</p> <p>In Tenzelium (Wilb. Ern.) numi memoriales. 178</p> <p>Terminus Deus. 393</p> <p>Terrarum ſpecies. 51</p> <p>Tertullianus uxoratus. 302</p> <p>Teſtam. Vet. Hiſtoria Eccl. 61 ſq.</p>	<p>ambonem quid obſigna- verit? 97</p> <p>Teuerii veri deſcriptio Et uſus. 353</p> <p>Tezeli (Ja.) vita. 138 ſl. locus natalis. 141</p> <p>Theatri veteris forma Et ſtru- ctura. 393</p> <p>Themidis filie quanam? 117 ſq.</p> <p>Theologi titulus ejuſque uſus apud Veteres. 339</p> <p>Theorema Hallejanum de vi- ribus centralibus demonſtra- tum. 502</p> <p>Theſauri Decembali Et Lyſma- chi ſciti. 53</p> <p>Thoracis vulnus per accidens lethale. 353</p> <p style="padding-left: 40px;">absolute lethale. 353</p> <p>Thoracici ductus ſupendi de- lineatio. 9</p> <p>Thymi delineatio. 7</p> <p style="padding-left: 40px;">glandule uſus. 7</p> <p style="padding-left: 40px;">cum glandulis maxil- laribus communicatio. 7</p> <p>Tiara Sykeſter Pont. primus in- ſignitur. 209</p> <p>Tiglath - Pileſer num idem cum Arbace? 98 ſq.</p> <p>Tillotſonus non ſuſcepit bap- tiſmatis arguitur. 283</p> <p>Tincturæ metallorum ut paren- tur? 243</p> <p>Torrys factio Anglica deſcri- pta. 430</p> <p>De Traditionibus Pontificio- rum</p>
--	--

INDEX RERUM

<i>viam quid statuendum?</i> 147	<i>ta.</i> 180 sq.
Traiani forum & columna unde crecta? 53	Vellejus adulator. 396
uxor qua? 389	Velocitas sanguinis in arteriis. 467
Trajectoris orthogonales. 248	Venez secunda locus certus eligendus. 500
335	Venez sectionis singularia. 500
Trapeziorum proprietates. 246	Veneri dati praesumptio vana. 353
Tribus Romanorum. 393	Ventriculus non fovetur a liene. 268
Trigonometria utraque succincte demonstrata. 142	Verbum num sit Deo inferius? 410
Trinitas in unitate demonstrata. 409	in Christo tempore ministerii quiescit. 413
Trinitatis nomen quando in Ecclesia receptum? 161	Veritas quadruplex? 328 sq.
De Trinitate errores unde? 410	Veritatis criterium. 328
Trithemius (Jo.) de Script. Eccles. recus. 446	inventio & probatio. 331
Tschirnhausius notatur. 113	Vertigo quid & ut curetur? 513
Tulliae sanum. 394	Verulamiani loci reales ut praefice applicandi? 46
Tumoris singulare exemplum. 242	Verzaglia exagitatus. 165
Tympanitici curatio. 555	Vesica in scrotum descensus. 242
Tympanitidis systema. 242	Viarum sternendarum cura apud Romanos. 288
V Aillant sen. nativitas & obitus. 343	A S. Victore liber de modo dicendi & meditandi. 487
(Jo. Franc.) nativitas & obitus. 343	De Villanova (Guil.) Hist. belli Italici sub Carolo VIII R.G. 486
Vale male adhibetur in literis ad superiorem. 380	Vinum contra veneni haustum benedicendi mos. 442
Vallemontius notatur. 179	Vires centripetas quinam ante Newtonum consideraverint? 462
Vanini (Lucilis) vita & opiniones. 230 ff.	Virium centralium consideratio in medio resistente. 169 ff.
character. 231	
Vas Hebraeis quid? 205	
Vegetatio plantarum illustra-	

INDEX RERUM

<i>problema a Verzaglia</i>	<i>vestigia inrudimentis</i>
<i>perperam solutum.</i> 166	<i>latentia.</i> 180
<i>leges nova ratione cru</i>	<i>Urim & Thumim quid?</i> 100
<i>ta.</i> 502	<i>Urina unde componatur?</i> 551
<i>problema inuersum quis</i>	<i>Urinæ experimentum singulare.</i>
<i>rite solverit?</i> 454. 456. sq.	550 sq.
<i>Virgilius oracula Sibylli-</i>	<i>Urnæ sepulcrales in Prussia.</i>
<i>na legerit?</i> 118	325
<i>imitator Homeri.</i> 395	<i>Usserius (Jac.) notatus.</i> 99
<i>vindicatus.</i> 560	<i>Uvis auri gutta & grana-</i>
<i>Virgilianæ sortes.</i> 119	55. 58.
<i>Virgæ diuinatoria incerti-</i>	
<i>tudo.</i> 55	W <i>Asmuthi character.</i> 116
<i>Virtus qualis apud Aethios?</i> 267	<i>Weckius (Ant.) notatus.</i>
<i>Vis cordis sanguinem expel-</i>	96
<i>lendi.</i> 468	<i>Wedelius laudatus & nota-</i>
<i>Vita quid sit?</i> 318	<i>tus.</i> 551
<i>Vitale principium quale?</i> 403	<i>Wesensfeldii (Arnoldi) milista</i>
<i>Vitri ductilitas admiranda.</i> 242	<i>literata promissa.</i> 46
<i>De Vitriaco (Jac.) Hist. Ori-</i>	<i>Westphalia & Westwaldia sy-</i>
<i>ent. Liber III.</i> 485	<i>nonyma.</i> 191
<i>Ulmensium in religione refor-</i>	<i>Whigs factio Anglica descri-</i>
<i>matio.</i> 136	<i>pta.</i> 430 sq.
<i>Umbones a choris distinguen-</i>	<i>Wiz (P.) notitia Episcoporum</i>
<i>di.</i> 402	<i>Caminensium.</i> 292
<i>Uniformitatis lex in Geometri-</i>	<i>Wolffii (Christiani) de perpe-</i>
<i>am introducta.</i> 18. 83	<i>tuo mobili Oxffycano judi-</i>
<i>In Unionem Angliæ & Scotiæ</i>	<i>cium.</i> 499
<i>Panegyricus Lipsiensis.</i> 177	<i>Wurcenæ urbis historia.</i> 92 ff.
<i>Voluptas corporea Epicuri sum-</i>	<i>nomen unde?</i> 92
<i>mmum bonum.</i> 264	<i>Literatorum cata-</i>
<i>Ex Vomitorio cecitas.</i> 500	<i>gus.</i> 94
<i>ebrii mors.</i> 500	
<i>Uredinis cause spurie.</i> 180	X <i>Enopiontis in Cyropadia</i>
<i>indoles.</i> 180	<i>scopus.</i> 395



11
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



